

IO. BODINI
ANDEG. IN PARI-
SIORVM SENATV AD-
VOCATI METHODVS, AD FACI-
LEM HISTORIARVM COGNITIONEM;
AB IPSO RECOGNITA, ET MVLTO
QVAM ANTEA LOCUPLETIOR.

*Cum indice rerum memorabilium
copiosissimo.*



PARISIIS,

Apud Martinum Iuuenem, via S. Io. Late-
ranensis, ad insigne Serpentis.

CIC 10. LXXII.

CVM PRIVILEGIO.

Johannes Cuntzius
n&to-Gallensis.



Kodak Color Control Patches

Blue

Cyan

Green

Yellow


Red

Magenta

White

3/Color

Black




Kodak Gray Scale

© Kodak, 2007 TM: Kodak

C Y M

A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19





名古屋大学附属図書館所蔵 水田文庫 41497367
Nagoya University Library, Mizuta Library, 41497367

Hiroshi & Tamae
— Mizuta —

IO. BODINI

ANDEG. IN PARI-
SIORVM SENATV AD-
VOCATI METHODVS, AD FACI-
LEM HISTORIARVM COGNITIONEM
AB IPSO RECOGNITA, ET MVLTO
QVAM ANTEA LOCVPLETIOR.

*Cum indice rerum memorabilium
copiosissimo.*



PARISIIS,

Apud Martinum Iuuenem, via S. Io. Late-
ranensis, ad insigne Serpentis.

CIC. ID. LXXII.

CVM PRIVILEGIO.

Johannes Cuntzius
nato. Gallenfis.



EXTRAICT DV TRIVI-
lege du Rey.



Le s*e*z permis à Martin le Jeune, Imprimeur & Libraire en l'université de Paris, d'imprimer ou faire imprimer & exposer en vente, par tels Libraires ou autres que bon luy semblera, un livre intitulé *I. Bodini Adversarii Methodus, ad faciem historiarum cognitionem: iusques ques au temp & terme de six ans, finis & accomplis: à compter du jour & date dudit privilege, sans que pendant ledict temps, aucuns Libraires, Imprimeurs ou autres, de quelque estat, qualité ou condition qu'ils soyent, le puissent imprimer ou faire imprimer, vendre ne distribuer, autres que ceux que ledict le Jeune aura imprimé ou fait imprimer, sur peine de confiscation desdits livres, qui autrement se trou ueroient imprimez, & d'amende arbitrairezaini que plus amplement est contenu audit privilege.*

Donné à Paris le premier iour de Fevrier, l'an mil cinq cens soixante six.

PAR LE CONSEIL
DE COURLAY.



I. TEXTORI CVRIÆ
INQVISITIONVM PRAE-
SIDI, I. BODINV^S

S. P. D.



V E M A D M O D Y M
flores historiarum le-
gere at suauissimo de-
cerpere fructus eporte-
ret, hoc methodo, 'Pre-
fisi integrerrime, comple-
cti, propostū erat: quod
quidem si confiscati vi-
demur, tibi acceptum ferri debet: qui me reni-
tentem oratione gravi, admissa incredibili suauis-
tate bonitatis, excellentijs nature tue, ad id sa-
pius impulsi, si res aliter atque vellent occidit,
hoc mea culpa contractum agnoscō: quam tamen
apud alios iudicem lenorem fore putam, si primum
tibi, hoc est, vestre Curie, mitissimo iudici, meam
causam probarem: ut si plus effex abs te veritati
quam amicitie tributum, eo praediicio confirmare:
tus, alios exceptione rei iudicata summonearem:
aut si plus fauores amorī erga me tuo, iudicis per-
fēcta



fons deposita, patrocinio me iuuare. quanquam
neque ex mea voluntate, & præter expectationem
ab aliore quodam de legibus instituto, sum ad hoc
genere scriptioris causa declapsus. id autem breviter
explicare tibi proposui, tunc ut equorū sī erga me
fuerū (quanquam aquorū eſe non potes) in hac
methodo iudicanda: tunc etiam ut eos quibus eis
ſatis eſt, ingenj vero, scientie, iudicij, multò plus
quam nubi, ad huc pulcherrima ſtudia cobortere.
Cīm in forū veniſsem, ut ſcēna quod dicitur, ac
populo ſeruare, hoc priuimum nob̄i proposui: ut
tempus omne vacuum à forensibus negotiis in legi-
tima ſtudia conſervare, ac Reipublice, cui poſt
Deum immortalem, omnia debemus, ſive ſcriptis,
ſine quocunque modo poſtem gratias referemus. ſed
cīm animaduerterem triplex omnino ſcribendi
genus eſt; unum in rebus innenientiis, & materia
ſuppedita: alterum in rebus ordine tradendis
& forma perpolendis: poſtremum in mēculis ve-
ternis librorum eluendis: mirum nubi viſum eſt
tam multos eſſe, ac ſemper fuſſe verū inuentores,
qui vero res inueniunt arte as ratione traderent,
ad medium panoſ. ut enim alia artes omittant,
innumerabiles præ ſcriptores habemus, qui in
cīm Romanorum ſunt commentarii tantopere
auxerunt, ut nulla re magis, nullo grātiorē mor-
bo, quam ſicā magnitudine laborare videatur.
nam quid quisque magis in ſcribendo ineptus, eō
maiorē librorum multitudinem effidit: qui ta-
men

men arte concluſit ea que diſperſa, diſſecta que
legantur, video fuſſe neminem: eot quoſ ſpecioſa
librorum iſcriptione, artem illam ſe tradituros
recepérant, vacuonimū deſeruſe: quinetiam ab
eo quod proponerant, tam longe abſtuſe, ut quid
ſit ars ipſa, ſe ſuſcipti quidem videantur. ſunt e-
tim artes ac ſcientie, id quod tu minime ignoras,
non ſingularum ſed uniuersorum. at illi iuriū ciu-
lis id eſt, ſingularis cuiusdam ciuitatis artem tra-
dere ſunt conati, quam ſapienter, non diſiuto: ni-
hil tamen artis dignitate ac praſtantia potuit a-
lieni cogitare, oratio quam sit absurdum, ex Re-
manis legibus, que pando momento mutabiles fue-
runt, de uniuerso iure ſtatuerat velle: preſtrina
cīm edicitorum ac legum infinita multitudine,
poſt etiam Abutia rogaitione omnes penè duode-
cim tabularum leges, ac ſubinde veteres nouis
renaſcentibus ſublate fuerint, quincentiam Inſtitu-
tūm penè ius, omne à conſequentiis Imperato-
ribus abrogatione videmus. omittit quam multa
ſunt in illis que reftant legibus, abſurda: quam
multa inſili populorum penè omnium decretis, o-
ſusque diuino antiquata: nullus tamen populi,
preterquam Romani leger, & quidem ordine per-
uerſo, deſcripſerunt, legiſſim Platōnem, qui legum
tradendarum ac moderanda ciuitatis unam eſe
formam putauit, ſe omnibus omnium, aut magis
illuſtrissim Reipublicarum legibus in unum
collectis, viri prudentes eae inter ſe compararent.



atque optimum genus ex iis conflarent. Ad hoc
igitar institutionem, omnia mea studia, omnes con-
tulsi cogitationes. Principio Iuris uniuersi for-
man sic aduenbranum in tabula, quoniam tibi ex-
hibuius spectandam ut ab ipsa causa, summa
genera generique partitionem, ad insinua deduc-
ceremus: ea ramificatione, ut omnia membra in-
ter se apta cohererent, in quo verisime à Platone
discimus intellectu, nihil difficultius ac diuinius, quam
reli parti, deinde postulatae consitutim, qui-
bus tota disciplina veluti firmissimis fundamen-
tis niteretur. tum definitiones subsumimus: postra-
mo preceps, que regule appellantur, qua breuita-
te fieri potest, ad proposita formam, velut ad nor-
mam exigimus: ex aeduo breuissimis notis Ro-
mani Iuris interpres adiungimus, ut ex iisdem
fontibus, quibus ego, haurire ad fletetatem quis-
que posset, altera ex parte leges popularum, qui mi-
litari urbanaque disciplina claruerunt, vndeque
collectas annellimus, quam quidem ad rem. Iuris
consulorum simul & Historiorum ponderibus
vitimus, ut Persarum, Grecorum, Aegyptiorum,
non minus quam Romanorum legibus tributarit.
ex Hebreorum quoque Pandectis, potissimum ex
libris Samedrin, optima queque haurire propo-
simus: in quo mibi suam operam I. Quinquaginta
reus, ac M. exercevit. Hebreica lingue regi docto-
res, mibi non deficiuntur si pondererint. Hispano-
rum quidem leges & Britannorum, atque omnino
clarior-

claviorum Italie ac Germanie ciuitatum iure
nobis ne definet (nam obscuriores conquerere infi-
nitum sit) effectorum me non diffido, ut cum no-
stris simili contingantur. optarem illud quoque, ut
Tuvacarus Iure ciuili perside fruveremus: aut
certè Ius publicum, quo florens illud ac prepotens
imperium stabilitum est, quodammodo timere-
ratus, his accedit forensis doctrina, summisque au-
toritas rerum, tum in vestra, tum in Imperiali
Curia decraterunt: quas partim nullorū homi-
num, partim Guarini, & M. insingeri opera con-
secuti sunt, sic enim Polycleti norma, leges, &
legis actiones: Lestia vero, equitatem, & iudicis
officium examinare decreverunt. Hoc igitur om-
nia Iurisconsultorum, atque Historiorum pro-
bata & confirmata sententias, artem illam efficiunt
& clarioriem, & augustinorem, quam si ab unus
populi Romanus arbitrio penderet. tametsi Grecu-
lorum fragmenta eis que habemus, magna sui parte
comperventur, nam quindecim vii legibus consti-
tuendis à Iustiniano creati, ciam fidei barbarie
omnia premerentur, legion fontes adeo conturba-
runt, ut nihil ferre a sordibus & luto parum nau-
riatur, ex quo secuta est immensa disulfaque legum
copia, iam ut legum inter ipsas discrepantia tolle-
retur: tum etiam ut ab integro corpore anulis
membra, & cuncte coagmentari possent ex quo ve-
teres interpres magno ingenio, labore vero penit
incredibili fuisse intelligi potest, tum etiam ex co-



rum scriptis, que tot ac tam multa effuderunt, ut
omne suum tempus in scribendo posuissent, nihil ad
legendarum referuisse videantur, sed cum in misera
vina tempora incidissent, quibus nec bonis arti-
bus erat, nec honestatius locis suis scriptis ple-
rōq[ue] ab hac scientia deterreverunt, cum enim
iuentus à suauissimis eloquentie ac philosophiae
floribus & hortulis, ad illa fentient, præruptaque
fixa vocarent, animum plam̄ denigebat: & quod
quisque elegans erat a natura, überius etiam à
doctrina perpolitus, è magis refugiebat ab eius
scientie aditu, qui vepribus ac fons interclusis
tenebatur. postea vero quam purgari caput,
tunc legibus Romanorum sua præfata dignitas re-
stituta vix est. Ex iis ergo interpretibus, quorū m-
odeleūm habemus, quibusque ad leges describen-
das tūm quatuor sunt genera: unum est eorum,
qui in scolis perpetua disputatione legum, me-
moriam animi comprehendunt: sed tamē
sine vīa & exercitatione forensi, sequuntur y qui
diuturno rerum forensium vīa, paucis quinquād
præceptis, indicandi prudentiam sibi compara-
runt, tertium genus est eorum, qui ab his quidem
vīis, ab illis præceptis didicerunt: quales inter
nōstrōs habemus Speculatorem, Fabriūm, Guido-
nom, Chassaneum, Boerum, Baronem, Conanum,
Trasquellum, cuiusque popularēm Brissonem, &
collegi nōstrī decū Molineum: ex quibus vīe-
res in causis ciuitatis disceptandis ac indicandis
pertinet.

percipimus utilitatem: ex illis, propè nullas. Nam
qui sine forensi disciplina Iuris scientiam se ade-
ptas arbitrantur, plam̄ confusias sunt iis, qui sc̄i-
p̄s in palestra semper exercuerunt, nullas tu-
men actas viderunt, nullas militie labores tule-
runt. itaque hostium aspergillum ferre non magis
possunt, quam si qui in scolis Biturigianis tantu-
m gloria florebat, id est, strabo inter cacos acu-
tissime cernebat: cian in formam venisse de levissi-
ma questione confutus obmutuit, non sine acerbis
Riandi reprehensione. tales ergo Iurisconsulti I.
Ferrarius tuus collega, vir omni laude emula-
tus, & qui nunc legatum apud Venetos agit; gra-
ui testimonio de falso illa, quād de sc̄ip̄ concepi-
p̄t, iuris opinione depellere sollebat, cian multis
audientibus ingenio faceretur, sc̄ Ius anī igno-
rasse, quād in veletra Curia literas forensis ac-
ficiatoris vīa diuturno comparasse, non aliter at-
que Demades orator, qui Reipublica gerenda
scientiam, non in scolis & etio, sed in clarissima
populi luce didicisse gloriatatur. Extremum ge-
nus est eorum, qui non modo præceptis ac vīa fo-
rensi, verum etiam præclaris artibus, & solida
philosophia informati, iustitiae naturam non ad
hominum voluntatis mutabilem, sed aeterna lege
definitam amplectuntur: qui normam equitatis
perit trattant, qui iuris origines ab ultimo prin-
cipio deducunt: qui omnis antiquitatē cogniti-
vem accuratē tradiunt: qui principiū sc̄ip̄tus, po-
p̄tū



puli, magistratusque Romanorum imperium a
potestate plantent, qui philosophorum de
libus & Republica disputationes ad Ius inter
pretandum afferunt: qui Grecam & Latinam
linguam, quibus descripta sunt leges, minimi
ignorant: qui demque artem vniuersam suis fini
bus circumscribunt, generibus notant, in partes
distribuunt, verbis designant, exemplis ille
strant, has doles eximias si haberent, interpretes
illis veteres, haud dubium est quin ista, quam ter
minus, commentariorum squallens flumus, laetus ad
olescentibus incundior fuerit, & Reipublice vi
tori futura, ex ea tamen aureas definitiones ad
instaurati nostri rationem legimus, & magnam gratia
tiam illis habemus, quod suorum studiorum qua
lesque fructus liberaliter ad Rempublicam
detulerunt. Atque etiam eorum exemplo ve
stri quoque Papini, Scuale, Labones (ne
que enim aliis nominibus appellandi sunt) quo
ad equitatem natura genit, disciplina informa
uit, usus affuefecit: quantum valent, tantum ve
lint, qui enim tantum sapientiam latere potest?
aut qui merito maiore posse dominos matos Iuriscon
sulorum nomine fruuntur? neque enim villa pars
orbis terrarum, aequo flore omni disciplinarum
genere, et Europa: nec villa pars Europa legum
scientia clarior fuit vnguam, et his temporibus
Gallia (id quod etiamnam peregrini homines
consentunt) nec theatrum Gallie ornatus ullum
hac

Hac ipsa urbe: tunc propter lumen huius Curiae
sion etiam propter orbis, cum uniuerso terrarum
orbe communionem & quasi societatem. Quia cum
ita sit, non existmo id quod à Platone de sa
mantis populi & conformandis legibus scri
psum est: a Solone & Lycurgo in summa legum
inopia, diuinaque peragratione suscepimus: a
decemviris oꝝ Gracia questura (neque enim
Adriano vꝝ Inſtituicio cura fuit iuris alieni)
commoꝝ, aut facilius quam his eruditis tem
poribus, & in hac forensi schola confici posse. me
quid dubium est quin Franciscus maior, si diuinus
exisse, hoc quoque suscepimus fuerit, & ad exi
cum perdicatur. non enim ē Gracia Iuriscon
sultos acescere, nec aliiude legumlatores accire &
portuissent: sed tali ac tanta Rege nobis abrepro,
misera conuersio facta est. cito enim senen
tem in literarum agros strassificet, iꝝ qui florentem
scientiarum systema, a fructus pendentes legerē
debinissent, putredine corrupti maluerunt: si
blatis scilicet agricolarum premisi, et ignauissi
mis ac turpisissimis hominibus tribuerentur. neque
enim sine acerbissimo sensu doloris reminisci pos
sum, clarissima ingeniorum lumina, quae tota Gal
lia fidegebant, quællore & inopia extincta fuisse.
Reſtat igitur ea dicit, quibus millioni tempus a mu
nere publico vacuen datur, Semelioris, Portas,
Castras, Manganas, quibus oīus peperit re
vum omnium afflictionis, pro vestra, que summa
eſt.



est, auctoritate urgeatis: ut si quis quoque scriptis
bene de legibus mereri fluderet, vel potius gra-
tiam referant, bene de se merris, quorum ope tra-
tes ac tanta eius erunt. quod enim sibi consistoriori-
bus assidus eam, ne capiantur, faciunt, quod
sua virtute ac sapientia dignissimi est: sed est eius-
dem virtutis ac sapientiae eam, et diuina illa
responsum, que in vulgo manere praesentur, que-
que famam non modo sempiternam, plenam sa-
latum Republice parint, ad posteros etiam de-
rituari possint, quod ab iis fieri non debet, quos
nemo de iure confidere velit: qui se grammaticos
malum quam Iurisconsultos habent: qui fallos
scientiam, nullam equitatem opinionem induerunt,
qui syllababerum momentis Rempublicam feruari,
iudicium constitutum, inter diuinum putant, que sunt pe-
stis grammaticalium, in intimum omnium disciplina-
rum aditus usque eō serpere caput, et pro philosophis,
oratoribus, mathematicis, theologis: minimos
de schola grammaticos ferre cogamus, nam qui la-
teris ac maculas de tabulis antiqui leniter detergere
debuerint, et pictura vetus agnoscetur, ferro
fido turpes notas, et quidem indelebiles, tam alie-
ni librorum omnibus impreferrant, et nulla perei an-
tequitatis appareat, imago sed ius omisssis, qui sua
se voluntate ex albo doctorios hominum exem-
erunt, ad historiam, unde nostra fluxit oratio, re-
labor. Ex hac igitur veterum leges huc illuc di-
uersas colligimus, ut huic quoque operi coniunga-
mus

mus. Et quidem in Victoria iuris uniuersi pars se-
prima latet: quodque ad leges optimè dignifican-
das magni ponderuunt ac momenti, mores popu-
lorum, ac rerum emiū publicarum initia, mo-
rementa, status, conseruatione, exitus ab ea deri-
vantur, in quo praeceps est huius methodi argu-
mentum. propterquam fructus historiae nudi
sunt, videriores, quia qui de statu Rerumpublica-
rum decipi conseruent, atque eo de genere plu-
ra quā de reliquo partibus scripti, quod eam
disputationem tamēceferiam ad intelligendum:
pauci. Et quidem scīdū tractantur, que disputa-
tio si nimis ampliū quam ad diffūla videbitur,
cogitare debet, ja que nullum exitum habent,
eiūmodi est historia rerum humanarum, non
posse brevi methodo contineri, quid si Galenus de
sola methodo fæcari, que certi regionibus con-
cluditur, libro pugnam et x. Diomedes vero de
re grammatica ex multis librorum effudit, prefe-
cto non debet i.e. quod de uniuersa historia scripsi-
mus, capiōnam vidori, quāquam illuc quicquid
est quod iampridē ad te detuli, modo omnibus
exiguum fore constat, pre illa fama quam de sim-
plici eruditio, eoque vir intibus tuus concitatissi.
quarum virtutum laudes eximias, nec in tam ob-
scuro loco detegre, nec apud te predicare decrevi.
Bene vale. salēndis Febr. CIC LXV.



SVMMA CAPTA TO-
TIVS METIODI.

*Proemium de facilitate, oblectatione,
& utilitate historitum. pag. 1.
Quid historia sit, & quatuorplex. c. 1. p. 11.
De ordine historiarum. cap. 2. pag. 18.
De locis historiarum rebus instituendis.
cap. 3. pag. 30.
De historicorum delectu. cap. 4. pa. 51.
De recto historiarum iudicio. c. 5. p. 117.
De statu Rerum publicarum. cap. 6.
pag. 129.
Confutatio eorum, qui monarchias
& aurea secula statuunt. c. 7. p. 461.
De temporis uniuersi ratione. cap. 8.
pag. 481.
Qua ratione populorum origines habe-
ri possint, ac iudicari. cap. 9. pag. 534.
De historicorum ordine & collectione.
cap. 10. pag. 587.*



1



IO. BODINI
METHODVS AD
facilem Historiarum co-
gnitionem.

PROEMIUM DE FACILI-
tate, oblectatione, & utilitate historiarum.

CV M Historia londatores habeat
complures, qui veria eam ac proprijs
laudibus exornarunt, ex omnibus
tamen nemo verius ac mellius, quam
qui vita magistrorum appellavit.
nam ea vox omnes omnium virtutum ac disciplina-
rum utilitatem amplexa, significat hominum vitam
universam ad sacras historias leges, velut ad poly-
electi normam dirigi oportere. certè philosophia, quæ
ip/a vita dux appellatur, propositis bonorum ac ma-
lorum finibus intermortua saceret, nisi ad rerum
præteritarum historias omnia dicta, facta, confusa
reuoarentur: ex quibus non solum presentia com-
modo explicantur, sed etiam futurā colliguntur, cer-
ta tisandæ.




tibimque rerum expetendarum ac fugiendarum
praecepta constanter. Itaque mirum mihi visum est
in tanta scriptorum multitudine, tamque eruditis
temporibus adhuc suisse neminem, qui maiorum no-
strarum claras historias inter se. Cum rebus ge-
sis antiquorum compararet, id autem fieri commo-
de poterat, si collectus omnibus humanarum actione-
num generibus, ad hanc exemplarum varietatem apte
suo quicque loco accommodaretur: ut y qui se flagi-
tus penitus dedisset, justissimi maledictus presen-
deretur: qui autem vila virtute claruisserit, suo
merito laudarentur, hic enim historiarum fructus est
vel maximus, ut alii quidem ad virtutem inflam-
mari, alii ut virtutem deterri possint, tametsi enim boni
per se laudabiles sunt etiam si a nemine laudentur,
nihilominus tamen prater ea que virtuti praemia
proponuntur, hunc etiam tamdu fructum, quem ple-
rique solent docere, viros ac mortuos consequi pos-
se: ut indigne ferant sceleratis bonos, qui ab ipsis op-
primuntur, in celum vsque tollit: ut vero suorumque
nomen aeterna habeasculari: quadam tam si disfama-
tur, non tam sine acerbissimo sensu doloris ferantur.
neque enim verius, ac ne verisimile quidem esse pos-
to quod Troja Pompeius de Herosfrato, T. Linius,
de Manlio Capitolino tradunt, magna quam bona
fame suisse cupidiores: Ed alterum, opinor, vita de-
speratio mensque furor, alterum majoris gloria spes
impulit, ut suis popularibus imperaret, aut sancta-
tendum

tendum sit homines glorie cupidos, ex quo animo con-
sumelias ferre, quod sibi ipsi valde repugnat, nem si
recudantur impiorum mentes, vt est apud Platō-
nem, aquæ verbibus illius & latianis, arque eo
corpo cruentis vibices, aut ferri candeantur impres-
siones aspici possint. Et qui inter eos glorie cupido-
res sunt, quantum vere laude gaudium nullum ha-
bent, sed tantum qui gloriam inanem captant, incre-
dibile dictu est quantum eos laceret, & conficiat in-
famia metus, ac si qui fuit adeò stupidi, vt animos
vnà cum corporibus interire patent, quandiu tamen
viant, plurimam sua intereste arbitrantur qualid
de se opinionem posteritas sit habitura, sepiusque
vota faciunt, vt se mortuas, quenguan Nero id ob-
pebat vt se vivo, terrarum deslagrato consequen-
tur, argumentum fit Tiberius Augustus, qui etiæ multa
crueliter ac libidinosè animi quadam impotentiā
gesit, scelerator tamen fatuus erat, nis fame cu-
ram haberet: itaque flagitorum latebras in remota
quadam insula quasvis: cumque imperio se minimè di-
gnum iudicaret, patria patria & pollationem, & im-
perium obstinatissime (vt loquitur Tranquillus) re-
cusauit: ne max misere dederetur impertante bono-
ribus intubretur, extat eius oratio habita in Senatu;
qua viuum sit principi comprehendendum, proferant
sui memoriam, aliquo fama contemptu contemni
virtutes. extat epistola magno care gemini ab eo
scripta, quibus de auctoritate vita miserè conqueri-



tur, s^eque posteritatis graues contumelias iam sentire, nec tamen mores mutare posse. hic autem infamia metus in principib^{us}: hac virtutis historia Coriolio Tacito tam magna vⁱsa est, vt vel sola homines ad eius lectionem & scriptiōnēm debeat inflammatre. Et illud quanti est quod omnium artium, & eorum maximē que in agendo posse sunt inveniuntur & conservatricēs ej^e historia? que enim sunt à maioriibus vⁱsa diuturno percepta & cognita, histeria, thesauris commendantur: tum postea observationibus praeceps futuras annellant, causasque rerum abditarum inter se comparant, carmine effectrices, & cuiusque fines quasi sub aspergim positos inventant. Quid autem ad immortalis Dei gloria, quid ad veram utilitatem maius esse potest, quam quod ab historia sacra, religio aduersus Deum, pietas in parentes, choritas in singulos, iustitia in omnes propagatur unde vero prophetarum voces & oracula, unde animorum eternam vim ac potentiam, nisi ab historia sacro fonte haui simus? sed praeceps utilitatem incredibilem que due res in omni disciplina queri solent, facultas & oblectatio, ambo in historiarum cognitione ita confirant, ut nee facultas in villa scientia maior, nec par voluptas insuffideatur. facultas quidem tanto est, vt sine vobis artis adiumento, ipsa per se ab omnibus intelligatur. nam in aliis artibus, quod omnes inter se apte & usdem vincula colligant, sicut altera sine alterius cognitione

cognitione percipi nequit. historia vero quae super scientias omnes in altissimo dignitatis gradu locata, nullius eger ope, ac ne literis quidem ipsi, cūm aeditio[n]e sola, veluti per manus tradita, posteritati relinquatur, ita que Mo^s vno capite legi, Narrabu, ingat, hoc filii tuu: cūm sue Reip^{ab}, ab librorum interitum auguraretur, cūm autem intereant imperia, Reip^{ab}, urbes, historia nihilominus aeternū viigeret, ait ille, ac verisimile Ciceru prouidit prius interitum Salaminam, quā que ad salaminam zefira memoratur. est enim aquarum voragine pentitus exhausta: non datur atque Aegirau, Batam, Belicem, Cretaque ipsius, que propter viribus frequentiam olim excedit, nunc Tripolis deci potest, ac nō secundo Batusi magnam partem a qua absorberuntur. at historia nisi humani genera interitus antecedat, interibant nunquam sed in unius agerū quoque & imperitorum perpetuō bārebant. Ad facilitatem accedit ea que ex rerum pulchritudinā narratione percepitur voluptas, que profecta tanta est, vt qui semel historiarum illecebri captiuus ac delinitus fuerit, nunquam ab eorum saeptissimo complexu diuelli se patiatur. quod si tantissimi cupiditate feruntur homines, ut etiam nūn ex ipsi fabulis capiant voluptatem, quantū maior futura est cūm verisimile gesta narrarentur? quid autem suauius quā in historia velut in proposita subtiliisque tabula res intueri maiorum? quid incun-



dus quādū corū opes, copias, ipsāq̄ē actes int̄. se concurrentes cerneret qua cōcēt voluptas est cōfmodi, ut omnibus interdā corporis & animi mēr̄bus sola mēdeatur. tellez sunt, ve alios omittam, Alphonse ac Ferdinandus Hispania & sicula reges, quārum alter à T. Lilio, alter à Q. Curtio Valeradienem amissam quādū mēditu non poterant, recuperarunt. teliū est etiam Laurentius Medicis (u qui literārum patens usurpat) quāsue vīla medicamenta (quāquā historia salutare est medicamentum) à mōro consaluisse dicitur, ex eius historiā narratione que fertur de Courto 111 Imper. qui cūm Cœlaphon Banaria duxit oſidionē diuitiā ſregiſſet, nec vīla conditioñē à propria ſuſcep- pieque vība cuſiōne deducetur, ad extrema vīta nobilium famiñarum p̄eculiu, permisit ſed innolūte abirent, ea lege, et nuluz vībe, neſe quod humera poſſent, exportarent, tam illa confidencia maiore dicāt au pietate, ducent ipſam marior, libe- ros, parentes ab humera ſuſcenſe, gelidare capie- runt: ex quo imperator tantam vīlūtatem rapie- vt effisi p̄e gaudia lachrymā, non modo ferita- tem & iracundiam ex animo penitus depoſerit, veramētia vībi pepercit, & arietum cum ho- ſte omnium accyrimo contraxerit. Quādū iugur dubia- tis quā historia hominum queque ſeruim ac ſu- pidarum animos ſuauifima compleat, oblationem & verecundū ſotis eſi ne dām unū magna vīla-

præte

præte capiūt, vīlūtatem (quāquā in oblatione quoque vīlūtates eſi) deſeramus, id autem accidit ijs qui rerū leuifimārū narrationib⁹, quāſi bel- larijs & condimentis, negleſſo ſoldato cibo pa- ſeuntur, igitur omiſſa hīſtoriarū oblatione ad vīlūtatem relabat, quādū quādū, non ſolū in versi- fīm narrationib⁹, verūmetiam in illis in quib⁹ hīſtoriarū imago & luxadqua veritatis ſuſce- rit, non in ſonitū argumentū planū faciam, cūm ex ijsdem fontib⁹ illa, quib⁹ ego, haueſte quāq̄ē po- ſit, ſed vīne tanta Scipione Africani exemplū proponam, te enī cūm Cyriopædiam Xenophontis animo penitus habereſt comprehensam, ex eāq̄ē omnes omnium vīlūtum, ac laudum cumuloſ colligifſet, tantus vir enīſit, ut non modū bellum in- gens in Hispania (ſic enim Linus ſcribit) non an- lia de cauſa exarferit, quādū ex admiratione ſci- pionis, aliam imperatoram orto contemptus, ve- ramētia latronib⁹ ipſis sanctis & innoſciatis ex- titterit, cūm enī pirata ad eius ades ruficis adijfet, eōq̄ē ab aditu quāq̄ē ſcipioni vīm illa- turū ſeruob̄e, ſi ſtrenuē propulſarent, illi ſupplici- à ſeru pectuerint, vt ſibi diuina ſanctam hominem conuerteri ac venerari liceret: quādū re intellecta permiſit, vt latronum barbarum (zamēſi ſe barbari eſſent iam ſuā virtute perfeccerat) ad humanitatem reuocaret, hinc iugur vero gloriā fructuū attulit hīſtoria Cyri, maioriꝝ, non tam vera, quādū inſtitu-

a 4

ſimi



sunt & fortissimi regis idea expressa. sed ne vetera
conquiramus, nullum recentius exemplum aut illa-
stris est, quam de Selimo Turcarum principe, cu-
ius maiores cum ab historia velut à fabula semper
abhorwissent, primus ipse gesta Caesaris in lingua
vernacula transferri curauit, ac eius imitatione,
breui magnam Asia minoris & Africa partem cum
imperio maiorum coniunxit. Quid autem Caesarem
ipsum ad eam virtutem impulerat, nisi emulatio A-
lexandri cuius victorias cum legeret, lachrymas re-
verius effudit, quod ea estate qua ille terrarum or-
bem dominaret, nihil dñe gofifet, quid item Ale-
xandro tot victoriarum causa fuit, nisi virtus A-
chilles ab Homero (sine quo ne homini quidem capiebat) ad imperatoris optimi exemplar efficiat? quid
denique Carolus V. Imper. ne peregrinis viis
exemplis, ad tantam gloriam extulit, nisi Ludovici
X. Regis Galliarum ab historia. Cominy amulatio?
Iam vero cum historia infinitam habeat utilitatem,
facilitatem maximam, maiorem etiam oblectationem, nullus unquam probris est appetitus: & cum
ceteras artes quasi perniciose aut maledicis plerique
sint calumniati, nemo tamen est inventus, qui anti-
quitate memoriam vita infamie late notari: nisi
fortasse u qui cum omnibus virtutibus ac discipli-
ni bellum indixisset, historiam mendacij coarguit.
sed ea reprehensio fabularum sit non historiarum,
que nisi vere sint ne historie quidem appellari de-
bent.

bent, ut platonii vixum est, is enim omnem orationem
aut veram esse aut falsam: hanc appellat poëtum,
illam verò historiam. Quanquam quid argumenteret,
cum ex ipsi Homeris fabulis, que historia ac veri-
tatu imagines praesertim sicut vultus creaturarum
quales ab historia fractus ferare oportet? Quare
cum ab historia penitus eradicatur, non solum artes
ad vitam degendam necessarias, verum etiam que
omnino sunt experienda, que fugienda, quid turpe,
quid honestum, que optimae leges, que optima re-
publica, que beata vita: potremus cum sublata hi-
storia Detinulus, religiones, oracula temporum de-
cursu tollantur: huius ego scientia utilitate incredibili
ad hanc scriptorium adducimus sum, cum magnam
historiorum ubertatem & copiam animaduerte-
rem non desse, qui tamen historie artem ac methodum
tradidisset, si usque neminem: ac plerisque temo-
re & sine ordine miscere historias, nullaque ex ipsis
percipere fructus. Antea quidem fuerit nonnullus, qui
de instituenda historia libros scriperunt: quoniam sa-
pienter non disputo, habent illi fortasse sui consili
causam probabilem, mihi tamen si iudiciam servare
licet, consumulter facere videntur, ut medici nonnulli,
qui omni genere medicamentorum agrotanti prepo-
sito, sursum de medicina faciendo disputatione, necca-
rum que tot ac tam multe proponuntur, vim ant
naturalam docere, moribusque presentibus accommo-
dare conantur: scilicet quoque de scribenda historia
libros



libros instituit, cum pleni sint omnes omnium antiquariorum libri, plena bibliotheca historiarum, quae utilius ad intendendum & ad instantandum preponere posuissent, quædam ex eisdem narrationibus, verbis longueras sententiarum hominibus oratione disputationare, et tigiter aliquam doctrinam viam habeat hoc quicquid est quod de historia methodo scribere agebimus, præcepit principiis historiarum partiemque ac defusione, maxime de his historiarum ordinem trademus: ad hec communes humanarum actionum locos, et memoriae consalvi posuit, ad historias accommodabimmo: post historicorum delectum singulariter habemus: sum de recto historicarum iudicio disputabimus, consequenter de statu rerum publicarum dicimus, in quo positionem historie totius disciplina versaturum est, qui quatuor monarchias & arcu scula nobis invenient ipsellemus, quibus explicare, rescribi, posse unde historiarum origi peti, quæque referri debet, temporum ordinem observare & insolatum illustrare coram iudiciorum: denique errorem eorum confutabimus, qui gentium origines pro vetus tradidissent, postrem ad historiarum collectionem & ordinem delabemur, et quæ, quæque re scripterunt, quæque sicut erit state plane intelligatur.

Quid



Quid historia sit, & quotuplex.

Cap. primum.

ISTORIAE id est vere narrationis, tria sunt genera: humanum, naturale, diuinum. primum ad hominem pertinet, alterum ad naturam, tertium ad naturam parentem. unum actionis hominis in societate vitam agentis explicat: alterum causas in natura positas carumque progressus ab ultimo principio deducit: postremum præpotens Dei, animorumque immortalium in se collectam vim ac potestatem intuetur. ex quibus aliam triplex sortitur, probabilis, necessaria, religiosa: idemque virtutes, felicitas prudenter, scientia, religio. vna quidem turpe ab honesto altera verum a falso: tercia pietatem ab impietate diuidit. primam ex imperio narrationis & vnu rerum agendarum, humana via: moderatearem vocant: alteram ex abundantia calamitatum inquisitione, rerum omnium inuenientem: postremam ex virtus Dei erga nos amore, virtutum expulserem. ex his tribus virtutibus



tutibus inter se coniunctis, constat vera sapientia, summum hominis extremitumque bonum: cuius boni qui sunt in hac via participes beati appellatur. & quoniam eius suendi causa in hac lucem venimus, ingredi simus nisi bonum illud diuinum nobis oblatum amplectamur, miseri si ab eo deflerantur. eis autem adiudicandi magnum est ab historia triplici adiumentum, maximè vero à diuina, qua hominem per se ipsa beare potest, sine vita rerum a-gendarum, sine occultarum cauilarum cognitione: que tamen si accesserint, magnum, op-nor, ad hominis felicitatem allatura sunt incrementum. conseqvens erat igitur, vt ab historia rerū diuinarum primordia peteremus: sed quoniā hominibus primum studium conferuandi sui natura parens ingenerauit: deinde paulatim à rerum naturalium admiratione ad cauilarum investigationem impulit: tum ab iis illecebris ad ipsius rerum omnium moderatoris cognitionem pertraxit: ob eam cauila ab historia rerum humanae nobis auspican dum videtur, cum primum de summo Deo comprehensiones, non solum probabiles, sed etiam ad assentiendum necessarias in puerorum animis radices egerint: ita fiet vt a cognitione nostri primum, deinde familia, tum communis societas ad naturae inspectionem, ac postrem, ad immortalis Dei veram histo-
riam,

riam, id est, contemplationem, abducatur. *sc̄pt̄o*
atque hoc postremum quādū difficile sit iis qui *to. R̄a-*
nondum vere philosophia facis initiari fue-
re, fatis intelligunt, qui se in rerum magnarum
meditatione aliquātū exercuerint. vt enim
mentem paulatim supra sensus quasi supra flu-
etus, quibus immersitur magna pars homini-
num, erigant: nunquam tamen se ab ita li-
berare possint, quin à sensibus emissa species,
tanquam nebulae, se lumini veritatis opponat.
quō fit, vt qui omnia rerum humanarum ac
naturalium cogitatione ab historia diuina au-
spicantur, & pueris aut ignariis hominibus ar-
duas rerum diuinarum questiones explicant,
non modò s̄c fallantur, verum etiam earum
magnitude plerisque deterrent. quod igitur
ad iis, qui ex alia quadam ac densa caligine in
lucem veniunt, suaderemus vt prius solis splen-
dorem in terra, tum in nubibus, post in luna
conspiciant, vt bene confirmato visu solem ip-
sum aliquando contueri possint: idem quoque
aduersus imperitos faciliendum est, vt primum
Dei beatitudinem ac praestantiam in rebus hu-
manis animaduertant: deinde in perspicuis na-
ture causis: tum in cœlestium corporum de-
scriptione & ornati: postea in mundi totius
admirabilis ordine, motu, magnitudine, con-
centu, figura: vt iis gradibus ad eam, quæ no-
bis est cum Deo, cognitionem ac generis stir-
pem



pem aliquando redeamus; rursumque cum eo
penitus coniungamur, qui alter historiam in-
stituant, naturae leges & terrena perfrui mihi
videntur. Et quoniam triplex illud historiarum
genus viri graues & eruditis accurate scri-
ptis mandarunt, illud: tantum mihi proposui,
vt in iis legendis, ac studiis dijudicandis ordi-
nem & modum seruarem; praesertim in hi-
storia rerum humanarum. Nam cum diuitiae
naturales historiae ab humanis plurimum dif-
ferunt, tum hoc maximè quod illa non modo
causis, verum etiam fimbriis certi sunt conter-
ta. naturales enim necessariam habent & ita-
bilem causarum cœluctionem, nisi diuina po-
testate prohibeantur, vel paulo momento ab
ea deferantur, & quasi fluentis materie principi-
i omniumque malorum parenti permittantur. ex altero quidem depraevate natu-
ra & immania monstrasse altero egregia Dei
miracula: ex utroque religionis aut superstitionis
origo ac numeris cuiusdam metus in
nobis ingeneratur, vt Dei maiestas illustris &
claras quanquam illustrios aut clarior esse non
potest: sed vt hominum generi magis conspi-
cua sit, at humana historia quod magna sui
parte fluit ab hominum voluntate, quæ semper
sui dissimilis est, nullum exitum habet: sed
quotidie nouæ leges, noui mores, noui institu-
tuta, noui ritus oboruntur: que omnino hu-
manæ

mantæ actiones novis semper erroribus impli-
cantur; nisi à natura duce, id est, à recta ratio-
ne, vel cum depravari ceperit, ab ea que pro-
prius absit ab ortu sui principio, diuina pru-
denter sine consequentiis causis diriguntur: à
qua si aberrauimus, præcipites in omne dede-
cūs labemur. tamet' enim mens hominis ab
eterna diuinaque mente delibata se quam longe
potest ab hac terrestri labe scindit, quia tamen impura materia penitus est im-
mersa, eius contagione sic afficiuntur, & perver-
sationibus secum disidentibus adeo distrahi-
tur, vt sine ope diuina nec seipsum erigere, nec
villam iustitia partem adipisci, nec quicquam
nature congruentem agere possit. ex quo ef-
ficitur, vt quandiu sensuum impedimentis
& falsa rerum imagine obruiuntur, nec vtile
ab iniuli, nec verum à falso, nec turpe ab
honesto discernere queamus: sed verborum
abuso prudentius tribuumus quo minus pec-
catur. quam quidem ad prudentiam compa-
randam cum nihil sit maius, aut magis ne-
cessarium historiæ, propter humanos casus
qui velut in orbem sui similes aliquando re-
currunt, ea praesertim elaborandum iis esse
iudicamus, qui non solitariam vitam agant,
sed ad hominum ceteras ac societas accom-
modatam. Itaque è tribus historiarum gene-
ribus, diuinius quidem theologiæ; naturale
philosophiæ



philosophis tantisper omittamus, dum in humanis actionibus earumque preceptis, diu multumque fuerimus exercitati. Est autem humana historia communis aut propria: hoc vnius hominis, aut ad summum vnius populi dicta factaque memoratu digna complectitur. Nam ut sapienter Academicorum rerum anilium nullas ideas posuerunt ita futilibus actionibus historia constare non debet, communis plurius hominum vel ciuitatum gesta narratique bisfariam: aut enim plurimum populorum, pitta Persarum, Graecorum, AEgyptiorum: aut omnium quorum modis res gestae prodicatae sunt, vel maxime illustrarium: quod item multis modis fieri solet, cum vnius temporis, scilicet die ciuitique, vel mensis, vel anni: unde ephemerides sive diurna, & annales dictae: aut ab ortu ciuitique ciuitatis vel ab extrema memoria, vel ab orbe condito Rerum publicarum initia, incrementa, status, conuersiones, exitus memorantur: quod bisfariam quoque sit, breuiter aut copioser: ex quo nomen habent chronica & chronologia. Alij paulo alter, eodem tamen relabuntur: nam Verrius Flaccus historiam diffusam narrationem vocat, in qua rerum, personarum, ac locorum momenta ponderantur et co qui rebus interficiuntur. annales vero a Cicerone dicuntur, cum sine villis ornamentis, sine anxia caularum distinctione

sitione, gesta ciuitique anni narrantur. erat inquit Cicero, historis nihil aliud nisi annalium confectionio. diaria sive ephemerides dicti ciuitique gesta, vt Asellio apud Gellium interpretatur. Fatti vero annales sunt, in quibus res quaque memorabiles, magistratus maximi, clarissima victoria, offensiones, triumphi, ludi fecales breuissime continentur: quales sunt Verrij Flacci, Cratoris, Aufoni, Cassiodori, Cupinian. in vniuersum tamen historias appellantur: & superior illa partitio naturali ac diuina historias perquam congruit, cum vel viuis religionis (quoniam plus vna esse non potest que superstitionem inter & impietatem medium ferit) scilicet Christianae, vel plurium, vel omnium, aut maximae illustrium origines ac progressus memorantur. Confinimur vnius rei naturalis historia colligi potest, puta vnius stirpis aut animantis: vel omnium stirpium aut animantium, quales sunt historiae Theophrasti & Arisotelis: aut etiam omnium elementorum, quaeque ex his conflantur corporum: vel denique totius naturae descriptio, quemadmodum Plinius complexus est. Aut si quis nolit cum naturalibus disciplinis mathematicas confundere, quatuor genera confinierunt historiarum: humanam quidem incertam & confusam: naturalem certam, interdum tamen materiam vel malum genij contagione int-



certam ac sui dissimilem : mathematicā quod à concretione materiæ libera sit, certiorensis enim veteres hanc ab illa diuiserunt . postremò diuinam certissimam & sui natura planè immutabilem . Atque hæc de historiarum partitione.



De ordine historiarum.

Cap. secundum.

VOD in artium tradendarum ratione ac modo fieri solet, idem nobis est, opinor, in historiarum disciplina faciendum, neque enim fatus est magnum historicorum cumulum domi habere, nisi cuiusque usus & quo quisque ordine ac modo legi debeat intelligatur . & quemadmodum in epulis tametsi magna condimentorum suauitas est, nihil tamen insuauis si misceantur ita quoque prouidentum erit, ne historiarum ordo confundatur: id est, ne postrema priore loco, vel media postremo, ad legendum propo- nantur, quod qui faciunt, non solum res gestas capere nullo modo possunt, sed etiam memori- zim penitus labefactant: ut igitur plena sit


ANTRICIA

&

& facilis historizum scientia principio adhibetur præstans illa docendarum artium magistra, quæ dicitur analysis: quæ vniuersum in partes fecare, & partiæ cuiusque particulas rufus diuidere, rotiisque ac partium coherentiam quasi concentrum inter ipsa mira facilitate docet, nihil enim in syntheſi nobis est elaborandum; cum historiarum ferè omnium membræ inter se aptæ sint, magnōque studio ab eruditis in unum veluti corpus coagmentata: sed imperitè à nonnullis separantur. est autem partium ac totius tantà coherentia, ut si diuelantur à se ipso nullo modo confitare possint. Itaque Polybius Fabium Maximum, alioque Punci belli scriptores ob id etiam coartuit, quod eius bella partem vnam vel alteram complectantur, ilisque similes videri scribit, qui capit is oculum, vel aliam particulam ab animante auxiliari ostentant, ut cuius sit pars illa non fatis intelligatur. eadem reprehensione vritur Dionyphus Halicarnassus aduersus Polybium, Silenum, Timum, Antigonum, Hieronymum, qui Romane historie commentanios laceros & imperfectos reliquerant, confinili quoque oratione quis adteritus Dionysium vtratur: tame tñ reprehensione carent; quia nec ab omnibus scripta debuerunt, nec certè potuerant, cù tantum quisque collegit, quantum infinito labore ac diligentiā

b x

diligentia



ligenzia decerpere potuit. nec illud opiner, ad scriptioñem pertinet, sed ad lectionem historiarum, quarum partes si distrahabantur, nec secum ipsæ, nec cum toto cohærebunt. quod igitur illi de Romana, idem nos de vniuersitate populorum omnium historia statuamus. vniuersam historiam appello, quæ vel omnium, vel maxime illustrum populoꝝ, vel quorum facta prodita sunt, ab ortu cūiusque principiorum bello domique gestas cōpletebitur. tamen si enim multo plura sunt om̄ia, quām viiiii scriptione comprehensa, nihilominus tota tam multa restant, vt iis legendis hominum vita quantumvis diurna, vix sufficere posſit. Primum igitur communem velut omnium temporum tabulā, nudam illam ac simplicem nobis ad intuendum proponamus, in qua mundi origines, elusiones, Rerūque publicatum ac religionum, quæ magis claruerunt, initia duntur & exitus, si modò exiūm habuerūt, continetur: quæ tum Orbis & Vrbis conditio, tum Olympiade, vel etiam si ratio posseatur, anno Christi & Aralum Hegira (quæ in vulgatis chronicis om̄ia est) definiantur. eiusmodi ferè sunt chronicæ quæ vulgo feruntur, linearum spatiis distincta, brevia illa quidem, sed aſpicibantibus facilia. ac tamen non exacta continent temporum rationem, proximè tamen ad rei veritatem accedunt. post hanc descri-

descriptionem vberiore aliquantum & accurate ratiore libet vtrum, qui non tantum illustrum, sed omnium populorum initia, status, conueriones, & lapsus complectatur, ea tamen breuitate, vt eodem penè intuitu qualis cuiusque Reipublicæ status fuerit, videri possit: in quo genere plures scriperunt, nemo tamen, vt milii videatur, accuratiū quam Ioan. Funicus, qui certissima ratione temporum ea colligit que ab Eusebio, Beda, Lucido, Sigismundo, Martino, Phrigione tradita fuerunt: in quibus multa diligenter emēdauit. sed cum in rebus singulis aliquando haretur, ea prætermittenda sunt, & summa queque leuiter attingenda. Ab eo scriptore aliquantum informati de statu rerū omnium publicarū, Carionis aut verius Melancthonis historiam confimili diligentia percurremus. Est enim aliquanto copiosior in disputationibꝫ de religione, veterat religionis ac pietati deditus, quæ si odiofa videntur, præteriri facile possunt: certa quæ in vniuersitate de Rebus publicis clarioribus dici potuerunt, breuiter & accurate complexus mihi videuntur, ac si quis est alius scriptor (sunt autem nonnulli) qui vniuersam mundi historiam Melancthone copiosius scripsit, hunc ego legendum censeo. Deinde ab vniuersis palatim ad singula delabentur, eo tamen ordine quo in tabulis chronicorum sunt cōprehensa.



Et quoniam à Caldæis, Asyriis, Phœnicibus, & Argypiis, Reipublicæ gubernandæ ratio, discipline, humanitas denique ipsa profecta est, imprimis illorum antiquitates ineufligebimus; non solum in scriptoribus qui propriè de illis scriperunt, vt Berossus, Metathenes, Herodotus: sed etiam in Hebreis, quorum res gestæ cum reliquis ferè communis sunt. etenim multò plura certioraque in Iosippi antiquitatibus, & in libris aduersis Appionem de finitimis illis populis quam in ullis scriptoribus commemorantur. post Hebreorum historias inquiremus; sed ita vt initio Reipublicæ instituendæ rationem, potius intelligamus, quam religionem: que ad tertium historiae genus spectat, & altiorem desiderat contemplationem. deinde ad Medorum, Periarum, Indorum & Scytharum imperia veniemus. Ab his ad Græcos: qui ab Araxe, Euphrate, & Syria portis ad Hellestantum usque, rursus ab Hellestanto usque ad Danubium Acroceranios & Arimontes, suum genus propagarunt, & insulas Asia atque Europæ adiacentes, tum Italiam ipsam coloniarum multitudine compleuerunt. horum appellatio triplex est: primi quidem Iones; alteri Aroleas; postremi Doræ dicti sunt. A Græcis ad Italos, qui Alpibus & vtroque mari cinguntur. Et quoniam populos omnes impe-

rij

Gran

rij magnitudine ac rerum gestarum gloria superarunt, tantaque iustitiae opinione valuebunt, vt non modo legibus & institutis, sed etiam lingue dignitate reliquis gentibus adhuc imperare videantur, omnis illorum antiquitas diligenter erit excutienda. cum autem maxima diurnaque bella cum Poenis gesserint, utriusque gentis historia ferè est ad illud scriptoribus comprehensa. His, opinor, proximi sunt Celtæ, atque haud scio an Italib[us] ipsi antiquiores; certe quidem prius militari disciplina claruerunt, quam Romani, neque in Italiano modo, sed etiam in Hispaniam, Germaniam, Graciam, & Asiam colonias miserunt, vt suo loco dicemus. ac tametsi Garunna & Sequana fluminibus à Cæsar definiuntur, nihilominus imperium à Pyrenæis & Oceano ad Rhenum & Alpes protulerant. Sequuntur Germani, qui Alpibus, Rheno, Vistula, Carpatho monte, & Suelico martinguntur, quique Germanis sunt finitimi Dani, Noruegi, Sueci, Scandi: tum populi qui ab illis originem traxerunt, Gothi, Franci, Vandili, Hunni, Heruli, Longobardi, Burgundiones, Angli, Normani: à quibus res maximæ gestæ sunt, & imperia florentissima constituta in Gallia, Britannia, Hispania & Italia. tametsi enim Hispani ac Britanni sua vesture nobiles sunt, non tamen ita re-

Celtæ.

Germani

b 4 bus



bus gestis claruerunt ut illi : quemadmo-
dum Arabes, qui generis antiquitate clarissimi
fuerunt, sed in otio semper ante dilatuerunt,
quoique erupentes è desertis Perfas & Gra-
cos de Afia & Africa imperio depulerunt,
magnaque victorias in Europa sunt confec-
ti . neque tantum arma, sed etiam religiones,
mores, instituta, linguam denique suam toto
terrarium orbe disseminarunt . vulgus Sarace-
nos appellavit: qui tametsi ex variis populis
coaluerint, nihilo minus Arabes ipsi principa-
tum tenerunt, vt postea planum faciemus.
Ab his ad Turcas delabemur, qui ab oris Ca-
spii in Asiam influentes, paulatim Afia mi-
noris, Gracie totius & AEgypti regiones ar-
mis inuaserunt. Neque impetui Tartarum o-
mittemus, qui ultra Imaum montem & mare
Caspium longè latè imperiū: neque Moscho-
uitatum, qui a Volga flumine & Tansi, usque
ad Borithinem arma protulerunt, ac super
Liuoniam imperio adiuxerunt. postremi sunt
Americi, & qui ora Africae Australis ac Indi
tenent, quorum historias quoque intelligere
vile ac iucundum erit. Quæ omnia primo qui-
dem leuiter percurrenta sunt, deinde accura-
tiū examinanda. vt cum summa veluti capita
rerum tenerimus, ad singula paulatim venia-
mus . neque tantum maximas, sed etiam me-
diocres ac minimas qualque Republicas in-
quire-

quitemus: puta Rhodiorum, Venetorum, Si-
culorum, Cretenorum, Heluetiorum, Achæo-
rum, Genuenorum, Florentinorum, & id ge-
nus similiū. Græcorum quidem singulas fa-
tis accuratè Pausanias conscripsit. Percepta
historia rerum omnium publicarum ; reflabit
vt eorum res gestas inquiramus, qui vel impe-
rio, vel generis splendore & opibus, vel deni-
que virtutibus ac ingenio laude floruerunt:
quorum suo quique iudicio delectum habe-
bit, & ad suas vitæ rationes optimi cuiusque
dicta facta accommodabit. Post historiam
rerum humanarum, si cui tantum est otium, vt
natura pulcherrimas historias scrutari possit,
multè faciliores aditus ad historiam diuinam
habiturus est: fin rei difficultas illum & vita
rationes ab incepto recubant, ad res ge-
rendas accedit; aut si nullus est in hac vita
fabula locus ei relictus, fit aliorum spectator,
vt res humanas, quarum mortuam imaginem
in libris viserit, oculis ipsis intueatur. aliter
fieri nequit, vt suauissimos ab historia fructus
percipiamus, nisi prius mediocriter in rebus
agendis, aut diligenter spectandis, vt monebat
Pythagoras, exerceamur. Postremum erit, vt
cogniti rerum humanarum ac naturalium hi-
storia, quæ filios manibus, ad diuinam acceda-
mus, ac primum cuiusque religionis summa
capita colligamus: tum videamus quis cuiusq;
autos



autor fuerit, quæ initia, quos progressus, quæ denique statum & exitum habuerit: quid in unaquaque virtuti consentaneum, quid alienum sit. ad hac illudtrium philosophorum de religionibus & summo bono sententias adiungemus, ut omnium opinionibus in medio positis, veritas magis eluceat. iuuabit etiam ex illis multa decerpere, quibus, velut Hebrei de spoliis Aegyptiorum, præpotenti Deo sacra faciemus. Sed in eo genere historiarum, plus oratione frequenter & purgata mentis in Deum conuersione, quam vlo studio proficiemus. Hac autem quæ à nobis de ordine historiarum dicta sunt, Cosmographiæ similitudine faciliter intelliguntur. huius enim tantæ est cum historia cognatio & affinitas, ut altera alterius pars esse videatur. & verò Scytharum, Indorum, Aethiopum, Americanorum historias, à geographis duntaxat haunimus & expellimus. præter hanc historici geographicis descriptionibus vtuntur, & historici terrarum regiones semper describunt, ut si ars villa histotico necessaria sit, profectò geographia summi necessaria videatur: quemadmodum igitur qui Cosmographiæ intelligere volet, hunc necesse est mundi totius imaginè breui tabula comprehensam sub aspectu collocare: deinde habitudinem cælestium corporum ad hanc elementaria videre: & vraniographiam ab elemen-

tari

tari diuidere; ab aëre inquam, aquis ac terris: ab istisque inemographiam, hydrographiam, & geographiam deducere: illam verò in decem orbem, quotidie círculos partiri: postea ventorū ordinem ac naturam tractusque maris vtriusque ac terrarum descriptionem diligenter inuiri. deinde orbem terre pinguis mineralia primum in quatuor aut quinque partes, in Europam scilicet, Asiam, Africam, Americam & Australem terram partiri, carumque sinus inter se & cum cæli facie conferre: tum eam terræ partem quæ temperatior est, & populorum nobilitate clarior, puta Europeanam, Hispaniam, Galliam, Italiam, Greciam, Germaniam, Scythiam, Scandiam, Daniam, & in infulas vnicuique regioni adiacentes diuidere. confimiliter Asiam in minorem & maiorem: hanc in Aſyriam, Perfiam, Parthiam, Medianam, Hircaniam, Arianā, Gedrofanam, Indianam & Scythiam eis & ultra Imaum tribuere: minorem in Phrygiam, Lydiam, Lyciam, Ciliciam, Cariam, Pamphiliam, Syriam, Galatiā, Capadociam, Pôtum, Armeniam. eodem modo Africam in Mauritiam, Lybiā, Cyrenaicam, Aegyptum, Aethiopianam, Numidiā, Nigritarique regiones, in qua diuisione satis enī insignes fluvios, montes, mari cluit ut rares figere, ac cæli meridianos & parallelos cuique regioni con-

gruens




gruentes designare. A Geographia tandem ad Chronographiam, id est, regionū descriptionem, facilis erit accessus. igitur telam subtilius retexentes, vnamquaque regionem describemus: puta Hispaniam, quae prima pars est Europa, in Beticanam, Lusitaniam, Tarraconensem partiemur. hanc rursus in Galliciam, Castiliam, Nauarram, Aragoniam, fluorum limitibus positos, Hiberio, Anatō, Tago, Beti, Durio, & eo monte (vulgo Adrānō vocant) qui ciceriore ab ulteriore Hispania seingit, tum mediane regionis latitudinem partitus xl. lōgitudinem vero xv. amplitudinem in longum partibus xiiij. in latum viij. definiemus. simili ratione in aliis regionibus vndum erit. Postremo à Chorographia ad Topographiā & Gromaticam, id est, ad singularium locorum descriptionem ac dimensionem dilabemur. ac primum clarae vrbes, portus, litora, fretas, sinus, isthmos, promontoria, campos, colles, cliuos, rupes, vertices, agros, pacua, sylvas, nemora, saltus, prata, virgulta, spineta, viuaria, pomaria, viridaria, salicta, omniisque oppida, colonias, praefecturas, municipia, castella, basilicas, vicos, pagos, villas (si res ita postulabit) complectemur. Non alter historiam vniuersam partiemur ac definiemus. & quemadmodum falluntur qui regionum tabulas prius intuerunt, quam totius vniuersi orbis partium;

partiumque singularium inter se & cum toto rationem accurte dicierint: ita non minus errant, qui singulas historias prius intelligere se posse putant, quam vniuersae historiae omniumque temporum ordinem ac seriem velut in tabula propria indicarint. eadem vtemus analysi in singulari gentis cuiusque historia. vt si quis Romanorū historias planè intelligere ac memorie nandare velit, prius sextum Rufum legat, quā quatuor paginis, totam historiam complexus est. hinc ad Flori epitomen deinde ad Eutropium, post ad Liuium & Polybius accedat. confimiliter de historia Francorum iūdico, quam I. Tilius breuissimè complexus est vno libello. hunc igitur prius legendum puto quam Paulum Armilius: & Xiphinum, quam Dionem: Iustinum, quam Diodorum vel Trogum, cuius tamē scripta penitus intercidērunt. neque tamē satis est vniuersam historiam intelligere, nisi singula quoque intelligamus. utraque vētō conuncta, incredibilem, inquit Polybius, afferunt vtilitatem. id quod antea plerisque fecellit, qui summa capita Rifi vel Flori collegerunt, Liuim neglexerunt: qui propterea penitus intercidit. confimiliter Iustinus Trogō Pompeio: Xiphilinus Dioni prope interitum attulisse videtur. Postremum erit, vt omnia dicta factaque memoratu digna in cōmunes



mones quosdam memoriarum locos, velut in thesaurum reponamus, & ex iis quantumcumque iudicio nostro videbitur eriamus. id autem commodiùs fieri nequit, quia si humanarum actionum partitionem nobs ad intuendum proponamus.



De locis historiarum recte instituendis.

Cap. tertium.

VONIAM de humana historia potissimum uitura disputatio est, historia verbum late patens angustis hominum actionibus, & ad popularem loquendi modum rerum ante gestorum vera narratione definiamus. humanarum autem actionum tanta varietas est & confusio, tanta historiarum libertas & copia, ut nisi certis quibusdam generibus hominum actiones ac res humanæ distribuatur, nec placet historiae percipi, nec percepta memoria discontineri possunt. Quod igitur viri docti facere solent in aliis artibus, ut memoriae consulant, item quoque in historia faciendū iudicord est, ut loci communes rerum memorabilium certo quoddam ordine cōponantur, ut ex iis, velut ē tressaris,

ad actiones dirigendas exemplorum varietatem proferamus. & quidem nobis hominum eruditiorū studia non defuere, qui ex historiarum lectione argutas sententias, quæ aphorismata vocant, exprefserunt: sed cū in humanis actionibus tria potissimum spectari cōsueuerint, consilia, dicta, facta, ex quibus bene sentiendi, bene dicendi, ac bene agendi virtutes inquirimus, illi verba quidem colligerunt, que verò in factis & consiliis polita sunt, omiserunt, nonnulli dicta, factaque illustrium virorum, sed tenuiter admodum & sine ordine scripserunt: tum etiam humana diuinis, & utrisque naturalia confiderunt, consilia verò ne attigerunt quidem: cū tamen in viuis consilio fæpe falsus Reipublicæ posita sit. Itaque humā ordinem instituendum puto, ut tribus libris locorum omnium rationem complectamur. priore quidem res huminas: altero naturales, que in historia sepe occurunt: tertio diuinas, & quoniam maior est in rebus humanis qualis in reliquis obscuritas & confusio, placet omisſi naturalia ac diuina historia rerum humanarum & actionum partitionem à capite arcessere: deinde his ordine constitutis, indicare quoniam modo historiam flores aptè & suo quicque loco accommodari possit. Actiones definitur, quæ in seipsum vertitur, nec villum opus relinquit, vt sermo



sermo; effectionem veroque opus molitur, ut scriptio: sed remota verborum subtilitas, quoniam in populari ratione omnia nostra versatur oratio, latius actionis verbum definiendum nobis est, ut consilia, dicta, facta, que prodeunt ab hominis voluntate, complectentur: sive pura sit, & ab omni aegritudine libera, qualis est in sapiente: sive perturbationibus, puta libidine aut ira, distractatur, ut in plerisque qui intemperantes & infani appellantur, qui nihil scelerat sponte agunt, ut dicitur, sed animi quadam impotentiā feruntur, voluntatem: sive metu mali impendit, quid agatur, ut qui iactū faciunt rerum pretiosarum, nec sponte agunt, nec aegritudine animi, sed suscepito confilio malunt opes, quam seipso intēre. quod si quis à mente fuerit omnino alienatus, cuiusmodi sunt furiosi, ac rerum que geruntur ignari, corum actiones non tam humanæ, quam diuinæ, aut naturæ depravatae, aut dæmonis ipsos agitantis esse videntur. & quæ admodum naturales actiones attrahendi, aut expellendi, non sunt humanæ, ita ne illæ quidem, nec rufus si quis alterum precipitem dederit ab altero impulsus, non eius est actio, nec peccatum illum. confirmiter quem Deus aut furor diuinus ad vaticinandum affluerit, non humana, sed diuina est actio, qui non ab hominis voluntate regitur. actiones igitur humanae

manæ sunt, quæ ab hominum consilis, dictis, & factis praevente voluntate oriuntur: est enim voluntas, humanarum actionum magistra, sive ad rationem, sive ad vim animæ inferiorem sece conuerterit in rebus expectendis ac futuri. Et quoniam primum studium conferuandi sui natura unicusque ingeneravit, primæ hominum actiones ad ea pertinent, sine quibus vni modo potest: deinde ad ea fine quibus viu quidem, sed non satis commode, aut commode, sed non splendide, aut splendide, non tamen ad eam, quæ suauissime sensus oblectat, voluptatem. hinc opum augendatur cupiditas, sed quia voluptatum nulla satietas, aut ea communis est beluarum reque ac hominum, quod quisque generosior est, eo longius se à beluarum societate disiungit, ac paulatim gloriae cupiditate fertur, ut reliquis præfare possit. hinc dominandi libido, & temuoribus vis illata, hinc, diffida, bella, feruitates, cædes, sed cum hoc vitæ genus turbulentum sit ac periculis plenum, tum vero inanis ea gloria quæ hominem excelsi animi explore non possit, consequens est ut homo bene à natura informatus, paulatim feratur ad virtutis actiones, quæ in vera laude & solida gloria versantur, in qua plerique finem extremum constitutunt. sed quoniam natura quietis est appetens, planum est eas virtutis actiones ad quietem aliquando



dirigi op̄tere. quō sitvt homo paulatim à curis & hominum societate distractus solitudinem querat, vt tranquillitate natura contentanea fruatur. itaque res humanas despiciens earūmque inconstantiam ac temeritatem, naturæ causas certissimas intuetur, in quibus contemplandis tantam percepit voluptatem, vt talium studiorum conciētia fretus, regum opes ac fortunas negligat: quinetiam plenique cum maxima imperiū gessifert, ad hoc vita genus sponte relabi, quām regnare maluerunt. hinc illæ scientiæ ac virtutes, quæ quid in veri sola cognitione acquirent, ~~q̄~~spicere vocantur. Neque verò id satis est homini bene à natura instituto, vt in iis scientiis, quarum subiecta materia sub sensu cadit, acquiescat; sed his veluti gradibus ad ea fertur, quæ sola mente percipiuntur, id est, ad animorum immortalium vim ac potestatem, quoque perniciibus aliis sursum abripiantur, ac sive originis primordia repetens, cum Deo penitus coniungatur: in quo finis humanarum actionum & quies extrema, summiq[ue] sc̄ilicet consiliis. hic omnia consilia, dicta, facta, huc humanae actiones, huc disciplinae ac virtutes referuntur. Ac tamēsi contemplatio minus propriè actio dicitur, sic tamen Aristoteles appellauit, ne à se ipse discepans, aliter quam actione beatam vitam definiret. Hæc igitur ordine colligimus.

mus. Primi generis actiones ad eas artes referuntur quæ ad tuendam hominum vitam, morteboque & offensiones repellendas pertinent: vt venatio, pecuaria, agricultura, æificatio, gymnaſtica, medicina. secundum genus ad insitioriam, gubernatoriam, lanificia & fabriles artes. tertium ad cultum & viētum splendidorem aque omnino ad quæstuarias artes, quibus opes parate & partis magnificè vti docemur: in quo superiorum artium perfectio versatur. sequuntur actiones voluptatum effectricesque vel sensu, vel animu[m], vel vitru[n]que mollier afficiunt. ad gustum quidem Apicianæ artes. ad tactum sordida Mleſiaca: ad odoratum vnguentaria: ad viſum ductus linearum & colorum varietas dectēter confusa, que pertinent ad picturam, calaturam, topiam, fusoriā, flaturiam, tum etiam ad varias artes tingendi & acu pingendi. ad aures dicentivelnitas, numeris, aut figuris, aut utrīsq[ue] comprehensa, aut etiam mollis ac depravatus arte nimia concentus, cùm simplex & natura congruens graues animorum ægritudines sanare, contrà verò sonorum varietate ac celeritate numerorum abrep̄tus, mentem de faintate deturbare soleat. quod illic accedit, qui auranti volupati mīmis inferuentur. Donos modos & grates numeros aspermantur, Ioticos affectant, vt mirum videri non debeat, si multus.



ad infaniam perducantur. Cum autem eas vi-
tae utilitates ac delicias nec singuli à singulis,
multò minus à seipso idem consequi posset,
hinc coeundi societatis occasio quæsita, cu-
ius tamen non hic finis extitit. nam illa quo-
que bona cœctus animantium, quæ gregatim
coeunt, consequuntur. homo verò cum sit im-
mortalis animorum numerè à Deo suborna-
tus, eique similitudine quadam coniunctus, a-
lienum est eius præstantia cum beluis summi
boni societate copulari quod quidem fieret si
in ciuitatibus beatè tantum, non etiam bene
viveretur. non mirum igitur si in communī so-
cietate tuenda tot ac tantarum utilitatū ef-
fētrice, præcipue hominū actiones con-
spirant, sunt autem in ciuiti, domēstica, &
moralī disciplina positi: vna sibi ipsi imperare do-
ceat altera familiæ: tercia Reipublicæ: prius e-
nī apud sè rationis imperium stabilire con-
sentaneum est, in quo quidem iustitia totius
ac legum omnium summa confitit, quam vx-
ori, liberis, ac seruis imperati possit: & fami-
liæ prius imperium habere quam Reipublicæ.
prima quidem hominis est ad hominem: alte-
ra vnius ad plures, qui charitate mariti uxori-
rem, pietate paternâ liberos, imperio herili
seruos moderari, tum etiam opes ad vitæ præ-
fida partare, & partis frigaliter vñ possit. po-
stræma longè latè patet, nec solùm vnius fa-
miliæ

militæ, sed plurim inter se coniunctionem af-
finitatibus, & commerciorum vñ complexa
fouet ac tuetur. id autem sit ciuili disciplina, id
est, imperandi prohibendique summa ratio-
ne. Ciuitati disciplinam voco, non iurisprudé-
tiam, vt plerique (est enim illius particula) sed
illam artium omnium ac humanarum actionū
moderatricem, cuius tria sunt capita, impe-
rium, cōsilium, executio. imperium multiplex
est, sunt tamen omnino quatuor partes, ac
totidem actionum genera, in quibus eluet
imperij maiestas, prima in creandis magistris
& imperio cuique tribuendo: altera in
legibus iubendis aut abrogandis: tercia in bal-
lo indicendo ac simendo: postrema in premis
ac penis decernendis, summâq[ue] vita ac necis
potestate. consilium autem capi solet de iis in
quibus imperium versari diximus. aliud est e-
num legem ferre, aliud de lege ferenda consul-
tare. hoc senatus, illud populi vel principis est,
vel eorum qui Reipub. sumnam habent. con-
sultur quoque de vñ eligalibus imperandis aut
minendis, de exercitu cogendo, de legationis
bus admittendis vel dimittendis, de propug-
naculis & fortis tecis: postremò de illis arti-
bus & ciuium actionibus in Republica diri-
gendi, quæ non posse omnia legibus com-
prehendi. harum autem actionum præcipue
sunt imperandi, ius dicendi, concionandi, fa-
milicandi



criticandi: duæ quidem superiores ad cogendum, sequentes ad suadendum spectant: sed quæ non minorem, interdum etiam maiorem vim habent. illæ quidem legibus & armis à flagitio deterrent, alia rationibus & religioso ritu ad honestatem & virtutem impellunt. primum enim homines agrestes ac barbaros quasi seras, militari manu à crudelitate & iniuria prohiberi oportuit: deinde iuris dispensatione & requite: postea concionibus & religionis metu. & quemadmodum arte imperatoria, iurisprudentia, oratoria, & religione humana societas maximè continetur, si milites fortiter, iudices aquilatiter, pontifices religiose, oratores prudenter se gerant: ita quoque facile solvit nisi ciuili arte ac imperio regantur. ciuilis quoque disciplina regitur insitiora in communum rerum cœctione & inuestigatione agricultura, pecuaria, medicina gubernatoria: post opifia quibus aut necessaria, aut commoda vita præsidio quadruntur. rem quoque literatiam moderatur ciuili scientia, puta divini & humani iuris interpretes, & eos qui a veteribus sophistæ, postea Grammatici uno verbo sunt appellati, Rethores, inquam, poëtas, Grammaticos, philosophos, mathematicos, ac propter eam vocarunt veteres ciuilem hanc disciplinam architectonicem propriæ, quod omnibus omnium artium magistris

leges

leges praescribat, ut ad communem utilitatem suas actiones dirigant, neque contrâ Reipub. commoda quid moliantur. præterea viuiscu- iisque munus ciuilis scientia definit. sunt autem urbana vel militaria munera. hec rem militarem curant: illa vero domestica imperia, consilia, iudicia, vrbis annonam, expensas, ararium, vias, farta recta, iuuicibus educationem, religionem. omnis autem illa partitio munera septem generibus continetur. primum genus est sine honore, sine quaestu, sine imperio, quod subire coguntur iij qui tributa, militiam, excubias, vrbis custodiā, & id genus munera sine stipendio curant. alterum genus ad eos pertinet qui munus quidem publicum habent cum quaestu, sed parum honesto: cuiusmodi sunt licetores quique fordes vrbis egerere solent. tertium genus eorum est qui publicum minus cum quaestu non in honesto quidem sed sine dignitate coniunctum habent, vt publicani, scribæ, notarij, apparitores, corniculatii. quartum genus cum honore ac mercede coniunctum est, sed tamen sine imperio: vt pontifices ac legati, quintum in magno est honore sine quaestu ac imperio, quale munus est principis Senatus, aut ducis Venetorū. sextum honorem & imperium habet sine stipendio, cuod proprium est magistratum; quales sunt Confule, Prætores, Censores, Tribuni, Archötes,

c 4 Ephori,



Ephori, & id genus alij. extremum est eorum qui cum honore & imperio stipendia merentur: vt c x x. viri litibus iudicandis apud Venetos, & vbique ferè ij qui iurisdictionem exercent. quaꝝ omnia munera eius imperio ac potestate qui Reipublica summa habet diriguntur. neque tamen exsimilare debemus religionem disciplinae civilis partem esse, si pontifices & sacerdotes imperio magistratum contineri videmus: quod eò pertinet, vt sacrificia ritusque in Republica probatos accerimè tueantur. religio vero ipsa, id est purgatio mentis in Deum recta conuersio, sine ciuili scientia, sine cœtu, in vnius hominis solitudine esse potest, ac magnorum virorum confusus beatior is putatur, quò longius est à ciuili societate remotus. sed quoniam vita ciuilis eget actione perpetua, nec potest in contemplatione tota ciuitas occupari: vt neque corpus ipsum aut anima vites omnes intelligere: non erit hominis & totius ciuitatis eadem felicitas, si sola cōtemplatione bonum definiamus: id quod Aristotelem valde conturbavit, nec seipsum ex ea difficultate explicare potuit. Itaque ex Varrois autoritate, quam Marius Platon quoque tribuit, bonum hominis vitam agentis, neque otio, neque negotio; sed misero genere definitum nobis erit, si voluntus idem esse vnius hominis, ac totius ciuitatis

tis

tis bonum. neque enim mens pura illa contemplatione prius frui potest, quam à corpore peritus aulsa fuerit. His igitur generibus actiones humanae continentur: aut iuxta reflant, ad ea referri facile possunt. Quare tribus libris ad humanas, naturales, ac diuinæ historias accommodatis, a priore libro singulares hominum actiones & casus humanos eo quo diximus ordine constitutemus. Primus locus erit de generis obscuritate ac nobilitate: alter de vita & morte: tertius de vita commodissima: de opibus & inopia: deinceps de vita splendore ac parsimonia: de ludis & spectaculis: de voluptate ac dolore: de gloria & infamia: de corporis fecunditate ac forma: de robore ac imbecillitate: de barbarie & humanitate: de ignorantia ac scientia: de ingenij dotibus & inopia: tum de morali disciplina, atque omnino de virtutibus & vitiis: consequenter de domestica disciplina: de mutua charitate marit & vxoris: de mutua pietate parentum & liberorum: de imperio herili & obsequio seruorum: aut, si placet, de potentium ac tenuiorum muruis inter se officiis: de quaestuaris artibus: de amore & odio: de societatibus & commerciis: de affinitate & cognatione: postea de ciuili scientia, ac primum de imperio: de regia potestate & tyrannide: de populi statu & seditione plebis: de optimatum imperio & libidine paucorum: de



de consiliis pro Republica capienda: de legibus rogandis aut abrogandis: de magistratibus ac priuatisside bello & pace, atque omnino de ciuiibus tuendis & arcendis hostibus: de offensione ac victoria: de pramis ac panis: de vegetabilibus imperandis aut minuendis: de legationibus admittendis aut dimittendis: de collegiis & corporibus instituendis aut tollendis: de regedis artibus ac disciplinis: de iudiciis publicis & priuatisside supliciorum acerbitate ac lenitate: de alysis & venia: de concionibus & oratoribus. post etiam de agricultura & pecuaria quibus Republice maximè iuantur: de mercatura & re nautica: de architectura & fabrili: de lanificis & tessatoria: de medicina & pharmacopeia: de musica & gymnastica: de pictura & statuariade vnguentaria aliisque artibus efficientibus voluptatum. de re literaria: de iuriis diuini & humani interpretibus de philosophis & mathematicis; de poëtis & grammaticis. Liber secundus rerum naturalium historias, que sapientia in legendis historicis occurunt, partitione congrua complectetur: primum de naturae principiis: de tempore & loco: de ortu & interitu, atque omnino de motu & mutatione: de elementis & corum natura: de imperfectis corporibus: de metalis & lapidibus: de genere stirpium: de animalibus triplici ordine distinctis: de celestibus corporibus:

ribus: de mundi magnitudine & figura, quæ omnia subtiliori partitione explicare facile est, propter summam rerum naturalium certitudinem. Postremus liber erit de rebus diuinis, ac primum de mente humana, quæ rerum naturalium culmen est: diuinarum autem extrema, tum de intelligentiarum tripli ordine: postea de Deo, de quo illius factis & oraculis: postremum de religione & impietate. His locis in capite cuiusque libri hoc ordine, aut ut cuique commodius videbitur, constitutis: sequens erit ut quicquid in historiarum lectione memoratu dignum occurret, suo loco inferantur, & in margine libri rerum humanarum notas adjiciamus consiliorum, dictorum, ac factorum (sic enim res ipsæ ad actiones commode referentur) idque literis maioribus, deinde videlicum erit quid in singulis honestum, turpe, aut adiaphorum sit: & eo modo notandum, C.H. id est, consilium honestum. aut si quis malit repudiata Stoicorum disciplina, honestum ab utili, turpe ab utili diligere, non repugnabo. constituet rigitur quatuor genera, turpe, honestum, utile, inutile. itaque consilium Themistoclis de nauibus exurēdis quod pro Republica iubente populo Aristidi communicaret, quia utile vitium est. Aristidi, non tamen honestū: locum hunc ad caput de consilis pro Repub. capendiis referemus, adiecis



Etis in margine notis C.T.V.id est, consilium turpe vtile. Consilium autem dictorum & factorum veluti fundamentum quoddam est, quod sine his consistit: illa verò siue consilio non item, nisi quid temerè dicatur aut fiat: & consilia rerum magnarum ferè secreta sunt, nec sine scelere produntur, nec item nisi ex gesta planè intelliguntur. vt Cincinatus vtile consilium fape Rem publicam Romanorum in maximis fluctibus ac procellis seruauit. cùm enim plebs clata Tribunorum numerum duplicari velleret, eique Appius consul acerimè resisteret: tum Cincinatus consilio cum paucis communicato, Annes, inquit, nam quo plures erunt Tribuni, cùd debilior futura est vniuersitate potestas, cùm viuus intercessio potentiam omnium frageret ac retardaret. plebs autem non intellexit se deceptam, sed velut pro maximo beneficio Senatui gratias egit. eiusmodi consilia de Republica, vtilia honesta vocentur. factum verò Q.Mutij cùm domum emeret, ac plus venditori daret quam petetur, religione adductus, honestum imutile dicitur: sic consilium Temistoclis quem regem Persarum clam admonuit, pontem illam, quo Asiam Europæ coniunxerat, Gracos excidere velle, non solum honestum, sed etiam vtilissimum fuit tum ipsi Themistocli ad gratiam principis, si Gracos domusisset, retinendam;

tum

tum vniuersitas Graciorum: quia de fuga statim Xerxes cogitauit, sed ferè vtilia cum honestis congruent. Interduum in eadem historiâ, consilia, dicta facta, sui similia sunt. vt Sexti Tarquinij consilium aduersus Lucretiam turpe est, dictum etiam turpius, factum verò turpisissimum. interduum repugnant dicta consilia aut factis. vt cum Augustus perpetuum imperium stabilitate vlleret, victo ad Actium M. Antonio, mirabiles ares excoxitauit, orationi quam habuit in Senatu, planè contrarias verbo quidem imperium pertinaciter recusabat, vacationem à Republica petebat, ad extreum vietus eorum precibus quos suboruardat, Deos obteffans est, se post decennium pacatis rebus imperio cessurum. hinc vota illa decennalia quibus imperium in annos quadraginta quinque fibi prorogauit. hic Cicero seruitus impatiens diceret honestam orationem turpi consilio minime respondere. Et quoniam plerūmque eadem historiæ pars in diversis capitibus censeri potest, caufam præcipuum intueri oportet. vt ea quam de Antiocho referrat Plutarachus in vita Demetrij, & Apiani in Syrio. cùm enim Antiochus Stratonices incredibili amore flagraret, tibi conficiebatur, ac iam moriturus videbatur, nisi Erasistratus Aristotelis ex filia nepos, amoris vim ex ipso pulvi iudicasset. patri Seleuco refert aetum



etum esse de vita filij : tum Seleucus, quid ita
meam , inquit Erasistratus, vxorem deperit:
an ego , inquit Seleucus tam male de te merita-
sum, vt adolecentis amori non indulgeas?
tum ille ; tu ne quidem amori alterius infer-
uires. Utinam, inquit Seleucus, dij fuisse amo-
rem in charissimam Stratonicem conuer-
tent: hic Erasistratus, ergo pater idem & me-
dicus est potes . itaque Seleucus Antiocho-
nouercam despōdit. Erasistratus verò donatus
est sexaginta millibus aureorum . hac historiæ
pertinet ad amorem, ad curationē morbi gra-
uissimi, ad paternam pietatem, ad filij verecum
diam, ad prodigalitatem, denique ad argutam
& urbanam Erasistrati orationem. sed quia his
omnibus causam præbuit summa vis amoris,
hanc historiam iucundam ac memorabilem
non ad capita virtutum, aut prodigalitatis, aut
medicine, sed ad caput amoris referemus, ne
sit infinitum rem eadem toties vspare. Sunt
etiam in dictis pleraque amara, putida, securi-
lia, quæ turpia quoque censentur: quædam ve-
rò urbana & faceta, quæ honesta . sed quæ ar-
guta sunt aut falsa, si neque turpium neque ho-
norum appellatio veniat, inter adiaphora
collocare soleo . vt illud Demosthenis ad
Phociensem. Perdet te populus si quando fu-
rere cooperit. quin te potius, si resipuerit. & il-
lud stulte querenti, quis citium optimus? tui
maxime

maxime dissimilis. hæc atque similia pertinet
ad dicendi lepores . Causis autem fortuitos
(quanquam nihil fortuitum esse potest, sed
populari oratione vitimur) qui ad homines per-
tinēt, & partim à rebus diuinis, partim etiam à
naturæ duci videntur, ad humanos causis referri
commodius est: vt illud quod scribit Tacitus
apud Fidenates virüs theatri casu quin-
quaginta hominum millia occidisse, ad locum
quem de morte inscripsimus, spectat. idem
iudicandum erit de iactura, naufragiis & for-
tuitis offenditibus . Contraria vero iisdem
locis coniunctim, quæda ea fera in historiæ
coniunguntur. scilicet virtutes ac vicia: turpia
& honesta, vt corum facta duuisse, simul ac
semel de contraria dici possit, pate de stulti-
tia, prudentia & malitia: de ignorantia, fortitudi-
ne, temeritate de confidencia, spe, desperatio-
ne, de levitate, constanza, pertinacia de stupore,
temperantia, intemperantia de arrogancia,
modestia, deiectione: de crudelitate, clemen-
tia, misericordia, quam prudenter Seneca vi-
tium animi vocatide avaritia, liberalitate, pro-
digalitate: de securitate, urbanitate, ruficitate,
de adulatio, affabilitate, contentione. ac
tarnefi pleraque nomine carent, mediocriter
tamen appellatio statim extrema percipiuntur. vt in animi excelsi magnitudine, in a-
amicitia, in virtute, in manuetudine, in fi-
de:



de:que aut nullum, aut vnum duntaxat extre-
mum habent nomine comprehenſum. in qui-
buſlam extrema fine mediorum appellatione
vſurpanſt: vt inuidia, malevolentia: garruli-
tatis, taciturnitatis, impudetia, pudoris; quem
à virtutibus excludunt, propterè quod non
quanius decet aetatem: id quod in virtutis de-
finitione necesse eſt. Quod si quem minus de-
lecat ea vitorum ac virutum partio, qua-
tuor generibus complectatur, scilicet, pruden-
tia, temperantia, fortitudine & integritate. ſic
enim Philo maluit verborū ambiguitate sub-
lata iuſtitia illam, quæ aliud nihil eft quam in
omnibus conſilis, diſcipli, & factis, reſtudo
quædam & integritas, ἀναστολη vocare. cum
enim Plato iuſtitiam in fe quenque prius
ſtabiliſ doceret (ſic enim Hebrei chantatis à fe
quenque initium ducere volunt) prudentiam
in anima ſuperiore, veluti normam, experien-
dorum ac fugiendorum collocauit, fortitudi-
nem in corde, temperantiam in hepate: iuſ-
titiam vero quæ rationi quidem imperium, aliiſ
obſequium, id eft, ſuum cuique tribueret, omni-
um communem fecit. ſed ea aut nulla eft,
aut omnino cum prudentia confuſa. ſic enim
virtutem illam, quæ iudicare potest quid quen-
que cuique preſtare oporteat, utriſconfulti
non virtutem moralem, ſed prudentiam vo-
carunt. neque vero bonus eft qui aliis ſuum re-
ſtituit,

ſtituit,

ſtituit, aut restituſ iubet, cum ſceleratus ſit qui
aliter faciat: niſi dicamus virtutem eſſe latro-
num, qui iactant ſe iis vitam dediffe quibus
non ademerut. Illud etiam incommodum fe-
quetur, ſi quis illam iuſtitiam inferiori anima
tribuat, quod animantia bruta, quæ vim illam
inferiorē habent, iuriſ ac iuſtitia ſocietate
cum hominibus coniungemus. quod ſi qua vir-
tus eft vtriusque anima communis, profecto
prudentia eft vtriusque anima, tum etiam vir-
tutum ac ſcientiarum commune vinculum,
quod quidem ſi demus, obſcuram illam diſpu-
tationem, vtrum prudentia virtus ſit necne, de
philosophia ſuſtulerimus, ciuiſque opinionis
authore habebimus Platoni ipsum, qui ex-
tremo libro de legibus, omnes omniū actiones
ſola virtute, virtutes omnes ſola prudentia
metiuntur. virtutes autem ipſius intellectus pro-
prias, quæ diſciplinae vocantur, in theoricas,
practicas, & operum effectrices, eo quo dixi
modo partiemur, repudiata Stoicorum opi-
nione. Ita fieri nihil in historiarum lectione
occurrat, ſeu laudes, ſeu vituperatione dignum,
quod non apte, & ſuo loco accommodari poſ-
fit. Quod ſi turpia cum honestis, vtilia cum in-
utilibus in historia coniungi videantur, ſubla-
ta diſputatione ad popularē loquendi mo-
dum accommodare oportebit. vt conſilium
Romani ſenatus, qui Gallo Proconsuli man-

d

darat;



darat, vt Achæos à communi societate diuelle-ret, quos tamen si naturæ bonitatè sequeretur, in eadem amicitia tueri ac discrepantes conciliare debuisset: Romanis vtile fuisse dicemus, cum eodem consilio Lacedæmonij, Veneti, ac ferè populi omnes vtantur: idque Atheniensibus vtile fuisse docet Demosthenes aduersus Aristocratem, & in oratione de libertate Rhodiorū. si tamen iure gentium violarentur, inutile ac turpe iudicium efficeret. vt Carolo V. Imperatori vtile fuit imperitorū iudicio Rinconem & Fregosum legatos occidere, aut à suis cæsos disimulare, quod Turcarum opes & copias euocare diceret: facinus tamen illud non modo turpe, sed etiam sibi ac Reipublicæ pernicisum erat, & belli maximū, quo Respublica Christiana cōflagravit, occasionem afferebat. non alia de cauâ Corinthi excidiū, ac Tarentinorū clades contigerunt, quām ob illatas legatis offensiones. At si quis est qui nō populi, sed sapientiū iudicis sequi malit (quoniam quid turpe aut honestum, ne sapientibus quidē inter ipsos conuenit) seipſimē in gerenda Republica labetur. Extremū illud est, vt in legendis historicis, ne sepius à lectione ad scriptiōnē auocemur, notas cōmunitum locorū in margine adiciamus: deinde otiosè singula in locos referamus. nam hunc quoque fructum consequemur, vt optima quæq; altius memoria repetita defigamus.

De

De historicorum delectu.

Cap. quartum.

VNARES est que maximè Scythas impulit, vt literas omnes ac monumenta veterum à stirpe conuelleret cōnarentur, quod acerbè ferrent Græcorum ac Latinorum bibliothecas & parietes rerum à se gestarum magnitudine repleti: reliquos omnes, tametsi res quoque magnas ac memorabiles geſſifſent, turpiter omiſſos, vel etiam atrocī verborum contumelia notatos. fuerunt enim Græci ac Latini suarum laudum precones: ceteri, præter Hebreos, nihil ferè de ſeipſis anteā prodiderunt. Ac fit nefcio quo modo, vt qui bellis & rebū gerendis occupantur, à ſcriptione refugiant: & qui plus aliquantū ſe literis dederunt, carum illecebris ac dulcedine capti, vix vnguam ab iis diuellantur. & quidem ſeipſimē contigit, vt quæ nationes arma diutissimē coluerant, poſtquam literas amplecti cooperunt, animi vim ac robur amiferint: vel quod otio & inertia languerent; vel quod iij qui in rerum diuinarum & naturalium contemplatione verfantur, non modò à cæde & fanguine abhor-

dant;



reant, sed etiam barbariem ac feritatem omnino deponant. quod quidem Græcis primum, deinde Latinis, post etiam aliis vnuenisse constat. Itaque Phocio imperator, Atheneis bellū magis cupidos quam peritos, horabatur, vt verborum copia qua præstabant, cum hostibus certarent, non armis quibus inferiores erant. Denades vero tibiarum similes esse dicebat, quibus exempta lingua, nihil ineficit rationis. molliores etiam Asiatici, à quibus fluxit orationis vberitas. at Lacedæmonij disciplinarum ac literarum omnino impetrantes præclaras domi forisque gesserunt, non ab ipsis, sed ab hostibus decantatas. Celatarum autem & Germanorum; tum etiam Arabum ac Turcarum illufria facta, bella, victorias obliuione sepultas, aut una pagina comprehensas, idque ab eorum hostibus factū videmus; contrā quām Gracis accidit, qui Salaminiam aut Marathoniam pugnam tanta copia verborum amplificarūt, vt nihil unquam memorabilius getum esse videatur. sed quemadmodum Alexander magnus cū viator in folio regis Persarum federet, urbanè respodit Græcorum legatis, qui maximo bello Græciam ardere nuntiabant, sibi murium ac ranarum bella videri: similiiter Alexândri bella contra molles Asiaticos & Perfas (quos Cato mulierulas appellare, Cæsar contemnere solebat) exi-

guia sint, præ iis quæ à Celtis, Germanis, Turcis ac Tartaris gesta sunt. id quod facile intellegi potest ab iis qui corum victorias ab hostibus levissimè scriptas meminerunt. Vt igitur ab historiis rerum veritas habeatur, singulari non modo scriptorum delectu, sed etiam in iis legendis illud minimis debemus quod ab Aristotele sapienter dictum est, in historia legenda, neque nimis credulum, neque plane incredulum esse oportere. nam si omnia omnibus assentiemur, sepe vera pro falsis habebimus, ac turpiter in Republica gerenda labemur: fin fidem omnem historiæ detrahemus, nullos ab ea fructus consequemur. in altero quidem peccarunt ij qui fabulis omnia vetustatis monumenta compleuerunt: in altero Turci, qui nec villam antiquitatis memoriam habere, & curam penitus abieciſe feruntur: quid putant historias ab iis scribi non posse, qui alienam fidem sequuntur; muleò minus ab illis qui rebus affuerunt aut præfuerunt, cū de se ipsi multa mentiantur, aut principum metu, vel premiis, vel odio distracti à vero deslestant: quip Plutarchus ipse fisi obiecit, & quasi foueam traxit. sed quid vetat posteritati non suis æquilibus scribere? illud autem ne verisimile quidem est, in tanta scriptorum multitudine reperi neminem, qui nec prece, nec pretio, nec inuidia, nec perturbatione adducatur



*H*istoriis
tia genra.

ad scribendum. Prudens igitur historiarum lector, inter hec vicia quorum alterum vanitatis est; alterum stuporis, medium feret, & optimi cuiusque scriptoris delectum singularem habebit: nec prius de historia sententiam feret, quam historici mores ac ingenium planè intellexerit. interest enim Reipub. iudicia de scriptoribus qui in publicum excent, incorrupta minime; depravata videtur; ne cùm alienæ industrie modi ponere volumus, optimos quoque à scriptio deterramus. Neque verò in scriptorum delectu, quem adhibere quenque oportet, ipse iudicium ferre velim (eff illud maioriis cuiusdam artis ac ingenii) sed coniectura quadam & argumentis ad afflentium probabilibus vti; qua si nonnullis minus probabuntur, sententiam mutare non grauabor. quemadmodum enim pietas tabulas carūmque ducet, lineamenta, colores studiosè inuentem, pictura minime ignarum esse oportet, vt iudicium ferat; cùm acutissimi cuiusque sensus & oculos multa fugiant: ita quoque necesse est non modò in omni genere historiarum, sed etiam in rebus agendis diu versatū esse, qui virtutes historiorū ac vicia notare velit. Sunt autem historiorū, vt opinor, tria genera: vnum eorum qui optimè à natura, vberius etiam à doctrina informati ad res gerendas accesserunt: alterum eorum quibus litera quidem, sed nec

vñus

vñus defuit, nec natura: postremum est eorum qui aliquantum adiuti à natura, rerum gerendarum viu caruerunt, incredibili tamen studio ac labore se propè in historia colligēda, is æquarunt, qui torum vite sive tempus in Republica gerenda consumperunt. est autem vniuersaliter generis infinita varietas, eoq; maior quod quisque plus habet aut minus integratiss, eruditiss, experientie, optimum genus est eorum qui omnibus abundant, si modo in historia scribenda scipios ab omni perturbatione liberare possint. difficile est enim de sceleratis virū bonum scribentem abstineri maledicto: vel bonos amore & gratia non complecti. atque hec amplificande historiaz initia fuerunt, cùm honesto mædacio ad laudem bonorum, & malorum contumeliam vti pulchrum putaretur. quod si in eo genere boni labūtur, quid de improbis iudicandum erit? non parum igitur interest vtrum historicus de scipio an de aliis de ciibus an de peregrinis: de hostibus an amicis: de re militari an urbana: denique vtrum sue ætatis an superioris: æqualibus an posteris historias scriperit. Rerum autem gerendarum peritum voco, qui consilij publici, aut imperii, aut iudiciorum particeps est vel conscient. nam in his tribus virtutis summa Rempublicarum. peritior tamen futurus est, si per se Rempublicam gesserit: peritisimus si pluri-

d 4

mam



mam literarum ac publici iuris cognitionem sum vnu coniunxerit . vix est enim vt sine literis difficillimam Reipub . gubernandæ scientiam adipiscamur , cum breuis si vita humana spatiu , quān vt diuturna regionum peragratione , & varia cognitione populorum id ad sequamur: quod sine libris Licurgo , Soloni & Vlyssi contigit . hic enim prudens ab Homero appellatur , quod mores hominum multorum vidit & vrbes . plerique regionum varietatem aut animantium ac stirpium naturas , vel ædificiorum & pyramidum substructiones , aut eroa veterum numismata mirantur ; leges ac iura populorum , Rerūmque publicarum statutus & conueriones pro nihilo ducunt . at ex his solida prudentia moderanda ciuitatis comparatur . Neque verò imperii duntaxat aut consili publici , sed etiam iudiciorum communione maximè omnium mores ac Reipub . status intelligitur . etenim qui in litiibus verfan- tur , vt loquitur Arcadius , omnia mala norunt : nec mala duntaxat , sed etiam bona , sine quibus illa confisteret aut percipi nullo modo pos- sunt , honorum autem & malorum finibus omnis humana prudentia continetur . ex quo intelligitur deterrium esse genus illud historiorum qui sine vnu rerum , sine bonarum literarum scientia manibus illotis ad scriben- dam historiam accedūt . atque hoc precipuum est

est in historicorum delectu argumentum . sed quoniam difficile est admodum omni perturbatione carere (quod in eo historico quem querimus neceſſe duco) cauendum imprimis ente scriptori de fe ſuſque ciuib⁹ & amicis que laudabilia ſunt , aut de hostiib⁹ turpia scribenti facile aſtentiamur . contrà verò minimè dubia fides eft corum quae de hostiib⁹ laudabili & glorioſe gefta conſitemur . iu reliquias domeſticas vel hostiū iudicia nolo : fed vt in arbitris tertium aliquem qui ab omni perturbatione liber fit . Itaq; Dionyſium Ha-licarnassum (qui nullos in Repub . magistratus adeptus eft) de Romanis multo verius ac melius ſcripſile conſtat , quān Fabium , Saluſtium aut Catonem , qui in sua Repub . opibus & honoribus floruerunt . nam Polybius homo Gracis ſape mendaci coarguit Fabium & Philinum : quōd alter Romanus , alter Chartaginensis de bello Punico ita ſcripferunt , vt hic præclara omnia de Romanis : de Pœnī con- trā Philinum Pœnos omnia laudabiliter ac for- titer (ſic enim Polybius) Romanos autem tur piter & ignauiter geſſifiles ſcribit . at Fabius iu- dicio Polybiī magna vir integratatis ac pru- dentiae fuit , quemque nulla Reipub . nulla ho- ſtiū conſilia latuerunt . vterque tamen ad ſcribendum ita ſe comparauit vt oratores , qui hoc imprimis cauent ne quid contra ſeipſos dicant



dicant aut sentiat. sed fieri nullo modo potest, vt idem boni oratoris ac historicī officio fungatur. Nec; cas historias probare possum quæ perpetuas laudes ac virtutes eiusdem; nulla via commemorant: cum nullus sit tanta integritate ac prudētia, vt non s̄ampissimum offendat. nam Eguinardus & Accizolus Carolum Magnum, Eusebium Confatiūm, Nebriffen-
fis Ferdinandum, Iouium Cosmum Medicem, Philofratuſ Apollonium, Procopius Bellifastiūm, Staphylus & Leua Caroluſ V. Imper-
tantis laudibus cumularūt, vt oratores non hi-
storicos agere videantur. ergo prudens existi-
matos laudes cuiusque non domesticorū aut
amicorum duntaxat, verūetiam hostium pon-
deribus examinabit. neque omnis Philippo
Comino de Ludouici XI. laudibus scribenti
afflentietur: sed etiam Meierū Belgicarum re-
rum scriptorem adhibebit: neque hunc tan-
tum, verūetiam Paulum Aemiliūm: propterā
Belgicarū scriptorū
quodvnum quidam plenus est Ludouici laudi-
bus: alter eas omnino reijcit: tertius medium
ferit. Meierū perfidum hominem ac fratriis
interfectōrem vocat, & cui nihil prius esset
quam violato iure diuino & humano scelere
tyrannidem occupare. quinetiam Cominium
ipsum patriæ proditorē ac trans fugam appelle-
bat. neque huic, neque illi in eo genere creden-
dū puto, quod alter opibus & honoribus ma-

xiiii

ximis à rege cumulatus est aliter hostis & odio
maiore quam decuit historicū ad sceleris atrocitatem
verborum contumelias adiunxit. Aemilius nec hostis nec amicus (fuit enim Ver-
ronensis) prudenter ac moderatè hunc in modum, Dux, inquit, inuidiam regi cōflabat, par-
cēdij insinulans, fratriis filios corrupisse, per
eos illi veneno necalce. nihil temere affirmat:
rumores vbiique perulgatos non omittit, illi
florente Ludouico scriperunt, hic centesimo
post anno, vt nulla vel gratia, vel metu, ve-
lo-dio commoveri posset. itaque Cornelius Ta-
citus profiteret res Tiberij, Claudiij, Caij, Ne-
ronis glōfiente adulazione ac florentibus ipfis
ob metum, & postquam occiderant rectib⁹
odis compositas, falsas fuisse: atque inde sibi
confiliū sine ira vel studio ea tradere, quorum
caūsas procul haberet. scriptū enim centesimo
post anno quam illi floruerat. ac fortasse illud
voluit Aristoteles cūm diceret historias non
minùs verutate nimia quam nouitate fabu-
loſas & inicundas esse. Ianc vix est vt qui pra-
sentium rerum historias in vulgus manare pa-
tiuntur, veri scribant, ne cuiusquam nomen
historia læfura, aut famā violatura sit. ac pro-
pterā Cicero neminem eorum qui viue-
rent inter claros oratores enumerauit, ne qui
ab eo præteriti essent, vt ipse ait, succen-
tent. quis autem ab historicis in ea Republica
verita-



veritatem exquirat, in qua dicere quod nolis,
turpe; quod velis, miserum ac periculosum sit
præstat igitur omni mercu sublatu retu præfen-
tium scripta posteris mandare: aut si quis est
qui suorum laborum gloria se viuo frui malit,
superioris artatis res gestas, collectis omnibus
omnium commentariis publicis ac priuatis,
diuturnaque fama seniorum, historiam com-
ponat: id quo fecerunt clarissimi scriptores
Liuus, Tranquillus, Tacitus, Arrianus, Dio-
nysius Halicarnassius, atque huius etiam ma-
ior fides est quam illorum; quod de aliena non
de sua Republica scripti, & omnium cōmen-
tarios, ac ciuitatis arcana ex actis publicis col-
legit: in quo genere est etiam Polybius, Plu-
tarhus, Metaphænes, Amianus, Polydorus,
Ctesias, Aenilius, Aluarefus, Ludouicus Ro-
manus. eorum vero minus probâde sunt nar-
rations qui nihil aliud habent quam quod ab
alii audierunt εἰς τὸν διὰ τὸν αὐτοῦ πατέρα,
vel loquitur Polybius; nec publica monumen-
ta viderunt. itaque optimi scriptores quo major
fides scriptis haberetur è publicis monu-
mentis ea se collegisse aunc. sic Amianus se
Gallorum antiquitates è publicis illorum mo-
numentis in lucem eniſse profitetur. similliter
Arrianus statim initio scribit se Regis Ptole-
mai, qui Alexandri magni rebus ubique inter-
fuit, commentarios non prius euulgas legisse.
itidem

itidem Appianus Augusti scripta: Metaphænes & Ctesias publica Periarum monumenta
Diiodorus Aegyptiorum de quibus scripsit,
arcana se videlicet testatur. Oneſcirus & Ari-
ſtobulus Alexandri magni legatus que ipſi in
Aegyptio & India viderunt. Itaque Palapha-
tus ιψε, ἡγεμῶν inquit ἐθεασθεντα. non
quod historiæ veritas ex regum commentariis
exquiri debet, cum de se ipſi multa iactent: sed
ea quæ nihil aut parum admodum ad eorum
gloriam aut vituperationem pertinent: vt ra-
tio temporum, prouinciarum, imperia, regum æ-
tates, series, atque omnino publice rationes in
quibus imperij arcana latent. huic verba Meta-
phænes refrenda sunt. Neque tamen, inquit,
omnes probandi sunt qui de regibus scribunt,
sed solum sacerdotes penes quos publica fides
est annalium suorum, vt Berofus qui omne
tempus Aegyptiorum ex antiquorum annali-
bus digestus, hæc ille. Quod si qua historia tot
ac tam multos testes habet ut refelli minimè
possit, tametsi videtur incredibilis, magnum
præ se fert veritatis argumentum, præterim
fini reliquias alios alii refutant. quis crederet
Senatum Romanorum rustici cuiusdam somni-
nio commotum, qui se ab Ioue monitum di-
ceret ut ludi instaurarentur, quod in prioribus
præsulorū indebet saltaret? ad eius somnium
decreuit Senatus instaurari ludos. vni fortassis
non



non crederetur : sed in eo conueniunt Plutarchus, Liuus, Dionysius, Valerius, Plinius; qui in tanta S.P.Q.R. confensione errare minime potuerunt . quid si dicat aliquis , alter alterius errore ducatur? id sane fieri potest: non modo in humana, sed etiam in naturali narratione. *fa*
*J. et J. Janus
cambridge.*
 ma vetus est Olores morituros suauiter nomen
 canere: id quod omnes non modò poëtæ ac pri
 stores inde vñq; ab Aeschyllo, sed etiā príncipes
 ipsi philosophorum, Plato, Aristoteles, Chri
 stippus, Philofratus, Cicero, Seneca teſtantur:
 illud tamē Plinius primum, deinde Athenaeus
 fabulosum effe experientia diuturna tradide
 runt, idque compertum habemus. sed historię
 naturales verae sint necne; facilius intelliguntur:
 humana vero, quæ semper sui dissimiles
 sunt, non item. multi Carolum Duxem Aure
 liorum ob laesam maiestatis crimen supplicio af
 fectum, idque Lutetie, scripterunt: neque vnu
 nus tantum annus alter, sed xx. prope historicis:
 quem tamen anno post trigesimo quam ab
 Anglis captus fuisset, in Galliam rediisse, ac for
 liciter obiisse conflat. atque in eo G. Bellaius
 meus ciuis, magnam historiorum negligentiam
 coarguit: quod quæ fama recens euul
 garat pro comperto scripserunt. eiusdem er
 roris Posidonijs, Eratostenes, ac Metrodorus
 à Strabone arguuntur, quod leuissimorum
 hominum mēdacia pro vera historia tradide
 runt,

runt. At Posidonijs Cn. Pompeij auctorita
 te vñs est, ne quid temere scriberet. in qua re
 igitur scriptores à se ipsi difſentiant, posterio
 ribus credendum putem, si argumentis aut ne
 cessariis, aut certè ad affuentium probabiliti
 bus vtantur. est enim veritatis ea vis & natura,
 vt non nisi longo ac diuturno tempore in lu
 cem eruantur: cum scilicet vulgi errores, adulati
 ones & odia planè conqueruntur. & quoniam
 capitales sunt hominum inter se de religione
 discrepantium iniuriae, non placet Ethnico
 rum de Iudeis, aut Iudeorum de Christianis,
 vel etiam nostrorum de Mauris ac Mahame
 dicis exquirere opiniones: sed collatis inter se
 probatissimis quibusque scriptoribus, qui qua
 leque sint, & vtrum res ipsi compertas habeat,
 videre. quanquam plerique in eo generē mag
 is errore labuntur, & antiquitatis ignoratio
 ne, quam quid mentiri velint. vt quæ Græci
 veteres de Romanis & Celtis, aut Romani de
 Caldeis & Hebreis tradiderūt, magna ex parte
 refelluntur, cùm alii aliorum antiquitatis i
 gnari essent: quum vero de hostib; vituperatione
 digna leguntur, cohibenda est aſcīcio,
 niſi valde perpecta fides est autoris. ſed vt
 hostium scripta non omnino probāda: ita nec
 penitus improbanda ſunt. ac prudenter Cali
 gula qui Cæſſi & Labieni de Cæſſare historias
 ſenacuſōſuto damnatas euulgarī iuſſit, cùm

diceret



diceret interest Reipub. vniuersitatisque res ab omnibus intelligi . neque tamen huius aut illius de Cæsare testimonia si extarent omnino mihi probarentur : nec Cæsar qui Pompeianos divina & humana misericorde, pecunias è fannis abstulisse scribit , cùm ipse nullo religionis ac Deorum meru omnia rēpla Gallorum spoliasset, ac arrarium sanctius, quod Pompeius aperire noluerat, diripueret . hac enim Cæsar atque his similia iactabat, vt iustam belli suscipiendo causam (taretfi nulla, iusta causa cuiquam esse potest aduersus patriam arma capiendo) habere videtur . qua verò de bellis à se gestis conscripsit, ex magna parte vera iudicantur, præsertim cùm Imperator lege Portia proliberetur fælum cætorum numerum ad æterii tribunos deferre, alioquin triumpho & imperio (cuius causa Cæsar sceleratum esse iustum putabat) caruisset. qua lex vt impunita violata fit, atnamen infamie metu hominem gloriae cupidissimum retinebat, præsertim cùm se viuo sua scripta in vulgus manare patretur, & innumerables hostes haberet qui se mendacij coarguere potuissent . argumento est quid Ciceronis Catoni Anticatonom reposuit ; sed ita scripsit quasi reus apud iudices, vt ait Tacitus, causam agere videtur. Quia igitur de hostium scriptis diximus locum habent, nisi quis trāfuga subornatus & pecunia corruptus sit:

vt

vt de Frossardo nonnulli putant, cui dubium est utrum plus Angli, an ipse plus Anglis debeat: cùm aperte fateatur se ab illis maxima preemia conlectum . non alteraque Aretinus, qui quem laudabat : id quod faciebat inuitus : ab eo quoque se munieribus affectum gloriatatur. sic tamen exstimo verissimè omnia scribere potuisse, cùm vel in rebus gerendis & militia magnam partem atatis consumpseret, patris vero laudes penitus obliuisci, aut æquo animo præterire posse puto neminem . etenim Polybius qui inter optimos scriptores verissimi habet . cùm de suis ciuibus ageret fibi temperare non potuit, quin aduersus Phylarchum acerbissimè inueheretur, quod Megalopolitanum virtutem & fortitudinem in bello cōtra Aristomachum dissimulasset. Eadem causa, ni fallor, Plutarchum impulit, vt aduersus Herodotum ~~et zecophorus~~ scriberet, in quo nihil æquum reprehendit atque scripta de Beotis & Cherronazis. Quis autem risum tenere possit qui Sabellici scripta legit, vbi Venetorum bella cum Romanorum gellis comparat ? at ne Donatus quidem Gianotus cuius Venetus istam comparationem ferre potuit. eodem morbo (si morbus est suorum popularium dignitatem honeste mendacio tueri) omnes ferè historici laborant. itaque libenter Cæsari de Gallorum moribus scribenti: aut

e Tacito


Scribentes

Tacito de Germanis: aut Polylio de Romanis: aut Amiano de Franci aſtentior, cū peregrini eſſent, & eorum de quibus ſcriperunt, antiquitates planè cognitas haberent. Sed magna dubitatio me angit vtrum historici laudare, vituperare, ac de re proposita ſententiam ferre; an verò legitimum iudicium integrum relinquere debeant. quod cū p̄cipue ad historicorum delectum perineat, rationes vtrinque probabiles afferam, & cuique iudicium relinquam. Nam cū historia nihil aliud effe debet quam veritatis imago, & rerum gestarum veluti tabula, qua in clarissima populi luce omnius ad iudicandum proponitur: profecto p̄judicium historicorum plurimum de rebus gentilium detrahit: propterē quod imperitorum animos variis opinionibus p̄occupare velevidentur: prudentibus verò, qui falli nolunt, ob id ipsum quia non rogati ſententiam ferunt, valde iufpecti ſint. illud etiam non parum obeft quod plerique historici cū rhetoratas aut philosophos agunt, ſilum abrumptūt propositae narrationis, & legitimūt cogitationes ac memoriam alio diftrahunt: vt iure Timaeus vroque vitio notatus fit: & cū ab historia ſapientius ad reprehensiones digredetur iſtūtūs, & obrectator est appellatus. cūm autem nihil difficultius fit quam recte iudicare, quis non grauiter ferat historicūt qui nullam

publici

publici muneriſ aut confiliij partem attigerit, de summis Rerum publicarum in oſtatoribus ſententiam ferre? quid autem incepitius quam eos qui niuquam acies viderunt, imperatorum offenſiones inter ipſos & victorias diſceptate? nam is qui Henrici bella cum Carolo V. Imperatore gera complexus eft (eius nomen p̄tereo) iudicem vtriusque fe ferens tot ac tantis laudibus Regem cumulauit, vel ponit obruit, vt eas laudes ne ipſe quidē Henricus fine faltidio ferre poſset: Carolum verò quaſi ſceleratum & ignanum hominem contumelias omnibus lacerat, nec intelligit vir bonus eiufmodi conuitta in ſuum principem redūdere, cuſ turpe fit cum tali hoſte bellum gerere; turpius ab eo vinci; affinitatem verò contrahere turpissimum. quare nec bonus historicus, & iniquus iudex omnium fufragis eviſtatur. non minus audacter Iouius qui Seleni & Iſmaeli Sophi, tum etiam Caroli quinti & Pauli Pontificis max. atque aliorum principum odiofas comparationes ſuo iudicio metit. his ego Xenophontem, Thucididē, Trāquillum, Cæſarem, Guichardinum, Sleidanum oppono, qui raro admodum, nec niſi obliquè ac prudenter iudicium ferunt. Cæſar quidem bellicis laudibus abundans, & optimus artis imperatoris magiſter, ſuo quodā modo iure de re militari ſententiā ferri potuit: nec vere-

e 2 ri de-



ri debuit reprehensiones imperitorum : illud tamen valde prudenter ac moderatè facit. cùm enim P. Silla victoriam adipisci potuisse diceretur, si Pompeianos infecutus esset, hic Cæsar; Eius confilium reprehendendum non videtur. alij enim sunt legati partes atque imperatoris alter omnia agere ad prescriptum ; alter liberè ad summam rerum cōsuere debet. cùm item Pompeius in acie Pharalica militem confidere, non progredi; hostem excipere, non lacefere iussisset ; Quod nobis, inquit Cæsar, nulla ratione factum viderit, propterea quod est quædam animi incitatio atque alacritas naturaliter omnibus innata, quæ studio pugnæ inciduntur : hanc non reprimere, sed augere imperatores debent. hic non solum armis, sed etiam arte belli gerendi cum Pompeio contendit. non desunt exempla quæ Cæsar's testimonium confirmare possint, atque imprimis Epaminondæ victoria contrâ Lacedæmonios, sed ut sint invulnerabilia, quid tam ineptum quam si Phormio aliquis qui castra nunquam viderit, de talibus viris quasi arbiter datus sententiam ferat? vel homo de schola Lycurgi ac Solonis sapientissimorum Reipub. moderatorum leges emendare velit? quod quidem cùm fecisset Aristoteles, in multorum offenditionem incurrit; & Polybio tacet: à Plutarcho apertè reprehensus est, quam sa-
pienter,

pienter, nescio : illud tantum, de rebus parum sibi compertos opinari, lubricum; indicare, periculoso videri. atq; in eo ipso Viues Caroli V. præceptor Cominium reprehendit, quod d' Sapius ab historia proposita digrediatur, d' que principum moribus ac virtutibus, atque omnino de beata vita philosophorum in modum disputet. is tamen alter aquæ Viues omne tempus in Republica gerenda, aut in bellis, aut in maximis legationibus obeudis consum pferat, vt recte, si quis alius, iudicium ferre potuerit. quod si iusta reprehensio est, praefabilius sit historico narratione proposita timide iudicare, vel attentionem omnino cohibere. At in contrarium sententiam me Polybij autoritas abducit. is enim propteræ Phylarchum reprehendit, quod debitas cuique laudes omisisset, ac præcipuum annalium utilitatem esse putat, vt boni laudibus sui similium ad virtutem inflammarí; scelerati vituperatione & infamia terrixi possint. quam rationem Tacitus & Procopius amplectuntur: & grauissimi quique scriptores de re proposita lententiam ferunt, quinetiam Agathias (quod mirere) nudam historiam, vetularum nugis similem sibi videri scribit. sed is author non tanti eis apud me ve eius oratione persuaderi possim: præterim cùm Ciceronis grauissimo testimonio, Cæsar omnes historicos supererat videatur.




*Iouius notab.
bus.*

ob id ipsum quod eius historia nuda, simplex, recta, & quasi omnibus detractis ornamenti vnicuique iudicanda proponatur. cōsimilis est historia Xenophontis quam Thucydidi connectit. in qua nullum suum iudicium interponit, nusquam digreditur, nulla orationis adhibet ornamētū. & quoniam plerique bonorum laudes, ac vituperationes malorum ad historię fructum pertinere putant, verius ac melius à philosophis, quorū illud praecipue munus est, quam à historicis fieri poterit. quanquam plus satis vituperat Neronem, qui iustissimos quoque viros, præceptorem, duas uxores, fratrem Britanicū, matrem denique interfecisse narrat. quæ omnia Tranquillus pure, simpliciter ac sine vīl verborum amplificatione ferbit. Appianus verò cùm Mithridatem scripsit matrem, fratrem, tres filios impuberes, totidemque filias interfecisse, subiicit: Sanguinolentus & crudelis in omnes fuit. superioribus fidem non minus detrahit, quam Iouius, qui oratione longa Selemi Turcarū principis crudelitates omnes cum summa contumelia verborum amplificauit. mihi satis ad æternam sui nominis labem, & quidem credibilis videatur simpliciter narrare tres ab eo Baffas summa fide & affinitate sibi coniunctos, duos fratres, quinque fratum filios ac parentem senio fractum ab eo necatos, quam oratoris in modum

dum, quod minimè historicum decet, historiam amplificare que legentibus falsa, vel suspecta videatur. Atque hæc cum bona eorum venia dicta sunt, qui nuda historia nihil magis insipidum esse putat. neque enim magnorum virorum de rebus gestis iudicia reprehendo si modo tales sunt, qui recte iudicium ferre possint. in urbana disciplina laudatur Dionysius Halicarnassus, Plutarchus, Liuus, Zonaras, Dio, Appianus. in militari, Cæsar, Paterculus, Anianus, Frossardus, Hircius, Bellaius. in utræque Xenophon, Polybius, Thucydides, Tacitus, Cominius, Guichardinus. in principum arcanis & aulica vita, Tranquillus, Lampridius, Spartianus, Sledanus, Maciauellus. in moribus populorum & regionum varietate, Diodorus, Mela, Strabo, Leo Afer, Boernus, Aluarelius. in religione, Philo, Iosephus, Eusebius, Theodoritus, Socrates, Sozomenus, Nicæphorus Calistus, Orosius, Sidonius, Gregorius Turonensis, Abbas Vipergensis, Gulielmus Episcopus Tyri, Antoninus Florentinus, tum etiam historia Magdeburgica scriptores. sed ut optinet ab antiquis, Ne futur ultra crepidam: ita nec Polybij de religionibus, nec Eusebij de re militari iudicia probare possunt. Hæc in vniuersum de historicis. Nuc optimi cuiusque delectum adhibeamus, meliores quidem iis quos habemus sperare.

*Discusses
historiorum loc
dos*



amentia, optare, sceleris esse videatur, nec eorum studia valde utilia duco, qui sibi singunt idem historici consummati qualis nemo fuerit vñquā, nec verò esse posse: eos autem quos in manibus terimus omittunt: quis enim dubitat, quin historicus vir grauis, integer, seurus, intelligens, disertus, & qua vita communis ac priuata, omniumque rerum magnarum scientia instruētus esse debet? ineptius tamen qui nihil in historia præter eloquentiam, aut fictas conciones, aut egressiones incendas admirantur. Sic enim statuo fieri nullo modo posse ut qui ad voluptam, idem quoque ad rei veritatem scribat: quod in Herodoto reprehendunt Thucydides, Plutarchus ac Diodorus. miror tamen hunc vnum historie parentem à Cicerone appellari, quem omnis antiquitas mendacij coarguit. nullum est enim mendacis historici maius argumentum quam ab omnibus scriptoribus aperte confutari. neque tamen omnino reiūcēdum puto, est enim in eo præter eloquentiam & suauitatem Ionicæ leporis plurima vnuatatis imago: multa quoque in posterioribus libris verissimè ab eo scripta memorantur. Optimi verò scriptoris indicium est ab omnibus probari, eo præferrim tempore quo vigent iij qui rebus gestis interfuerunt, in quo genere sunt, opinor, Thucydides, Salustius, Xenophon, Cominius, Guicciardini s.,

dinus, Cæsar, Sleidanus. nam quid Athenienses querebātur Thucydidem multa in gratiam Lacedæmoniorū scripsisse, magnū veri scriptoris testimonium tulerunt. cum enim Atheniensis fuerit non Lacedæmonius, & legationes in bello Peloponensiaco ac Praturas obierit: magnisque opibus & regia stirpe clarus extiterit: tum etiam res ipsas velut è specula videt: & magnis sumptibus ingeniosos exploratores ad inquirendam rei veritatem aluerit: postremò spqrantibus iis qui rebus interfuerant, sua scripta in libera civitate iudicada proficerit, quis eius historie fidem eleuare? neque verò Lacedæmonii ita fuit, vt suorum cūlum penitus obliuisceretur, à quibus tametsi erat in exilium relegatus cum historiam scriberet, sūi tamen exiliū autem atque adulteriū omnium maximum Periclem, non modò à calumniis vindicavit, sed etiam tantis laudiis mortuum cumulauit, vt eius interitu Rem publicam interiuram verissimè auguraretur. cōcionum tamen apparatus tacite reprehendit Diodorus. eadē reprehensione vituit Trogus Pompeius (vt est apud Iustinum) aduersus Liuium & Salustium, quid directas & obliquas conciones operi suo inferendo, historię modum excellerint. Nihil est enim, vt ait Cicerio, in historia pura & illustri breuitate dulcius, fin conciones de Liuio detraxeris, exigua frag-



fragmenta restabunt . quæ causa Caligulam impulit ut scripta Liui & imagines de bibliothecis omnibus prope amoueret . idque magis mirum debet videri , cùm libro uno & quadragesimo testatum reliquerit , sè nihil praeter historias Romanorum scribere decreuisse . De Sallustio , quid èius omnia scripta ferè intercederunt , non ita facile iudicari potest . ex iis tamen quæ habemus , integerimum scriptorem & rerum magnarum vtuperitum fuisse conflat . vt enim Jugurthinum bellum verius scriberet , in Africam vñque nauigauit . liberè tamen de rebus iudicat . quid enim libertius est quām in vno Cæsare & Catona Romanorum omnium illius statis colloquere virtutem ? At Thucydides Periclem ; Sledanus Franciscum regem , ducem Saxonii , Bellarium , Alfonsem verissimè ac propriis laudibus extulerunt , comparationes tamen odiosas retererunt . ac si quid est quod cuiquam infamiam alferat , necessarii confirmant argumentis , aut obliquè rumoribus acceptum ferunt . hoc verò cōmune illis est cūm Guichardino , Plutarcho , Maciauello , Tacito , vt multa multorum confilia fraudelèque quantumcum occultas in clarissimam lucem proferat . fuit enim Sledanus Francisci regis interpres , & pro sua Repub. legationes sippissime suscepit . cūm autem principiū de religionibus (vt erat prius ac reli-

gio) us

S. Sledanus

giosus) scribere proposuisset , non modò conciones directas & oblique , sed etiam libros utrinque de religione scriptos , qui breuitate potuit cōplexus est : id quod multis fatidum parit . sed homini antiquitatis ac rerū magnarum audo nihil debet molestum videri . est enim in nostris scriptoribus , Annonio , inquam Monstreletio , Froliardo , Carterio magna farago rerum leuisimorum , in quibus tamē latet antiquitatis ac vetustatis imago non penitus contñenda ; quam non reperas apud Aemilium , qui profitet se multa prætermisisse quæ ali prodiderunt . eiusmodi est etiam historia Leonis Afri , Aluarensi , M. Gazi , qui maxima , mediocria , minima complectitur , infinitaque rerum varietate aures hominum curiosorum explore possunt . sed hæc ratiū in Graecis aut Latinis , qui duntaxat urbanam aut militarem disciplinam tractant , & quæ memorabilis casu quodam contingunt . vt apud Liuum Capitolii deflagratio in bello sociali . apud Tacitum incendium illud quod duodecim urbis regiones absumpsit , interdum tamē prodigia plane incredilia narrant , non modò infiniti , verum etiam clarissimi quique scriptores : vt Cæsar ipse qui bello ciuili . Tralibus statuas fudasse scribit ; vir alocui Deorum & hominum contemptor . sed in eo genere Liuius nimis religiosè dicā an susperitosè omnes superauit . nihil



nihil enim frequētius quām boues loquitos,
scipiones artifīe, statuas fudasse; quod pluuiō
caio frequenter accidit: Deum Annibali ap-
paruisse, infantem femeſtrem triumphum cla-
maſſe: vt non immerito Polybius eiusmodi
ſcriptores Tragedeos appellariſt, qui cūm An-
nibalem ē ſalebris expedire non poſſent, Deos
ē machina quadam accirent, quanquam Poly-
bius de religionibus nefariē ſcripſit. illi venia
digniores, quid superftitione pŕeftat quām
impierate obliq̄ari; & falſam quām nullam ha-
bere religionē. Est etiam Luius aliquantō co-
pior in laudib⁹ alienis. cūm enim P. Sem-
pronius ciuib⁹ omnibus antetulifer (in quo
reliquis iniuria fieri videtur) omnibus huma-
nis à natura fortunāque bonus cōgelfis instru-
ētum ſuiffe tradit. nec eo contenta ſingula co-
pīoſe amplificat à generis ſplendore, opibus,
eloquentia, forma, ætate, animi magnitudine,
disciplina militari. Furium verò Camillum in
eccliam vīque; Africānum ſupra eccliam tollit: vt
mirum videri non debeat si Augustus Pōpeia-
num appellauit: quid in Pompeio laudādo fa-
tietatem explore non potuiffet. at in reprehen-
ſionib⁹ parcus eſt & grauiſ. vt cūm M. Luius
& C. Claudiuſ ante censuram ſe mutuis ac-
culationib⁹ impeterent; hic ille, Ibi ſedū ceter-
amen inquinandi ſamam alterius cum ſuę fa-
ma diſpēdio factum eſt. idem alibi de antiqua
plebis

plebis in patricios reuerentia; Hanc modeſtiā,
inquit, animique altitudinem vbi nunc in vno
inueniētis que tum vniuerſi populi fuit? & de
Caluino Campano, Improbum, led non ad ex-
tremum perditum, qui malet in columni quam
eueria patria dominari. eſt autem quod in Li-
uiō miremū die dī varietatem. interdum val-
de copioſus eſt; interdum verò conciſus. nam
prioribus decē libris C D L X. annos ab V.C.
comprehendit. altera decade L X X I I I L ter-
tia X V I I I L quasi feriò ad hiftoriam aggredie-
retur. reliquias decem & centū libris C X C I I .
annos complectitur. neque enim vlo tempo-
re populus Romanus à bellis cōqueuit, quin
etiam multo plura gesta ſunt ab exactis vrbē
regibus vīque ad Appium Cæcum, quām in-
de ad Cæarem. fed id faciū opinor quid ve-
terum commentarios, qui naſcentē imperio
pauci, florente innumerabiles extiterunt, in v-
num quaſi corpus coaptauit. cūm autē in eos
incideret qui melius ſcriperant, iis ſe totū ad-
dixit: ut videre eſt in Punico bello quid qui-
dem ad verbū de Polybio tranſlūſe videtur.
At Polybius non modo aquilis vīque ac ſuę
ſimilis: fed etiam intelligens, grauiſ, in laudi-
bus parcus, in reprehenſionib⁹ acerbus: ac
veluti prudens legislator & bonus imperator,
multa de militari vrbānaque disciplina; multa
de hiftorici officio diſputat. ſcripſit autem hi-
ſtorias

Polybius.



storias omnium ferè populorum qui suis tēm
poribus floruerūt , & paulo ante ab Olympia
de CXXIII. siue ab Orbe condito ter milefi-
mo sexente finis octogesimo, vique ad annum
ter milefimum septingētesimum sexagesimū
sexū. sed ex libris XL. quos scriptit XXXIII.
intercederunt. videtur autem non minūs phi-
losophi quam historici perfonā induisse. nam
in feedere Carthaginem principes ac Re-
rum publicarum moderatores admonet, vt di-
ligenter prouidant vtrum iij quibus cum fo-
dera iungit, necessesta coacti, an spe amicitiæ
ducantur. plenus est eiusmodi præceptis liber
sextus, in quo de militari & vrbana Romano-
rum disciplina copiosè differit. locorum vero
ac regionum descriptions nemo veterum dil-
igentius explicauit. tum etiam superiorū tem-
porum & historicorum ignorantiam saepe co-
arguit, qui fabulosè multa de Romanis scri-
pserant. ex eodem T. Liui & Appiani pudendū
errorem deprehendimus, qui Gallorum
legiones à Brenno deletas proddiderunt, nec
tantæ cladi nuntium quidem superfluisse qui
Vrbem à se captam gloriaretur. confimili er-
rō lapidū est Iustini, Callimachus & eius
scholiastes, qui Brenni copias Italia vastata in
Greciam influebat spoliato Delphorum tem-
plo fulgere percussas omnino interisse fabu-
lantur. nā Polybius clarissimis argumentis ill-

que

que necessariis docet easidē copias incensa Vr-
be ab Heleponum vique progressas, & loco-
rum opportunitate pellecas circa Bizantium
cōstitutis, Thracibutis; deuictis regnum vique
ad Chyari tēpora tenuisse. quod mirum videri
non debet: cum Balduno duce non ita pridem
Bizantium cuperint, & imperio Græcorum
diuissimè præfuerint. Polybius fecutus est
atque nostra Paulus Iouius, quod attinet ad v-
niuersam sui tēporis historiam. sed hoc inter
vtricunque intercessit, quod ille vel rebus gestis in-
terfuit, vel præfuit, vel publica vbiq; monumē-
ta vidit; hic audita & inaudita pleraq; scriptis:
ille in militari ac domestica disciplina diu le ex-
erceuit; hic neutrani attigit: ille in sua Republi-
ca princeps; hic priuatius: ille imperator; hic
medicus: ille magnam Europę partem, oram
Africę & Asiam minorem, vt populorum mo-
res intelligeret, peragravit; hic annos septem
& trigesita, ut ipse gloriatur, in Vaticano con-
sedit: ille Scipionis Africani moderator ac bel
lorum vbiq; socius; hic Pontifici perpetuus
comes. cūn autē rogaretur cur simularer fal-
sa, vera dissimularet: amicorū gratia id à se fa-
ctum refudit. ac tametsi superflites intellige-
ret suis scriptis fidem derrogaturos, ea tamen
intelligebat infinita posteritati credibili-
tore, quæ sibi suisque popularibus laudem essent
allatura. illud certè ad sempiternā memoriam
testatum



testatum reliquit Gorraus Parisiensis, qui quas finxit Armatii fabulas, non minus veras ac probabiles quam Iouij scripta fore confidit. fermentum quidem esset, si pro salute Reip. mentiretur; id quod magistratibus Xenophon & Plato permisérunt: sed assentionis causa mentioni cum omnibus turpe, tum verò historicis turpisimum. nam vt Bessario Cardinalis cùm inter Diuos incepta quadam ~~temporē~~ Rome quamplurimos referri videret, quorum vitam improbarat, se valde dubitare dixit, vtrum vera essent que ab antiquis prodita fuerint: ita mēdaces historici faciunt quo minus fidei reliquias habeantur. si Polybius imitaretur inveniens debuerat, quod illi historiarum initio profiteretur, eum qui de historia veritatem detraxerit pulcherrimi animalium oculos detraxiſſe. quam verè scripsit, non ex eo qui fabularum autorem appellat, aut ex Slediano vel Bruto Florentino qui hominem mendacii sapientiam coarguant; quòd alter religione, alter odio tyrannidis permoueatur: sed ex ipso historie paréto Guichardino, qui omnium iudicio verissimè scripsisse putatur coniuncti potest. cuius scripta si cum Iouio conferantur, non magis congruent quam rotunda quadratis: præfertim in cōcionibus, epistolis, &c. deribus, decretis, que Iouiu suo arbitratu singit, in quo tamen decorum ita confudit, ut impensis militis

*Ab initio
Iunij Landa
ter*

lites ipsius Alciati sui laudatoris iudicio, declamatores scholastici effe videantur. omisso incipit Caroli Imperatoris ad Iouium cohortationem; Expedite te, inquit, Ioui calamos oportet &c. tum eius querelas & colloquia cum Iouio, que tam vera mihi videntur quam diacentos amplius leones à Muleas interfec̄tos: aut ex agro Brixiano sexcenta millia minoris pecoris, maioris verò ducenta millia à Gallis abduc̄ta, vt ipse affirmat, nec alii acceptum refert. multa de Persarum Abissinorū ac Turcarum imperio: que vtrum vera sint, ne ipse quidē scire potuit, cùm rumoribus fidem habuerit: nec consilia principum, nec conciones, nec epistolās, nec res gestas, nec vīla publica monumenta viderit: sic tamen scribit quasi rebus interfuerit, nec vīlum dubitationi locum relinquit. que igitur verissimè scribere potuit; noluit: puta res in Italia gestas, quæ volunt: non potuit: sicut exteris nihilominus tamē graviter se latrū scribit, si cum sui temporis scriptoribus conferatur: quod Arriani exemplo scripsum opinor. is enim tantò se reliquis historicis, qui vitam Alexandri magni scripferant, superiorem putat; quanto reliquis imperatoribus Alexander. fuit certè Arrianus summō vir ingenio, summiisque doctrina preditus, vt planū sit ex eius commentariis in Epitētū. præterea vīlum cum eruditione con-



iunxit: ac propter summam prudentiam ab Adriano Augusto per omnes honorum gradus ad Consulatum florente Republica prouectus est. omitti flores Attici sermonis & eloquentiam, quæ in eo tanta fuit ut alter Xenophon appellaretur. neque tamē si Iouius vila re cum Attiano comparandus eset. moleſtē ferre debui: se cum aliis conſcripsi: quod ei per meli- cebit. non quōd multa non sint vere & elegan- ter ab eo scripta: sed hunc mendacij fructum tulit, vt etiam cūm vera scribit ſuceptus ha- beatur. hoc tamen acerbius eset ac indignius, quōd cūm hiſtoriam venalem protinusſet, ve- beriores tulit mendacij fructus, quām quis alius vera ſcribendo. Sed ab veteres redeo, quos cūm noſtris, & inter ſe, ut caſus feret, compa- rabo. Ac primū quidem occurrit Dionyfius Halicarnafeus, qui præter moderatum dicen- di genus & Atticam puritatem, antiquitates Romanorum ab ipius Vrbis origine tanta di- ligentia conſcripsit, vt Græcos omnes ac La- tinos ſuperaffe videatur. nam qua Latinī quaſi perulgata neglexerunt, puta sacrificia, ludos, triumphos, magistratum inſignia, tum vi- uerſam Romanorū in gubernanda Republi- ca disciplinam, censum, aſpicio, comitia, ro- tuſque populi difficultem in clasſes ac tribus partitionem: poſtrem̄ Senatus auctoritatem, iuſſa plebiſ, magistratum imperia, populi po- testatē

teſtatem vnuſ omnīū accuratissimē tradidisse mihi videtur. quæ vt planū intelligerentur, Gracorum leges ac ritus cum Romanis ini- tutis comparar. vt cūm iura clientelarum quæ Romulus inſtituit (quāquam ea quoque Gal- lorū cōmunia fuſile tradit Cæſar) ab Athene- nisib⁹ & Theſſal⁹ altius repetit: ac Roma- norū Dictatorem parem potestatē ha- buſſile atque Harmoſten Lacedamioniorum, Archum Theſſalorum, Aezymneten Mityle- neorum. leges autem Romuli, Numæ, Seruji vna cum antiqua Romanorū origine ſine hoc auctore penitus interſilent: qua Latini quaſi perulgata negligenter omiſerunt. atque id fe- rē omnibus hiſtoricis contigüis videmus, vt qua vulgo cognita fuit Republica instituta p̄termitant: quaſi exteris æquā ac ciuib⁹ nota, vel etiam immutabilia fore iudicarent. rečē Sleidanus, qui quod Argentea miffa xx. annos intermisſa fuſſet, deinde prementibus armis rufus admiſſa, plebe magno concuruſu velut ad noua ſpectacula confluente; occaſio- ne accepta profiteretur ſe posteritati. Miffa ar- cana relietur, ne ſi rufus dimiſſa, vel omiſſa, vel planē amiffa fuerit, quaſi qualisque fit poſt- ea ignoretur. quāquam pleraque ſunt ab eo negligenter p̄termisſa: fed venia dignus eſt, fi eius ſacrificij oblitus fit cui non mihi pue- terfuerat. ita Dionyfius, Plutarclus, Polybius,

f x Dio



Dio Graci homines, Romanorum disciplina
vinuerfam, quam Latini neglexerant, diligenter
pertraçtarunt: idem quoque in nostris &
Italorum scriptis sape desideravi, ut Dionysius
sibi proponerent ad imitandum: qui singulas
historiae utilitates vbiique colligens, omnia
dicta, facta, confusa ad bene instaurare ciuitatis
formam reuocauit: maximè vero ad religionem &
numinis metum, quid enim diuinus & ad religionem magis accommodatae dici
potuit: cum de iustitia Romanorum ageret,
quam æterna quadam legi naturæ nunquam
interitura decretum fuisse ut imperia Rerum
publicarum ab iniulis pofferibis ad iustos
deferantur: illud quidem est Syrachi sapientia
magistri vetus oraculum: ex quo Dei bonitatem,
& eam, qua in rebus humanis vitur, pro-
curationem admirari debemus: cum omnibus
æstatibus ac fœculis dominatum optimo cuique
cum summa utilitate infinitorum tributum
videamus. sic enim Deus angelis imperat, hi
hominibus, homines bellis, & in vniuersum
anima corpori, ratio libidini, mens rationi, atque
hac de historia Dionysij que si integra
extaret, nihil effet quorū Varonis thesauros
intefuisse quereremur: sicut enim Dionysius non
solum Pompeio magno ac Tuberoni, sed etiam
magistro Varoni tanta benevolentia con-
iunctus, vt ab eius spatii & colloquiis præcla-

ra omnia hauiſſe videatur. Parem ferre diligenter in Romanorū antiquitate adhibuit Plutar-
chus: de quo quid indicandum sit fatis unicuique perspectum opinor. cùm enim Traiani optimi principis moderator extiterit, & in au-
la principis diutissimè versatus, ad extremum etiam Illyric prefecitus, dubium non est quin ad summum sapientie studium, rerum quoq; ge-
rendarum vium adiuxerit, populorum vero maxime illustrum historiam cōplectitur: tametsi non perpetuam, sed abruptam, & ad principum similitudines accommodatam, est autem quod in eo mirin liberum de re quoque iudicium, vt non tam historicus quam principum censor esse videatur. sic tamen existimo, si quis idoneus est earum rerum arbitrus, aut Plutarchum esse, aut neminem. quid enim tam sapientiam latere potuit? patet hoc quidem omnibus qui modò grauiſſimas illius de Republi-
ca, deque intime philosophi disputations legerint, bellorum vero causas, initia, progressus, offensiones, victorias non aliter ac bonus imperator diligenter explicat. interdum etiam ad minima, quæque rei familiaris momenta delabitur: cuiusmodi est illud de Catone Cen-
torio, qui dedita opera diffida inter seruos se-
rebat, ne quid deterius in eadem volitato con-
spicentes molirentur. ac de Pericle qui fructus annuos, quo s ex prediis percipiebat, si modo

Plutarchus.



modo vendere, ac viictui necessaria emere conseruisset. saepe incredibilia & planè fabulosa narrat, sed vtitur verbo φασι, ne quis temerè assentiat. vt in Lyurgo scribit puerum Lacedemonium crudelissimam lacerationem & iliorū distractiōnē ad necem vñque pertulisse, ne vulpis furtū detegeretur. & Agerlaum ab Ephoris mulctatum, quod suorum ciuium animos & voluntates vñus sibi concilarat. illud tamen animaduersione dignum est quod Græcos principes cum Gracis, & Romanos inter se bona fide cōparauit. Gracos verò cū Romanis non item. idque facile intelligi potest in comparatione Demosthenis ac Ciceronis; Catonis & Aristidis; Sylla & Lystandri; Marcelli ac Pelopidae; quid autem aliud est Agerlaum Pöpicio, quām muscam Elephanto conferre? interdum etiam in Romanorum antiquitate labitur: quod in homine Graco, qui ē lingua Latinam non satis intellexisse in vita Demostheni confiterut, mirum videri non debet. scribit Gracchum equites cum senatoriis rogatione Sempronia de iudicis coniunctione: qua tamen adēpta sunt iudicis senatoriis & ad equites omnino translatas; vt Velleius, Appianus, Asconius, Tacitus & Florus confirmat. itaque legem Liuiam pro Sempronio; & Gracchum pro Druso usurpauit. simile est illud quod Romanorū denario drach-

mam;

mam; libræ minā æquauit in vita Fabij & Antonij; id quod Budæo magnam præbuit errādi occasiōnem, nam his fundamentis malè iactis, infiniti errores consequuntur. quod item in Catone Uticensi mutuam dare vxoret apud Romanos licuisti tradit: idq; fecisse Catonem erga Hortensium, vt ex Martia Catonis nobili ac secunda matrona liberos fulciperes, vix aduci possum ut credam, praetertim cū Romuli lege de adulteris ac more veteri, quem Tiberius reuocauit, agnati adulteras uxores pro suo arbitratu coercerent. & quidem fatis audacter Cuiaciūs, qui P. Manarium fabilia tractare iubet, quod lege Romilia de adulteriis capitalem penam vxori à marito & propinquis infligi licuisti putet: ea tamen lex à Gellio his verbis conceputa est. In adulterio vxorem tuam si deprehendilles impunē sine iudicio necares: illa te si adulterares, digito non auderet contingere, neque ius est. & in oratione Catoni de veteri mulieru viictu & moribus: In adulterio uxores deprehendas ius fuisse maritis necare. neque enim οὐεντοῦ multare significat, vt voluit Cuiaciūs, sed quoquomodo punire, hoc verò planius intelligitur ex ipso Halicarnasse, qui maritum τὸ περὶ τῆς παροπατεῖν ποιοῦ fuisse scribit adulterij & ebrietatis causa. quibus verbis ius vita ac necis tribuitur. quanquam initius agi. & a pro-

f. 4

paupris



pinquis ultra ducentesimum lapidem relegari adulteras confueuisse scribit Tacitus libro II, idem Plutarchus & Strabo Parthos ex quo ac Lacedemonios mutuas vxores amicis dare confueuisse aiunt, sed eum morem non tuli opinor seueritas Romanorum: neque Appiano idem quoque de Romanis scribentes alienior, cum in eorum antiquitate sepiissime offenserat. Nam libro secundo bellorum cœnulum scribit Cæsarem cum Marcello in senatu dissentientem gladij capulo manum admovisse, ac minitatem fenantui dixisse. Nisi dederitis, hic dabit: que verba sunt Antonij, cum eo tempore Cæsar esset in Gallia. idem P. Clodium cum Calfum Cæsaris flūpri cōmerciū habuisse, & in facris bona Deæ deprehensum tradit, que ad Pompeianum pertinente fuit autem Aegyptius: postea Roma Aurelio principe refūsum caudarum acto, ut ipse in Libyco profiteretur. vnuſ eſt tamen ex omnibus historiis qui Romanorum prouincias, opes, exercitus, totiusque imperii descriptionem ad intuendum velut in tabula proponit. Strabo quidem Plinius ac Rufus prouincias attigerunt, opes omiserunt. sic enim in Libyco Appianus: Habent, inquit, Romani equitum quadriginta, pedum ducenta millia: armorum vii duplo maiorem. in inornorū natuum duo millia: triremes mille, quinqueremes quingentas:

gentas: armamenta naualia multò plura, præter octoginta naues aurea puppe ac prora infinges. adhac trecentos elephantes, & currum armatorum duo millia talentorū verò in thesauro Aegypti quatuor & septuaginta milia. sed magnam eius historiæ partem amisimus. nam Siculus, Macedonicus, Hiberius, & Cartaginemis desideratur. Atque hec Dionis Cæsari opera farciri poterant, nisi maior esset huius quam illius iactura: tametsi Xiphilinus in epitome que potuit coniecit. cum enim Dio tota vita sua tēpus in Republica gerenda consumperit, ac per omnes honorū gradus bis ad Consulatum eucclis, deinde Proconsul factus prouincias summa cum sua laude gubernari, magnam denique bonarum artium scientiam cum vsu coniunxerit, quis dubitet eum inter optimos scriptores cōfereat profectō comitiorum ac magistratuum Romanorum, totinque publici iuriis disciplinā accuratè colligit. principum verò confectiones & ἀποβεσταὶ vnuſ tradidit, & ea, que Tacitus imperii arcana vocat, penè solus euulgavit. fuit enim publici confilii diligens indagator. videtur tamen vbi que partes Cæsaris aduersus Pœpium & Antonii aduersus Ciceronem data opera tueri voluisse. illa verò portenta quæ in acie Marcomannorum contigerunt, Armopho Aegyptio, non Christianis titibus: contraria quām Tertullianus, Euse-



Eusebius, Orosius, Iustinus, Paulus Diaconus, ac Marcus ipse Aurelius in suis ad Senatū literis testantur. Sunt qui Diodorum superioribus conferendum, plerique ante ferendum putant. non video tamen quid in eo tātōpera admirentur: siue dicendi genus, quo nihil magis vulgare dici potest, siue rationem historiarum spectent. rectē quidem & ordine proponit ea quæ initio cuiusque libri dicturus est, siue ipsum breuiter colligit. vt videre est initio primi libri, ubi totum opus in libros X L. partitur. sex prioribus tēpus omne cōplicetur ante bellum Troianum, vndeū sequentibus à bello Troiano ad Alexandri mortē. reliquis X X IIII lab Alexandre vique ad bellum Gallicum, quod quidem tempus annos centum ac trīginta. supra mille comprehendit; prater ea quæ fabulosā veteres appellant ante bellum Troianum, ex quo ad Heraclidarum redditum annos sufficiat X C. secutus Apollodorum, hinc vique ad primam Olympiadē C C C. XX VIII. à prima Olympiadē ad bellū Gallicū D C C X X. hęc diligenter illuftrium quoque philosophorum historiorum ac poētarum ætates solus è veteribus ad historiam adiunxit. vt libro decimoquarto scribit Ctesiā à Nino historiarum initia duxisse, Archonte Lyfiade: huius etiam libros. sex Assyriarum, totidem Persicarum rerum, in quibus ad Herodoto

Herodoto vbique ferè dissenserat, in vnum collegit, nam Plutarchus, Pausanias, Athenaeus & Græci ferè omnes auctoritate Ctesiā vtuntur. quanquam eius epitomen habemus. Thucydiēm verò initium historiarum fecisse tradit Archonte Charite, Q. Furio, & M. Papirio Cossi. Ephorum ab Heraclidarum redditu ad Perinthi expugnationem: Theopompum ab anno primo Philippi Macedonie regis, Archonte Callinede, Olympiade quinta & centesima, Cn. Genutio & L. Atamylio Cossi. sed quod Diodorus in Theopompo, reprehendit, idem in Herodoro coargui potest. sicut enim ex libris octa & quinquaginta, quinque esse quorum dubia sit fides: ita ex libris X L. Diodori quorum vix duodecim integros habemus, quinque priores penè ex fabulis conflati videntur, vt Viues nihil ex scriptore nūgatiis esse putet. tamētī primus est inter Græcos qui Plini iudicio mugari desit. cum verò viueristatis historiam scribere proposuit, totus est tamen in historia Græcorum. quinetiam prolixior est in vnius Gilippi Lace dæmonii cōcione (Laconice breuitatis, & sua in Thucydiēm reprehensionis oblitus) quam in historia bellarū qua per Italiam gesta sunt annis ferè trecentis: cum tamen longa digressione de pefte Athenienſit & eius causis disputer. omitto quam absurdit̄ eius interpreta-



tio de anno Lunari, cum homines annos mille ducentos aliquando vixisse crederentur; quasi non his quoque temporibus hanc etatem multi superarent, sed cum annos xxx. in historiis scribenda & regionibus obeundis se consumpsisse fataeatur, miror quia Italii finitimes historias adeo negligenter tractarunt: praesertim cum florere Romanorum imperio, id est, Caesare Dictatore, clauerit. nam si quis Lrium ac Dionysium cum Diodoro compararet, ubique fere in Romanorum antiquitate discrepantes iudicabat: maxime in ratione Faforum & Olympiadum, in quibus sapientissime labitur, idque fortassis imperitia lingue Latine continguisse puto, quod minus scripta Romanorum diligenter inquireret, argumento est quod vbiique *φερετος* pro Furio scribit, quasi Graca vox effet, idem Ancum Horatium pro Marco: S. P. Manium pro Melio: Laetucam pro Lutetio: Trigeminum pro Tricosto, quod ut libratorium virtus tribuatur (sic enim opinor) non tamen potest in Confulibus, Decemviris, ac Tribunis militum Consulari potestate eadem excusat habere locum, in quibus emeritatis modò tres modo quatuor omittit, totamque Faforum Consularium rationem confundit. sed hec Caroli Sigomij & Onuphrii Panini studiis ac labore faciliter possunt emendi, ut queque profecto in Romanorum antiquitatibus

quiclibus explicandis summan ingenii laudem est adeptus. In quo genere magnum etiam Cornelius Tacitus nobis attulit adiumentum. cum enim a Tiberio usque ad Nervam viii seculi res gestas conscriperit, omnia maxima, media, minima studiosè perfec-
tus est. libro quarto proficit ne belle-
la, nec vrbium expugnations, nec fusi exer-
citus, nec certamina plebis & optimatum nar-
ra, suumque laborem inglorium form non
tamen inutiliem. & paulo post, Nos sive iussa,
coticimis accusationes, fallaces amicitias, per-
niciem innocentium, & eadem exitu caufas
contingimus. quanquam omnia bella que illis
temporibus continguerunt, & quibus ferè in-
terfuit aut prefuit, studiosè describit. nec post
Actiacam victoriam vltus est historicus qui
militare aut forensem rationem copiosius
tractaret. floruit enim diutissime in militari
vrbanisque disciplina, & Proconsul Germania
inferiori obtinuit; quo tempore Germano-
rum mores, instituta, ritus tanta diligenter
scripti, vt vni Tacito suam antiquitatem Ger-
mani acceptam ferant. est etiam gloria maiore
dignus quod Tacitus Augustus, qui ob
summam sapientiam magna conseruisse
scitac legiomum Imperator creatus est, ad
hunc sua stirpis originem deputulit, eiustippe li-
bis bibliothecas omnes complevit: tamech
efficeri



efficere non potuit ut integrum haberemus, est autem oratio Taciti mirum in modum arguta & prudentia plena, argumento fit illud, Plochiius est iniuriae quam beneficio vicem exoluere, quia gratia oneri, vltio in quaestu habetur, quid autem de Sciano breuius & acerbius dici potuit, quam eius voluntatem non nisi scelere queri potuisse? aut de Poppea, maritos & adulteros non distinxisse, sed unde virtus ostenderetur, illuc libidinem transfluisse? Vitellii stuporem, libidinem, temulentiam, crudelitatem acerbè infectatur, sed nihil acerbè dici potest in eum qui præter naturæ vitia, quæ in eo maxima fuerunt, legem incestus ac nuptias auunculi cum sororis filia Senatui perfusas. idem cùm inter cadavera castrorum ciuitatum iter haberet, nec quisquam præter eum tecterum odorem ferre posset, palam dixit bene oleo interfecit hostem; melius ciuem. Si de legibus & Repub. sententiam Taciti exquirimus, quid grauius dici potest quam omne magnu exemplum habere aliquid ex iniquo, quod contra singulos utilitate publica rependitur? Plato paulo aliter, Hydri caput eos amputare, qui de legibus omnia incommoda detrahi posse opinantur. si forenses ac senatorias artes, si antiquitatem non Romanorum modo, sed aliorum quoque populorū quærimus, nūquam uberior fæges. vt cùm de foderibus

apud

apud Armenios sanciens agit; Mos est, inquit, regibus implicare dextras, pollicēisque inter se vincire, nodōque perstringere, mox vbi sanguis in artus extremos se effuderit, leni i cœtu cruentem elicunt, atque innicem lambunt. id fecundus arcanum habetur, quasi mutuo cruento faciatum. quid multa? nullus profectus historicus magistratus ac iudici vtilior videtur. sed me lacerat & conficit quorundam reprehēsio, quæ refutatione minùs egeret, nīi auctoritate plurimū valeret. nā ausus est Alciatus historiam illam planè diuinam sentientia vocare, in ea epifola quam ad Louium scripsit. & quidem propter alperum dicidi genus ab iis repudiari solet, qui leuiores Grammaticorum nugas malunt, quamq; grauissimas eorum narrationes qui totum vitæ suæ tempus in Repub. gerenda consumperunt. quanquā non video cur Alciatus tantū virum conteneret; ipse de eloquentia triumphare debeatissim⁹ quod Decius illum ex albo luris consuloru eximens Ciceronianum vocavit: non aliter ac Hieronymus qui se ante Christi tribunal verberib⁹ cœsū scripsit, quod Ciceronianus eiset nō Christian⁹. sed hic verberibus; ille cōtumelia nullo suo merito affectus est. extra iocū. Budeus acerbè Tacitū scrip̄orem omnium sceleratissimum appellauit: quod nō nihil aduersus Christianos scripsit.

quæ



que ratio fecit, opinor, ut cum Tertullianus
mēdaciſſimum, Orofius adulatore ē appellaret,
fed quādmodū Marcellus L.C. meretricem
turpiter facere respōdit quōd sit meretrix; non
tamen turpiter accipere cūm sit meretrix: ita
quoque impīe fecit Tacitus quōd non fuerit
Christianus: fed non impīe aduersus nos scri-
pit, cūm gentili ſuperſtitione obligaretur. e-
go verō impīum iudicarem niſi quanckue
religionem veram iudicaret, non eam quoque
tueri & contraria euertere conaretur. cūm e-
nim Christiani & Hebrei quaſi veneſici & o-
mnibus ſceleribus ac ſupriſis in famis ad ſup-
plicia quotidie raperentur, quis historicus à
verborum contumelias abſtineret? quōd si ex-
cuſationem meretur ignorantia, proſectō ex-
cuſandus eſt Tacitus, qui Ida mon-
te Cretenſum quaſi Idæos deducit: vt Nico-
laus Damascenus qui Hieroſolyma quaſi iſpō-
ſymerat ab εἰρήνῃ περὶ τὸ ιερόν συλλέγει dicit putat. Hoc i-
nicio conſequens, agit
gitur ſi ſceleris eſt, multo maiori ſcelere obliga-
retur Vlpianus qui ſeptem libros de Torquen-
dis Christianis, non ad historiæ cognitionem, ſed ad ſuppliciorum acerbitatem ſcripſit. ſce-
leratus quoque Tranquillus vbi agit de Chri-
ſtianis: cuius tamen historia tantopere lauda-
tur, vt æqui rerum aſtimatores nihil vñquam
accuratius ab illo historicō ſcriptum fatean-
tur. Non placet quibusdā quōd leuiſſima que-

que perſequitur: ſedin principum dictis &
factis, nihiſ leue, nihiſ paruum videri debet;
propterā quōd in vulgus manant, & prin-
cipis exemplo mores populi ſemper regun-
tur. hoc fortalitiſ improbari potefit, quōd fo-
diſſimas quaſque principum libidines nimis
ſtudioſe conſelectatur, quas Corn. Tacitus o-
miſit, ſed in eo genere longe à Lampridio fu-
peratur. Enim tot portenta nouarum vo-
luptatum ab Helogabalo inaucta deſcribit;
vt non magis ea narrare, quam vnicuique ad
imitandum proponere videatur. Vterque ta-
men in intima principum aula educatus eſt;
præſertim verō Tráquillus qui Adriano fuit
ab epiftolis, ex eoque ſtatu depulſus, quōd
cum Imperatoris vxore familiarium egiſe fe-
rebatur, quām decus uulca confutudinis po-
ſtularet. nam qui conſequentiū Imperato-
rum vias ordinis ſcripferit, ſcilicet Dio Spar-
tianus, Capitolinus, Herodianus, Trebellius, ſ
Vopifcus, Eutropius, Lampridius, Volcatius,
Amianus, Pompon. Lætus, Orofius, Sext. Au-
telius; non eo fuerūt gradu quo Tranquillus:
idque ingenuè Vopifcus coſtitetur, cūm Tran-
quillum emendatissimum ſcriptorem appelle-
at. ac merito. ſic enim ſcribit vt nec dignitate
etiuq; nec vitiis, nec vila omnino perturba-
tionē commoueri videatur. Caligula virtu-
tes animi, & corporis tantas initio conti-
que



gisse scribit, ut nemini maiores: eiusdem tot & tanta vita qua postea consecuta sunt commemorat, ut nullum in natura monstrum feedius fuisse videatur. idem Neronis laudabile quinquennium prædicauit. Claudium ad eum fupidum fuisse scribit, ut illum pro tribunali sedentem leues caufidici stultum appellarent. eiudem nobis iudicium illud commemorat quo feminam filium non agnoscetem, dubia vtrinque argumentorum fide, indeo matrimonio filij ad confessionem impulit. quid ab ipso sapientia magistro Salomone potuit sapientius iudicari? Non idem fuit in Herodiano studium veritatis inquirendae nec ferre potest eiusdem principis virtutes ac via recensere, ac si prius erroris coarguitur a Spartiano & Capitolino. Et etiam in Tranquillo plurima Romanæ vetustatis & antiqui juris imago, multæ leges, editæ, senatusconsulta quo nulquam alibi reperiuntur. quæ vero qualisque fuerit principum cognitio ac iurisdictio, folius penè Tranquillus cum Tacito scribit: ex quo plurimò lucis accedit ad scripta iurisconsultorum. His, opinor, cōmōde Velleium Paterculum coniungemus, qui præter liberalem erudititionem, magistratus & honores maximos domi ac militiæ gessit, ut enim dicēdi genus, quo nihil purius ac suavius fluere potest, omitam; antiquitates Romanorum ab ultimo principe

prio

pio tanta breuitate ac perspicuitate (siquidem integer extaret) comprehendit, ut nemini secundus: esse videatur. laudes etiam illustrium virorum egregia quadam oratione & magno viro digna commendare solet, ut videre eit in laudibus Pompeij, Cæfaris, Ciceronis, que tamen ab eo scripta sunt, non historie, sed propositionis locum habent, ad vniuersaliter historie comprehensionem. Atque huius exemplo G. Bellaius Proreæ infubrum, breui libello Gallorum antiquitates complexus est, ad historias formam vel potius *iuxtagressus* quæ historiarum scriptoribus singulare quoddam exemplar dedit, ad intuendum & ad imitantum. scriptis etiam Latino ac vulgari sermone Caroli V. Imperatoris expeditionem in Provinciam mira quadam ingenii yberrate ac prudentia. neque vero alijs esse potuit cum ingenii vim acerrimam, sumnam erudititionem, & incredibilem rerum gerendarum usum haberet. totum enim vita sua tempus in consilio principis, aut in obeundis legationibus, aut in munere imperatorio, aut in optimarum artium studiis consumpliit. denique perfecisse dicitur, ut Gallica nobilitas non minus literarum quam armorum gloria floret, primusque apud nos arna literatis, & literas dedit armatis. sed ne quis meum ciuem (fuit enim natione Andegauus) à me

g

2

plus



plus & quo laudari putet, multò plura Sleidanus; qui cùm hominem omni genere laudum cumulauit; tum verò Gallicis nobilitatis decus appellauit. hunc igitur Polybio, Thucydidi, Xenophoti, Cæsari, Tacito coniungeamus, in eo maximè quòd rerum cauas, iniitia, progressus, inclinations, atque omnia omnium confilia, dicta, facta, iultissimis ponderibus examinauit. nec refert ad historici delectum quòd hic noster pauca scriptit, cùm ex vngue leonem. Copiosè Guichardinus, quem ad illius imitationem scripsisse putarem, nisi iisdem quibus ille temporibus flourit; ac tametí finibus Italizem semper sece continuit, nec bellicis laudibus cum Bellatio comparari potest, attamen in scribenda historia iudicio grauislimorum virorum suorum qualles (atque haud scio an veteres quoque historicos) superauit. nam vbi quid in deliberationem cadit quod inexplicabile videatur, illuc admirabilem in disserendo subtilitatem ostentat, & graues vbiique sententias veluti fal accommodatè perspergit. & vt pauca de multis colligam: cùm militaris & urbanae discipline peritissimus eset, nostros homines imprudenti tacitè coarguit, quòd armis imperia facile propagant, ea tamen retinere non posse: nec viderent partum imperium iis qui domesticâ disciplina vti nescirent, non modò

modò innutile, sed etiam graue ac pernicio-sum semper fuisse. egregia sanè & magno vi-ro digna sententia, quæ vitiam principibus bene cognita eset. alio loco Venetorum arguit imprudentiam his verbis. Veneti perturbatis Italiz rebus bellorum exitu otiosè spe-ctabant, vt ipsi quoque prædam abigerent, rati fore neminem qui se faceret auderet. at potentiores eis aut cum potentioribus in eadem amicitia conspirare oportet. quæ re-prehensiones nihil habent contumeliaz vel acerbitez. nullius verò nisi mortui nomen lau-de profequitur aut vituperatione, idque facit sine vila perturbati animi significacione: vt videre est in Leone Pontifice, à quo magnas opes, maiores etiam honores ac magistratus adeptus erat (ab eo enim legionibus facris & prouinciis ecclesiasticis cùm summo imperio præfectus est) nihilominus principem fuisse scribit, in quo multa laudare, multa vituperare possit. quinetiam eius perfidiam aduerfus Franciscum regem in feedere percutiendo so-lus detexit. neque tamen Carolo V. minùs infidum fuisse tradit quòd eius ope Gallos Italia expulsi sunt, vt postea Hispanos facilius eiiceret, quid autem de Ferdinando verius dici potuit, quim omnes suas cupiditates religio-nis ac publicæ utilitatis specie& texisse? aliud argumentum est eius integritatis & animi æ-



gritudine vacui, quod cum Gallis vehementer infensus esse debuisset (ab iis enim diutissime obiectus est cum Parvam strenue tuenteretur, ac de vita dèque fortunis omnibus periclitaretur) nihilominus tamen Pauli Louij de morbo quem Gallicum vocat orationem reflectis, par est, inquit, Gallorum nomine ab hac infamie labo vindicare; cum Hispani ab Hesperis insulis in Italiam hoc morti genus inuixerint. est autem mirum in eo studium veritatis inquirendæ nihil enim temere, sed omnia necessariis argumentis confirmat. fertur enim epistolas, decreta, fœdera, conciones, ex ipsis fontibus haudissime & exprefſissime. itaque frequenter occurrit illud **L O C V T V S E S T I N H A E C V E R B A**; aut si verba ipsa defuerint, **L O C V T V S** est in hanc ferè sententiam. quod sit ut Louio planè diffimilis sit, qui vt magnam historiæ partem; ita conciones vel potius declamationes scholasticorum in modum finxit. argumento est concio Balonis ei planè contraria quam Guichardinus ab exemplari delcriptit. sicut enim & rerum, & locorum, & personarum atque adeò consiliorum & factorum tam diligenter inuictigato, vt omnes Italiae vrbes, municipia, castra, flumos, quodque maximum duco, publica monumenta penitus inspexisse videatur. quis vero fama disperat in vulgus, nusquam prætermisit. vt in acie Mariniæ

riniana qua Galli Helvetiorum exercitū frēgerunt, ceterorum numerū scire non potuit; propterè quod, inquit, magna pars inuidia, vel libido, vel errore ducebatur. plerique XIII. Helvetiorum millia: nonnulli decē: alij octō: fucrē qui tria duntaxat millia referunt. cum autem scriperit res in Italia geſtas annis ferè X L, extēma modicē, aut etiam intra modum attigit. Turcarum quoque ac Perfānum bella, quæ multò melius illi quam Louio nota fuerunt, prudens omisit, ne de rebus parum sibi compertis temere affirmaret. sed ne penitus ignorarentur; ita leuissimè commemorat. Ferebatur Selimus Syriam & Aegyptum inuallis. videbat tamen nonnullis aliquantο prolixior: fed iis qui statim Renūpublicarum atque omnino casus humanos intueri volunt, brouiſſimus: propterè quod nulla pars orbis terrarum plures casus, aut maiores Renūpublicarum conquerentes illis temporibus pertulit quim Italia. at illud quanti est ab eo tantarum rerum veritatem intelligere, qui totius Italiae confinii summa prudentia, eruditio, integritate, rerumque gerendarum viu floruisse fertur? nam cum aliis alter & ferè suo quisque arbitratu fingeret historias, unus inuenitus est qui tam altè adificavit, vt non modò leuissimorum hominum, sed etiam Louij ac Bembi luctuibus obstruxiſ-



se videatur. Ut enim Bembus vir clarus, & in
luce totius Italiz̄ diu multumque versatus sit
(omito singulare eius eloquentiam) nihil
minus aut multa in gloriam suorum ciuium aliter
atque gesta sunt scripsisse, aut certe Guichardinus
sapienter mentitus esse conuincitur. cuius
rei vnum aut alterum argumentum sit, quod
cum Galli ad Forum Nouii auxiliares Venetorum
kopias fudissent, ferroque; vt dicitur,
viam fibi ipsi aperteuerint; Bembus nec vi-
ctos, nec victores fuisse scribit, & eorum in
Galliam redditum fugam appellat. Guichardinus
arguit hunc in modum: Si vincere est ea
re potiri cuiuscauī bellum suscepit, Galli
vicerunt, cum ob eam duntaxat causam prae-
lium suscepissent, vt in Galliam Regi incolu-
mi redirent. cum igitur hostes in fugam con-
uerterint, partim prostrauerint, partim in Ta-
rum flumen adegerint, seque in patriam tutò
recepérint. quis de victoria querendum pu-
tet? rei quoque veritatem diffimulauit Ben-
bus in prælio Rauenati, cuius victoriā tam
clarā & illustrem nemo Gallis vñquam pre-
cipituit. Miltum, inquit Bembus, & equitum
milla supra decem & octo interfecta sunt, pa-
ri fere vñrorumque numero, fortuna dispari.
quod igitur Venetos nunc Italiz̄ colūmen,
num publicum orbis terrarum ornamentum
vocat, ac eorum modo equitatem, fidem, mo-
dō

et magnificētiam & opes, vniuersque nauis
Venetae incredibilem aduersus Turcarum o-
pes fortitudinem, omnium denique ciuium
pietatem, modestiam, religionem, prudētiam
vbique extollit; rem facit non tam bono hi-
storico, quam bono ciue dignam. quod verò
Gallos vbique verborum contumelia infēctat-
ur, quod nihil sanctum ab illis aut tutum fui-
se; quod fidem Venetis & Alfonso Aualo da-
tam regis se tradit; scriptoris est non scipsum
laudantis, sed vituperantis. ac siquidem mili-
tari iure infamis esset, qui nationem verborum
contumelia violauit, quanto magis hoc histo-
rico fugiendum; præterim si in eo ipso quod
alius obiicit, falsa pro veris tradere conuincit-
ur nam Guichardinus, violati foederis cri-
men in Venetos regevit: non tantum proper
perfidia nimia aduersus Gallos fūspicitionem,
sed etiam quod Aluanum acerrimum Gallo-
rum hostem, non modò triumphantem de
Gallis in urbem admirerant, sed fideles quo-
que legibus complecti rege Gallorum iniuto
conarentur. quod igitur de perfidia Gallorum
oratoris scribit, tam vera sunt quam in Ap-
pullia bello Veneto coruos ac vultures tanta
ex aere vi, tantisque agminibus inter se con-
fluxisse, vt carri duodecim eorum cadaveribus
explerentur. qua de re non ambigat Bembus,
sed planè affirmit. & verò cum iniuita, vt ipse
testa-



testatur, annoque natus sexaginta ad scribendum se contulisset eum laborem, quem in historia scribenda querimus, agre cerebat: Tardet me, inquit libro quarto, eius belli legiora: confessari. quis enim legit sine fatidio singula? hæc plane sunt oratoria: cuiusmodi est etiam Lauredani concio aduersus Minium, quan- nihil fieri potest ornatus. puritatem enim distinctionis ita confessatur, ut verbis quicdem parv Latinis, sed tamen ad significandum necesse fuit ut nolit. Turcarum Imperatorē regem Thracias, quæ vis centesima pars est eius imperij, & Mediolanī Ducem, regem quoque vocat. id quidem Latinē, sed non fatis, opinor, ad id quod decuit accommodata. At Bembi omnino dissimilis est Procopius, qui ornamenta historiarum & Graci sermonis puritatem aut nesciit, aut negligisse videtur: sed quæ ad historiam pertinent singula commemorat, ac res quoque leuisimas magno studio confessatur. & quoniam in rebus gerendis perpetuus Belisarius comes, ac totius publici consilij particeps fuit, sapienter etiam pro Republica legationes obiit; denique mediocriter est à doctrina informatus, non dubitem illum inter selectos recensere. cùm vero singulas epistolas, decreta, foedera, conciones vario dicendi genere ac stile describit, magnum verissimum scriptoris præbet argumentum: nisi quod

Illum

suum Belisatium sibi quād decuit, & incep- tis plerunque laudibus onerauit: ineptius quoque eadem Constantiani, qui apud Iustini- num stabuli magistrum egit, Belisarius iussu perpetratum ita excusauit, ut in fatis esse dice- ret Constantianum sic mori decuisse. ridicu- las quoque xxx porcorum & status Theodo- ritici coniecturas eximo; quodque Thulen deies Britannia maiorem facit, quæ tam- altero tanto minor est. sed illud fidem omnium superat; cineres Vespunij mortis, qui citra Nea- polim situs est; Bizantium vñquæ vento delata- tas, ac populum ita exterriunt, ut annuis fu- scriptionibus Deum placaret quæ prodigia inpiunt Graecam vanitatem, & historicos non modo prophani, verum etiam ecclesiasticis fidem lape derogarunt. Plenus est cuiusmodi fabulus Nicephorus Callistus, quibus etiā Zona- ras, alioqui probatus historicus, & Nicepho- rus Gregoras sepe delectantur: ac interdum Eusebius Cesareiensis: cuiusmodi est illud quod se videlicet omni assueritione confirmat; Plantaris in basi que nitebatur ænea Christi flama (quam ante annos C C C. facta sanguinis profusio curata SERVATORI dic- carat) sponte natam, quæ cunctum extre- mam statutæ vestem attigit, omnia mor- borum genera curabat. Talibus nugis refer- ti sunt Antonini, Adonis, Saxonis Gram- matici,



matici, Sigeberti, Phreculpi, Naucleri, Mariantini, Merlini, Vipergenfis, Annonij, Turpinii, Guagunii, ac veterum annualium libri; quibus omnino carere non possumus: in eis genere tamen aliis longè praestant. Nam Gregorius Turonenfum, Antoninus Florētinorum, Gulielmus Tyri Pontifex, Abbas Vipergenfis, historias tametis portentis ac miraculis refertas; viles tamen ac fructuas scriperunt, praesertim illis temporibus quibus barbaries omnia cumularat. fuerunt etiam in Republica gerenda & publicis consiliis diu multūque versati. aliorum reliquias veluti gemmas ē fler core colligere debemus, si defuncti meliores, qui enim Tartarorum gesta scriperit præter Paulum Venetum & Haytonum habemus fere neminem: ea tamen exigua sunt, & fabulis confusa, verior Haytonus. detrahamus igitur de Paulo Veneto quod mare Caspium pisibus semper vacuum est, præterquam ieiunij temporibus; quod urbis Quinsear ambitus superat millaria septuaginta: quod eadem duodecim milia pontium habet tantę altitudinis, vt naues onerarias explicatis velis facile admittant: quod Zipangrum aduersus hoftium exercitus annulis vtinatur, quorum ea vis est vt inviolabiles sint. his detractis Tartarorum gesta, mores, leges, ac regionis descriptionem sicutunque intelligemus. At I. Aluarefus mul-

tō maiori fide ac diligentia res Arthiòpum primus scriptis, quæ nunc à peregrinis & optimis quibuscum scriptoribus probantur, nec sine magna voluptate leguntur. Consimiliter Zieglerus, Cromerus, Crantius, Olaus, Gothornum, Saxonum, Neruiorum, Sarmatarum seu Polonorum, ac Danorum historias antea incognitas euulgarūt, cæteri quidem valde probabilia; Olaus sapientia incredibilia narrat. sunt tamen nonnulla quæ scriptorum ac testium multitudine & consensu quodammodo persuaderi possunt, nam quæ de Neruiorum (hi nunc Liuones appellantur) in lupos configuratione & *μετεινόντες* ab Herodoto, Pomponio Mela, & aliis historicis olim peruvulgata sunt, ea juniores comprobantur. hoc enim Gaspar Peucerus vir magna eruditio[n]is & minimè vanus, tum etiam Linguetus non minus doctrina quam diuturna totius Europæ peragratio[n]e clarus, se ab incolis accepisse mihi confirmavit. quod verum fiat occulta quadam vi naturæ potentis, vt de Parthia traditur: vel vltione diuina, vt de Nabuchodonosore; nondum militi compertum est. Aluarefus proximè secutus est Leo Afer. hos igitur cum Pomponio, Strabone & Pausania propter scribendi rationem geographicos appellare soleo, propter quod historiam vñ cùm geographia complectuntur. Strabo quidem Républicas



& imperia orbis terrarū leuiter attingit; Pau-
fanias vniuersit̄ Grac̄e prouincias, Rerūmque
publicarum status & conuerſiones, populos,
vrbes, caſtra, fluios, montes, verticē, fontes,
fana, ſtatuaſ, tam curiosē deſcribit, vt in eo ge-
nere omnium ſuperarit opinione. ita quoque
Leo Afer genere Maurus, natione Hispanus,
religione Muhamedicus, deinde Christianus;
poſtē quām totam pene Africam & Afam
minorem, bonā quoque Europa partem di-
turnis itineribus obiuſet, captus eft à piratis,
& Leoni Pontifici Max. dono datus, apud quē
ea que incredibili studio ac diligētio de Afri-
ca, de qua Afriæ populorū moribus, legibus,
inſtitutis, totiūq; regionis ſitu ac deſcriptione
Arabica lingua compoſerat, in Italiam
tranſiuit. militarem disciplinam leuiter tra-
cata; fed offenſiones & victorias imperatorum
inter ipſos sine viliis cōcionibus & ornati, non
vt hiftorius, ſed quaſi geographus breuitate
cōmemorat; ac perpetua rerum nouarum vo-
luptate inuitum detinet leſorem. nihil admo-
dum incredibile narrat preter Aſini Asgypti,
vel potius aurei, ſtupendam docilitatem, quod
enim ſe vidile affirmit ouium Argypiarum
caudas que pondere libras quinquaginta, in-
terdum verò centum viginti æquarent, cum
Bellonio & Hieronymo Cardano cōfentanea-
ſcribit. profectō ynis eft ex omnibus qui A-
fricani

ſicam poſt annos mille infelici barbarie ac
noſtrorum hominum ignorancia ſepultam a-
peruit, & omnium oculis patefecit. His con-
iungo E. Leandrum & Munſterum, quorum
alter vniuersitam Italianam; alter Germaniam in
tabula veluti ſub aſpeclum collocaſunt, & po-
pulorum hiftoriā cum geo graphia coniun-
xerunt. ſed cum Munſterus ſuam Germano-
graphianu inſcripſerit coſmographiā: totus eft
tamen in Germanorū & Heluetiorum regio-
nibus, oppidi, ſitu, & populorū origine ac de-
ſcriptione, quibus detractis nihil ferè orbi ter-
ram vniuerso reliquā ſit. Sed animaduertio-
ne digna eft quid omnes non modò hiftorici,
ſed etiam geographi quos mihi legere conte-
git (excipio Polybiū & Ptolemyū) inſula-
rum ac regionum magnitudinem ex ambitu
colligunt: & quarum circuitus æqualis eft aut
major, æquales eft paſt aut maiores: quo nō
nil abſurdus dici potefit. id tamen neceſſarium
plerisq; ac mihi ſapere viſum eft, quoisq; geo-
metrica demonstratione animaduerti ſepiſime
fieri ut vnius inſule circuitus triplo maior fit al-
ten⁹ circuitus, cui⁹ tamē decuplo minor fit ma-
gnitudo. Ut autē Geographi hiftorici, regiones
cum hiftoria: ſi Philoſophi hiftorici rerū geſta-
rum narrationem cum ſapiencia praeceptis cu-
mularunt, inque genere Xenophontis magna-
laus eft, cōque maior, quo neminem habuit
quem




quem imitaretur, ut Velleius scribit de Homero; nec postea fuit qui illum imitari posset. hunc fecutus est Plutarachus, deinde Laertius, postea Philo Iudeus, quem inter & Platonem, opinor, veteres non modo pregiudicauit, sed plausu nō iudicium tulerunt. Huius et equalis Iosephus laude quidem philosophia secretioris inferior, antiquitatis tamen cognitione longe superior videtur. & quidem miratur Hieronymus tantum Graecorum antiquitatis in homine Iudeo fuisse. id autem ex libris eius contra Apionem Grammaticum intelligi potest. in quibus scripta Moysis (tametsi ad fidem faciebam se ipsa contenta sunt) Græcorum, Persarum, Aegyptiorum & Caldæorum testimonis ita confirmavit, ut nihil ad origines intelligendas utilius scriptum esse videatur. que vero de hominum etatibus à Moysi prodita sunt, ne cuiquam incredibilia viderentur, duodecim historiorum auctoritate confirmavit. populum vero Hebraeorum antiquitatem, fidem, religionem, doctrinam, integritatem populi omnibus superiorem facit, non tam ut gloriam suorum ciuium intermortuam, sed etiam ut rei veritatem ab obliuione vindicaret. nam ex eius scriptis Herodotus, Diodorus, ac Iustini fabule refutari facile possunt. Post ea tempora, Hegesippus Iudeus bellum Iudaicum libris quinque complexus est, quos Ambrosius Latinos fecisse

fecisse fertur. verius tamen ac melius Iosephus qui non modo affuit, sed etiam praeiustus, & capitius à Vespasiano ac Tito ius ciuitatis & nomen Flaviae gerit ac ita uiam adeptus est. in certè fuerint historici virtutes illæ, quas ante diximus: summa eruditio, eximia integritas, & maximus rerum agendarum vius. quanta vero integritate ac fide scriperit, ex eo planum est quod qui religione Iudeus esset, de Christo graue imprimis ac laudabile testimonium tulit. at ecclesiastici ferè scriptores cum de adversariis nostris religionis scriberent, tantis odis exarserunt, ut non modo laudes eorum obruere, veriū etiam omnibus contumelias lacerare conarentur. argumēto sit Julianus Augustus, is qui transfigura sacerdotum, qui tametsi capitali odio ac suppliciis omnibus dignus esset, quia tam ab eo præclarè gesta sunt, historias scribentem non decuit praterire, quod noscere fecerunt. In quo certè Ammiani Marcellini candorem ac studium inquirendæ veritatis imitari debuissent. is enim principum virtutes ac vitia, ut optimus quisque scriptor, summa fide notauit. Julianum accusat quod religionem Christianam abfolutam ac simplicem (sic enim loquitur) anili susperflitione confundisset: quod Christianis literas crudeliter ademisset: quod Palatinos Constantij comites occidi iussisset. cuiusdena tamen virtutes egregias oratione singulare



lari commendauit; summam temperantiam, fortitudinem, continentiam, sapientiae studium, ac iusticiam opinionem maiorem, quæ grauissimis exemplis ac testimoniosis confirmat: cuiusmodi est illud cum Delphidius Galus orator acerimus, Numerium Narbonensis Galliz Praefidem apud Iulianum, qui tunc Lutetia agebat, vehementer accusaret, ac testum inopia premereatur, tunc Delphidius; Ecquis florentissime Cæsar nocens erit; vñquā negare sufficiet; cui Iulianus; Ecquis innocens erit si accusasse sufficiet; fuit autem Ammianus natione Græcus, & vt ipse confiteretur, miles; Vñscini magistri equitum comes perpetuus; quique omnibus ferè bellis qua à Romanis in Europa & Asia suis temporibus gesta sunt interfuit. & ea quidem integra restant libris x v i i i . comprehensajid est, ab anno trigesimo imperij Constantij usque ad exitum Valentij. nam superiores tredecim ex aliorum scriptis facile farciuntur, caperat autem à Neria in quo deferat Tacitus; quem vnum ex omnibus ad intuendum & ad imitandum sibi proposuisse videtur: hoc tamen ab eo differt, quod Tacitus Romani sermonis dignitatem, vt tempora serebant, affectus est; Ammianus verò Latinis verbis, ac sèpius ne Latinis quidem Græcè scripsit. & à re proposita longius ac sèpius digreditur: quo tamen virtio summi quoque

quoque viri laborant: fidque in ipso Cicerone Polidorius grauerit notauit. sed huic reprehensioni Ammianus si non Latinè, satis tamen ad id quod voluit accommodare hunc in modum occurrit; Quòd autem est, inquit, paulo prolixior textus, ad scientiam proficer plenaria. quisquis enim affectat nimiam breuitatem vbi narratur incognita, non quid signatus explicet, sed quid debet præteriri scriatur. Ex hac igitur historicorum tanta varietate singulari delectum adhibere pro suo quenque iudicio necesse est, ne in tam breui laius vita curriculo, scriptorum multitudine obviamur. nam si perspectum habebimus Polydorū de rebus Anglicis (tametū Scottis & Francis valde suspectus est) Rhenanū de Germanis, Aenylatum de Galicis verisimile scripsi, non magnopere laborandum erit de Beda, Guaginio, Gazo, Saxonie, & eiusmodi scriptoribus qui res easdem incondite scripserunt. ac nefcio quo natura genio contigit, vt cum iisdem temporibus maxima historiconvbertas efforuerit, sic euanesceret eodem pene momento. scribit enim Plutarchus trecentos historicos Marathoniam pugnam scripsiisse: ita res Italicas superioris q̄tatis xxx. ferè scriptores literis prodiderunt. vnum tamen Guichardinum, cuius omnium opinions perspecta fides est, q̄mnb⁹ ante ferendū putem.



& nunc tota penè Europa historicorum multitudine abundat, qui res quaque levissima scribunt: cum multis ante seculis habuissent se-
rè neminem. sed ne infinitum sit omnes omnium commentarios euoluere, optimū quemque iis quas diximus, vel etiā melioribus con-
iecturis assequeremur. Illud etiam admonendi sunt, qui ad historiarum scriptores accedunt, plerisque candem historiam continua serie complexos fuisse. cuiusmodi sunt libri Iudici-
cum, libri Regum. idque sàpius factum vnius scriptoris appellatione, vt liber Samuelis, nam capita x v. posteriora mortuo Samuele scripta
fuisse planum est: vt etiam postrema Deuteronomij periodus. ac liber Iosue propter eam
causam alterius scriptorius esse putatur. quia liber
recti citatur de foliis statu: quem tamen librum quingentesimo post anno scriptum fui-
se appetet ex primo capite libri primi Regum,
nisi dicamus librum recti plurim fuisse scrip-
torum & ante Iosuem incepimus. Eadem ratio-
ne Hæmo, qui corruptè à nostris Antonius ap-
pellatur, ex pluribus scriptoribus conflatus est
cum trecentorum annorum res à se vissas con-
memorat: idem iudicium est de Reginone &
Carione. Atque hæc de historicorum delectu:
que sic à me scripta velim, vt integrum cuique
iudicium relinquatur.

De

*De recto historiarum iudicio.**Cap. quintum.*

Ocvs hic postulare videtur vt
de recto historiarum iudicio di-
camus. si enim ea fuisse in iis,
in quibus summa esse debuerat
opinio veritatis ac fides nihil e-
rat cur de historia dubitare, aut assensionem
cohibere oportet: sed quoniam tanta est hi-
storicorum in se ipsos discrepantia, vt non mo-
do ali ab aliis, verum etiam a se ipso plerunque
vel studio, vel animi ægritudine, vel errore dif-
fideant: statuendum nobis est in vniuersum que
qualique sit omnium, aut maximè illustrum
populorum natura, vt historicarum veritatem
multis ponderibus examinare, ac de rebus sin-
gulis rectius iudicare possumus. Atque id pau-
lo aliter faciendum nobis est, quam Diodo-
rus, Volaterranus, Cælius, Sabellicus, Boëmus;
qui de populorum variis legibus, religionibus
sacrificiis, epulis, institutis, levissime scrip-
serunt, de quibus tamen, quid in infinita sunt
varietate, ac paulo momento per se se vel prin-
cipium arbitrio mutabilia, nihil certum statui
potest. queramus igitur illa que non ab ho-
minum institutis, sed à natura ducentur, quo-

h 3 que



que stabilia sunt, nec vñquam nisi magna vi,
aut diurna disciplina mutantur; & mutata
in hilominus ad pristinam rediunt naturam,
quo de genere nihil à veteribus scribi potuit,
cum regionum ac locorum, quæ non ita pri-
dem patuerunt, penitus efflent ignari: sed tan-
tum quicquid affectus est quantum probabili
coniectura potuit. Primum igitur explicabili-
mus naturam populorum qui ad Septentrio-
nes & Austrum positi sunt: deinde corum qui
ad ortum & occasum: post etiam propriis lo-
ca, montana scilicet, palustraria, vento, quieta,
tum quanta vis inest in disciplina ad immutan-
dum hominum naturam: postremò Ptolemy
ac veterum errores confutabimus, qui mores
populorū ad Zodiaci partes, quas cuique regio-
ni tribuunt, referri putant oportere: quibus
intellectis ac perceptis, magnam partem hi-
storiarum intellectā perceptāmque fore con-
fido. atque haud scio an vīla disputatio magis
ad vniuersālē historiarum cognitionem &
incorruptum eorum iudicium necessaria videatur.
Sed imprimis illud statuo, nullum esse lo-
corum aut celestium syderum tantam vim,
qua necessitatem sit allatura (quod ne cogita-
re quidem fas est) ab iis tamen homines sic
affici, vt natura legem nisi ope diuina, aut diu-
nurna disciplina superare non possit. falsum
est enim quod Galenus & Polybius affirmat;

seris

sēris tēperiet necessario nos immutare. ma-
gnam quidem vim ad immutandos animos
habere, necessitatē tamen non adferre argu-
mento fuit Acharnias Scytha. atque ad hanc
locorum varietatem referre debemus ea quæ
Plato libro quinto de legibus scribit, alios a-
liis meliores ac deteriores effici ex ipsa loco-
rum varietate quos propter legibus sāpē
contrariis ac repugnantibus moderari ne-
cesset est: eam quoque dissimilitudinem ab a-
quis & aere, tum ethan & aiborū varietate ma-
nare. Tradunt igitur veteres vno ferè con-
fessi, homines ad Aquilonem positos corpore
quidem maiores ac robustiores, ad meridiem
verò imbecilliores, aliis tamen ingenio præ-
stare. id autem vīlu diurno compertum, pro-
pterā quod facilis est eius rei animaduersio:
sed quoque vis illa Septētrionum & Austrī
pertinet, quid ortum & occasum finiat, quidue
de moribus ac infinita cīque natura senten-
dum sit, difficile dictu est, eōq; difficilis quod
nullus est qui in tantis tenebris faciem preter-
uerit. Nam Hippocrates, cuius summa semper
fuit autoritas, homines ad Septētrionem exi-
les, & fulcos esse tradit. Aristoteles in que-
stionibus aquæ barbaros esse, qui istū, atque
ij qui frigore nimio rigent: que superioribus
valde repugnare videntur. nam quomodo in-
geniosi sint Australes & barbari? verè tamen


h 4 vterque



vterque. sed vt planis intelligi possint, consti-
tuamus quatuor huius hemispherii fines; Au-
strum in æquatoris circulo, Septentriones in
vertice poli, ortum aut occafus Molucarum, oc-
caſum in insulis Hesperidum. Strabo aliter:
Indos in ortu, Celtas in occaſu, Scythas in Se-
ptentrione, Aethiopes in Austro collocauit.
Ptolemaeus ab illa partitione non longius di-
ſceſit. sed non ita pridem compertum est an-
tiquos vehementer in eo lapsos esse. negant e-
tiam Mathematici, ortus aut occafus vñium es-
ſe discriben. quām verè, suo loco dicemus.
nunc fatis est à nobis ortus & occafus medium
in America collocari, quòd ea regio ab India
& Africa infinitis spatiis diuerlatur. Septen-
trionis verò & Austri medium eſt Aequarem,
quòd ad vniuersitatem attinet: huius au-
tem hemispherii quod citrà Aequarem eſt,
quintū & quadragesimum latitudinis gra-
dum: vt quicquid infra supráquaque polum versus
interiacet, Septentrionibus: cætera Austro tri-
buantur. & quoniam antiqui præter Poffido-
num & Aucennam, hominum fedes tropicis
& polaribus circuitus definierunt, rati vñeriū
nullum salutis eſſe, aut habitandi locum: eri-
piendus eſt hic error. cōpertum eſt enim cre-
bris navigationibus Aequareis saluberrimā
eſſe regionem: sùb Tropicis verò regiones in-
credibili aēstu flagrare, & quidem ratio eſt in

prom-

promptu. nam ſol euehit altius in Aequa-
tori, ac multò celerius fertur, propter circuli
magnitude, quā in Tropicis, quinetiam
Aluareſius ſcribit aquas illic Junio menſe con-
crefcere gelu, modo flauerit Auster. accedit
imbrum magna vi, montium incredibilis al-
titudine ac ſyluarum copia. poftrem color &
vultus hominum minime ater, ſed velut olea-
rum. contrà verò ſub Tropicis vehementes z-
eflus, nulli imbreſ, nulle ſylue, rara flumina, per-
petua planicies atenarum, præterquam in A-
rabia felice & quibusdam Indiæ locis, propter
orientis & montanæ regionis naturam.
denique incolarum atra cutis, non modò Ae-
thiopum, ſed etiam Indorum, vt Ctesias iam-
pridem ac noſtri experti ſunt. vix enim perſua-
deri poſsum, quod quidem vir doctus tradit,
ab execratione Chufis homines atros fieri. ac
iampridem irraſa eſt Herodotti ſententia, qui
Aethiopum ſemen nigrum eſſe putauit. oportet
enim Aethiopes in Scythia nigros, &
Scythes in Aethiopia candidos naſci: cùm o-
mnies populi coloniarum multitudine ac fre-
quentia confluat iampridem fuerint, at vide-
mus homines eque ac stirpes mutato folo pau-
latim degenerare. & eandem eſſe rationem,
cur ignis & ſol, id quod Aristoteles tradit, ho-
mines inficiant atro colore, quinetiam Plinius
ſcribit. Leones in Aethiopia nigros eſſe, qua-
lem




lem se vidisse testatur Oppianus poëta in libris de venatione . quo se ego libros cum Latino versu & commentariis illustrarem , quidam grammaticus eosdem libros oratione soluta , quantum libuit de meo labore detrahens , iterum perulgauit . Ut igitur veterum errorum fugiamus , triplicem regionem ab Aequatore ad Polum , que non aginta partibus conflat , aequali ratione complectentur , sic tamen ut xx . partes calori , totidem frigori tribuamus : restabunt triginta temperatilium regionis in qua cōmodè beatque viu posse , præterquam in iis locis quia vel præcipuis montibus aspera , vel paludibus immersa , vel ariditate deferta , vel aquarum aut soli vito pernicioſa & infinguera sunt . est enim tanta soli vibratia in quibusdam Tropicis regionibus , ut incalceat gravis iniurias minus sentiant . rursus triginta partes caloris ac frigoris regionisque temperatæ bifariam diuidemus . ut quindecim circa Aequatorem temperatores sint : quindecim circa Tropicum ardentes : & in regione temperata , quindecim priores lenitatem cali moderatores : consequentes à quadrageſimum quinto gradu ad sexageſimum , aliquantò frigidiores . rursus è triginta partib . frigidissimæ regionis , quindecim coluntur , viterius nullæ urbes , nulla oppida , nullus denique hominum tuenda salutis locus . hanc partitionem ut ini-

rem

rem ipsa natura vñisque docuit . nam trigesimus ad Aequatorem gradus , quasi limes fecerat Atantem , qui ab extremis Africa oris in Aegyptum vñque procurrat , scq; solis ardoribus opponens , oram Africa citeriorē innumeros fluminibus rigat . idem limes Arabia iuga , totiusque littoris Persici ac Indici extrema diuidit , pars verò ab Aequatore sexagesima , Gothorū fines , Liuoniam , Moschouiam , Orcades insulas , & montis Imae extrema lambit . hinc vñque ad septuagésimum quintum gradum , ægrè , ultra vilo modo habitari potest , si geographis & historicis fidem habemus . ob id etiam triginta quaque partes bifariam diuideo , quod Tropici & Polares circuli quindecim gradus hinc inde septem partitè secant ; si quis eam quam dixi partitionem admittat . Et quoniam sub Tropicis & vtroque Polo summa est intemperies frigoris & caloris , sub Aequatore temperies cadem erit atque eorum qui sub trigesimo gradu possit sint , nam hic & illis Leucoæhiopes esse feruntur : sub Tropicis supra modum atri : sub Arcto ratione contraria fusco sunt colore : post ad gradum vñque sexageſimum , rubicundi euadunt : inde ad quadragésimum quintum , candidi : post ad trigesimum flauescunt : & cum flauabilis atra confusa sit , subuirides sunt , quoque huc ac penitus atri evaserint sub Tropi-

cis.




cis. Itaque quod ait Hippocrates ad Septentrionem homines pallore ac macie deformes esse , absurdum erit , nisi ad extrema loca Septentrio referamus . quod item veteres robustos & proceros esse aiunt , ad ceteriora . Atque hoc mihi dubitanti confirmauit Gafpar Holster Suecus metropoli urbe Stoclmiae , in intima Gothia oriundus , qui liberalis doctrina gloriam , linguarumq; varietatem cum armorum laude coniunxit . est enim toto vultu ac pilo ruber , & planè φωνήσθεντης fine uitio cutis , mediocris statura , latiss humeris , oculis admodum glaucis , hebeti visu : laborat enim perpetuo glaucomate . id ipsum quoque Linguetus Gallus , literis æque ac totius Europæ peragratione nobilis , mihi sape narravit , ultra Gothiæ homines fuscos esse , ac mazic tabescere . in ipsa verò Gothia & Suecia rufescere , neque tamen Germanis magnitudine comparandos . atque illud etiam Galenum valde exercuit , quod Hippocrates & Aristoteles scriperunt , πάλις ἡρώς ἀρχῆς πυρότερος οὐ λατότερος , quasi omnes flavi essent : cum plerique ab extremo Septentrione φωνήσθεντες videbentur . nam quibus pili subefcunt in Britannia & Germania , hos aiunt incole , ut ab illis accepi , à Danis & Norwegis , qui finitimas regiones occuparunt , originem traxisse , ab ilisque diligenter sibi cauerunt . multi quoque

que

que tales sunt in Gallia ; præfertim Vœstria siue Normania ; quæ Danis cessit . Germani verò , ac Britanni ferè omnes pilo flavescent : de quibus Lucani dictum illud intelligi potest ;

Fundit ab extremo flauos Aquiloni Sueuos . nam Suevia vetus & mare Sueicum ad quinquefimum quintum gradum pertinet : vitra quem nihil terrarum esse arbitrabantur . hæc autem corporis forma , tūm ad mores populorum , tūm ad historiarum cognitionem eis iudicium magnum nobis adiumentum est allatum . cætera videamus . Hoc etiam differunt Scythæ ab Australibus , quod hi nigros ; illi glaucos & cpruleos oculos habent ; qui vero in medio politi sunt , caprinos . Amiotus , vir famus eruditiois , in Mario Plutarchi Χαροπονίᾳ , castaneos & rufi coloris oculos vertit . ego truculentiam oculorum dicere . sic enim Tacitus de Germanis ; Truces & cærulei oculi , rutilæ come , magna corpora . & Juvenalis , Cerula quis stupuit Germani lumina , flauam cesariem , & madido torquentem cornua cirrho : at cæruleus color nihil habet cum rufo commune , sed vox ambigua Χαροπονίᾳ , oculorum crudelitatem , & colorem significat , ut scribit Eustathius in illud Homerij , πριῶν τ' ἀγούσεποι πεστές χαροποι τι λίστες , quod ita Latine redderem , Sylvestræsque sues viræque , trucelique Leones . Catullus carios

vertit .



verit. utroque modo recte. nam vt Oppianus
 ἀλάχαστην; ita Seneca mare caruleum di-
 xit. habet Amictus Gazam auctorem, qui
 τοποὺς modo rufum, modo fuluum reddit,
 Scaliger rauum: Helychius ταρπόνες εριγμ
 & flauum significare scribit: vt Aristoteles v-
 no loco caprarium λύρην ταρπόνα dixit que
 flaua sunt: sed huiusce confusione & erroris i-
 nitionis est ab Homero perpera intellecto; qui
 quod Leones ταρπόνες appellat, ad oculos re-
 ferens, vt illud γλαυκωτής ἄθην, putarunt
 plerique de euc intellexisse, quam Aristote-
 les omnibus Leonibus πτυξές esse tradid. him
 à Latinis filii Leones appellant. Leonis au-
 tem oculi non tatum Homeri, sed etiam Op-
 piani testimonio γλαυκώσι. itaque Symon
 Portius fumiū errore lapsus est, qui ταρπόνα
 rauum interpretatur, & cineritatem colorē
 esse putat, ex eo quod Horatius lupam rauam
 appellavit. sed ad oculos pertinet, quos Varro
 in gallo rufico rauos (id est, flauos, vt apud
 Festum raua frumenta) esse voluit. sunt autem
 subfulvi, quales ferè habent accipites & aquila,
 que in sole intuentur. Raui coloris, in-
 quic Festus, appellantur, qui sunt inter flauos
 & cæsiros, quos Plautus appellat Rauistellos.
 nuper quidam in postremis aduerfariis fru-
 menta raua apud Festum interpretatus est ar-
 datum rationem subiecit, quod raua. i. rau
 vox


vox ab arido gutture fiat: in quo nec bonus
 Grammaticus & malus Physicus videri pos-
 fit. est enim flava cere, & raua vox ab humili-
 do gutture. igitur vt Arifoteles oculos Ae-
 thopibus atros, Scythis glauco siita medię re-
 gionis caprinos, id est, flauentes seu raus tri-
 buit, quos Plinius rufos appellat. tametsi me-
 dia regio infinitam habet varietatem ab ex-
 tremis conflatam: extreme nullam. est autem
 in Scytharum vultu maximum argumentum
 quo ab aliis differant, scilicet oculorum glau-
 cus coloris est, vt Plato voluit, caruleus albi-
 cans, quales sunt oculi Noctuarum que pro-
 pterea γλαυκὲς appellatur atque ij hebefūt
 adiacem. tales etiam habent Cimbri teste Plu-
 tarcho, atque id in pleriq; Danis animadver-
 ti. Germani verò ac Britanni non ita glaucos
 & albicanter, sed cōspicua quadam obscuritate
 caruleos habent: qui color etiam aquilas ab
 aqua dicunt. est autem color glaucus in ocu-
 lis magnem caloris indicium, vt scribit Arifote-
 les in questionibus, niger verò qualis est in
 Australibus, caloris significat in opia, qui sunt
 in media regione, caprinos habent sine rauos.
 atque hi omnium acutissime cernunt: & qui-
 dem tradit Plinius capras lippire nunquam.
 praterea mores optimos Aristotelis iudicio
 significat: glaci verò crudeles, cuiusmodi Syl-
 le, Catonis, & Augusti oculos sive Plinius
 &



& Plutarchus tradunt. itaque Plutarchus antiqui verbo *χαροτρόφος* & colorem & crudelitatem Cimbrorum significavit; cum haberet *χαροτρόφη* & *λγαυκότροφη*. sunt igitur tres principi colores oculorum in tribus populis ater, glaucus, rarus: ex quibus infinita varietas miscetur. Vitruvius haec partim confirmat sub Septentrionibus, inquit, nutriuntur gentes immanibus corporibus, candidis coloribus, directo capillo, & ruso, cassis oculis, sanguine multo. qui autem sunt ad axem meridianum, breuioribus corporibus, colore fusco, crispis capillis, nigris oculis, curibus inuadidis, sanguine exiguo, solis impetu perficiuntur. haec ille. Sanguis quoque Scytharum fibris plenus est, vt in apris ac tauris: vnde robur & audacia ingenerari tradunt. Australes tenui sunt fanguine, vt leporis & cerui. quod fit ut timidiores sint ac imbecilliores. Hoc igitur tenemus, eos omnes qui à quadragefimo quinto gradu, ad quintum & septuagessimum versus Septentriones positi sunt, intus magis ac magis calefcere: Australes vero quod plus habent caloris à sole, eò minus à seipisis habere. nam hyeme calor intus cogitur, testate difficit. quod fit ut hyeme vegetiores ac robustiores; testate languidores simus: eadem ratio facit ut hyeme plus appetere & coquere, quam testate fo-
leamus: praesertim flante Aquilone. Aufer
con-

contrarium efficit, vt scilicet minus appetant animantia, vt Aristoteles scribit. atque hinc fit, vt cum Germani in Italiam, aut Galli in Hispaniam proficiuntur, frugalius vesci, aut suffocari videamus: quod Philippus duci Austriae contingit cum in Hispania sui more epularetur. Hispani vero, qui frugalissime in patria vivunt, in Gallia voraciores sunt Gallos. argumento sit etiam illud quod pastores vulgo ferunt, armenta greges que macie tabescunt ab omnibus ferè scriptoribus Germanorum & Scytharum armata: nos quod habeat pacu meliora quam Australes, vt Plinius putat, sed celo tribuendum illud est. Facit igitur vis interni caloris, vt qui ad Septentrionem vergunt, vegetiores, ac robustiores sint Australibus. quod etiam in aduersa parte ultra Capricorni circulum a quo contingit, vt homines quo ab Aequatore longius dicendum, maiores sian, vt in terra Patagonum, qui gigantes appellantur, eadem latitudine qua Germani. Haec igitur causa est cur Scytha graves semper incurioses fecerunt meridiem versus; quodque incredibile videatur, verum tamen sit;

i imperia



imperia maxima versis Austrum propagata
semper fugerunt: vix ab Austro versis Septen-
triones. Nam Afsyrijs Caldæos, Medi Afsyrios
Graci Perfas, Parti Græcos, Romani Pe-
nos, Gothi Romanos, Turcæ Arabas, Tartari
Turcas fregerunt. at Romani viträ Danubium
progrederi noluerunt. Traianus quidem ponte
lapideo mira magnitudinis supra Danubium
extructo (nam xx. pilas, quarum fragmenta c-
tiamnum restant, habuisse dicitur) Dacos for-
tier dominuit: sed cum Adrianus intelligeres
gentes illas nec facile vincere, nec vietas acquie-
scere, pontem dirui mandauit. sed domiticiis
vtinam exemplis. Galli saepè ab Anglis maxi-
mas in ipsa Gallia clades accepterunt, ac péné
imperium amiserunt, nunquam in Angliam,
nisi ab incolis accisi, penetrare potuerunt. An-
gli verò saepè à Scottis vieti sunt. & cùm annos
amplius mille ducentos de imperio acerimine
inter se dimicarint, eos tamen de infuse parti-
cula depellere non potuerunt: tame si opibus
ac legionibus tanto superiores sunt, quanto
Gallis inferiores. neque est quòd Angli se à
Gallis impeditos querantur, cùm exculo Ro-
manorum imperio, Britanni Aufrales, ne in
Scotorum ferutum venirent, sint coacti
Anglosaxones ad præsidium euocare, qui Sco-
torum impetus cohibuerunt, domi lacerescere
noluerunt. Omitto grauissimas Scytharum,

Partho-


Parthorum, Turcarum, Tartarorum, Mo-
chouitarum, Gothorun, Hunnorum, Sueffiorum
in Europam & Asiam incurssiones, in qui-
bus enumeratis infinitus sim. Atque illud est,
ni fallor, quòd Ezechiel, Hieremias, Iesaya, ac
reliqui Prophetæ toties comminuantur; ab A-
quiloniæ bella, legiones, equitatus, & rerum
publicarum venturas eueriones. Quæ omnia
verius pertinent ad eam quam dixi regionem;
que a quinto & quadragesimo, ad quintum
vñque & septuagesimum gradum porrigitur,
vbi sita est Bavaria. nam qui vltioriter inco-
lunt, qui tamen aut nulli, aut admodum rari
sunt, frigore æque aduruntur, vt scribit Hippo-
crates, arque ij qui ad Tropicum accedunt:
non, vt putauit Aristoteles libro quarto Me-
teorum, propter vim coloris interni εὔρης
ἀπεγνώστως (id enim plantis æque acci-
dit, vt frigoris perinde atque ignibus va-
riantur) sed frigore ad intima penetrante &
humorem pérurent; vnde Pompeio pruina
dicitur. que tamen Hippocrates périnere
putauit ad eos qui sub Vrba versantur: pro-
pter ignotas illis temporibus regiones. Ca-
sas verò non ignorauit regionem, sed falsam
causam attulit, cùm scriberet Germanos ita-
turam, ac robur augere, quod animi libertate
fruerentur, nec honestis disciplinis à pueri
imbuerentur: cùm tamén id calori & humo-

i 2 ii



ri tribuendum sit . idem calor efficit ut ad eum
restinguendum potu sepius utatur . sitim ap-
pellant humili & frigidi appetitum . neque e-
nim illa perpetuanda forma qua Germani prae-
fertim Saxones , & accolæ Baltici maris utur
vallis vnguare temporibus aut legilis pos-
tut emendar . Diem , inquit Tacitus , conti-
nuare potando nulli probrum crebre ut inter
vinolentos rixæ . Athenæus vero , ἀρχαποτο-
ποιος ex veteri prouerbio Scythis obijcens ,
ait , Lacones ἔται βούλονται ἀρχαπετόροι
πίνειν αἰσωμάτων λέγουσι & Heracleotes in
libro de ebrietate καλῶς πίνειν , inquit ,
ἀγανακτοῦσι πίνειν . nam pro νόσῳ χρωστι
id est infunde aquam . Lacones dicebat νέστοτε
θιστος , hoc est , plumbum vini fundito . hu-
more quoque abundant , vnde famæ , quæ in ap-
petitu calidi & fisci versatur ; minus tamen ci-
bo quām potu delectantur ; quia plus habent
caloris . quæ ratio est cur Hippocrates fieri
non posse putet , ut idem cibo ac potu copiosè
utatur . quod in Germanis cùm animaduertit
se Tacitus causam non intellexit . Inediā &
frigus , inquit , celi ac sol cōsuetudine ferunt :
quia cælum frigidum ac solum sterile . immo ve-
ro calor interius ambienti frigori validius re-
sistit ; humor vegetans famem propellit . hu-
more abundare argumento est incremetum ,
quod belluæ marinæ , propter humiditatē co-
piam ,

piam , reliquis animatibus prestant : tum etiam
rauca vox & grauis , quæ in Hispanis , Pcenis ,
& Aethiopib⁹ super modum tenuis est & clara ;
quod in his frigiditatem & siccitatem ar-
guit ; in illis humorem & calorem . nam hu-
mor nimius in plumbo & ligno vireti sonum
grauem efficit , calor etiam interiores meatus
aperit , frigus cogit . hinc foeminae natura fri-
gidiores , clarissimæ quæm viri loquuntur . media
temperie vox fuus efficit & canora , qua-
lis est in Asiacis , Italis , & Gallis . humor quo-
que multus facit ut Septentrionales cùm ad
Austrum iter faciunt , aut in regionibus calidis
bella gerunt sudore difluant . habent , inquit
Tacitus , mira Germani naturæ diuerfitatem ,
cùm ament inertiam , & oderint quietem . aut
enim bello gerunt , aut cùm à bellis abstinēt , de-
dit sibi summo cibōq ; nam calor intimus ad
agendum impellit , ut videre est in pueris quos
non finit quiete calor . humor verò molitie
affert , & in sudore abit . atque hec Plutarchus
in Mario confirmavit vbi fluxa corpora Cim-
brorum caloribus & sudoribus solui confue-
uisse scribit . Quamobrem Hispani & Itali , si
Gallorum & Germanorum primos impetus
futileant , eos facile frangunt : vt Polybius pri-
mum animaduertit : deinde Marius & Caesar
clarissimis victoriis comprobarunt . atque hic
de Gallis : Initio pugnae plus quam viri , posita è



feminis molliores . idem Tacitus de Germanis; Magna, inquit, Germanorum corpora, & tantum ad impetum validalaboris atque operum non eadem patiētia, minimēque litim & astum tolerant . frigus tamen facile ferunt, & vt Pomponius Mela scribit, ad pubertatem vñque nudi vagantur . Galenus verò miratur in frigidam à partibus mergi simul ac natu sunt. Sed hoc explicat Julian. Augul. in epistola ad Antiochum misopogona, spuriis scilicet Germanorum Rhenō impositos mergi, legitimos naturae scribit . sed illud *υπερβολικῶς* & solus scribit. Afri frisco, frigido, ac præduro corpore, laborem & astum patienter ferunt; vt Aphrodīeus in qua stionibus scribit: frigus tamen ferre non possunt, cum nihil habeant caloris interni, cōtrā quā Scythia, qui calorem extēnum agrē patiuntur, cum virgeantur ab interiore. vt equi siapte natura calidi humidi, agrē in Aethiopia; optimē in Scythia viunt: Afri verò frigidi ac fœci, alacres sunt in Africa; languidi in Europa, nulli in Scythia. Qui medianam regionem tenent, impatientes sunt frigoris & caloris, quia medium cum vtroque pugnat extremo; vtrique tamen agē ferunt. medianam appello regionem non quæ inter Polum & Aquatorem, sed quæ Tropicum inter & Polum medium tenet: quia calor vehementer non sub Aquatore est, vt planum fecimus,

mus,

mus, sed sub Tropico . non erit igitur regio temperatissima, quæ à trigesimo gradu ad quinquegesimum fertur: eoque temperatior, quod magis ad ortum spectat. In eo tractu sita est Hispania vterior, Gallia, Italia, Germania superior vñque ad Mænum, vtraque Pannonia, Illyricum, Mylia vtraque, Dacia, Moldavia, Macedonia, Thracia, Asiaque minoris bona pars, Armenia, Parthia, Sogdiana, & magna pars Asiae maioris. sed quod proprius ad ortum spectant regiones, eō sunt temperatioes, tam etiā ad Auftrum magis inclinare videntur, vt Lydia, Cilicia, Asia, Media: sed de ortu suo loco, erunt igitur Australes citeriores Hispani, Siculi, Peloponēsi, Cretenses, Syri, Arabes, Persæ, Susiani, Gedrosi, Indi, Aegypti, Cyrenæ, Peñi, Numidæ, Lybici, Mauri, & qui Floridan incolunt Americi sed ita, vt qui in eadem latitudine, ad occasum pertinent, temperie sine frigidore . Septentrionales verò qui à quinquegesimo gradu ad sexagesimum positi sunt, temperatioes tamen quām qui deinceps ad septuagesimum sedes habent, nam in priore tractu sita est Britannia, Hybernia, Dania, Gothi pars, Germania inferior à Mæno & Hispani fluminibus, vñque in extreman Scythiam & Tartariam, que Europa & Asia maioris

i

4

bonam



bonam partē occupat. Restant iij qui sub quindecim Tropicī partibus hinc inde feudes habent; sed quoniam ardētissimo colore vuntur, separatiū dīis agendum erit. reliqui sub trīginta partibus cis & vltra Aequatorem, pārem ferē temperiem fortūntur, atque iij qui sub trīgefimo gradu positi sunt, vt ex ipsā ratione calorīs, & historiarum cognitione plānum faciemus. Sed de iis populis qui à trīgefimo gradu ad fēxagesimum continentur, pācipia disputatio est, quōd corūm historias, de quibū iudicandū nobis est, habemus, nūllas ferē aliorū: de omnībus tamen quid fētiendū sit, haec velut demonstratione consequemur. Sunt igitur Australes, quōd ad formā corporis attinet, frigidi, fisci, duri, glabri, debiles, colore fuscō, patuo corpore, crīpo capillo, nigris oculis, voce clara. Septentrionales, calidi, humidi, pilosi, robusti, colore candido, magno corpore, carne molli, fluxo capillo, cæsiis oculis, voce graui. qui inter vītroisque verfantur, omnia moderate confeccuti sunt. Sed illud dubitationēm habet, quōd Australes omnium confiōnē debiles, duri sunt tamen: Septentrionales robusti quidem, sed molles. at Hippocrates & reliqui ferē scriptores, Scythas & montanos homines, qui ad Scytharū naturam accēderū, diros, agrestes, & ad laborem perferendū natos esse scribunt.

in

in his igitur historicorum & philosophorum à se diffidentium opinionibus, recte de histōria iudicabimus, tūm etiam Liuium, Tacitum, Polybiū, Plutarclum, Cæfarem, qui Gallos & Germanos laboris impatiētes effe tradūnt, cū Hippocrate & Alexandro conciliabimus hunc in modum, si demus Septentrionales in regione frigida, laborem patiēter ferre: in calida vērō sudore disfluere ac languere. cui congruit illud Agathire de Germanis, & Cratii de Scandis, quōd libenter hyeme raroestate bella gerūt. Australes vērō calorem facile perseverant sūr nature congruentem, tamēti vegetiores euadū in regione frigida, languidi in calida. itaque Hispana scēmina Germanos, vē audio, sua lingua pīces molles appellare consueverunt. quintam Celtas ac Belgas, cūm in Italiam aut Prouinciam veniūnt, mirūn in modū à culicibus & cimicibus cruciantur, propter cutis molliciem; indigena propter duritiam minūs appetuntur. Atque hanc de forma corporis, ex qua mores animi, & recta historiarū judicia colliguntur. Cūm enim corpus & intellectus contrario modo afficiantur, quōd maior vis est huius, quōd minor est illius: & quōd quisque plus intellectus est minūs corpore visget, si modo sensus integrī fuerint. igitur plānum est Australes intellectu, Scythas corpore p̄fēstare. id enim Aristoteles libro septimo de


Re-



Republica innuit; homines robustos & animosos, minus ingenio valere, nec Rempubli-
cam recte moderari. Afri verò plus fatis ha-
bent consilij, virium non item: que tamen ne-
cessaria sunt, tum ad hostes repellendos, tum
etiam ad cives tuendos. Tertium genus est ho-
minum qui pulcherrimas parendi & imperan-
di artes habent, qui viribus Australium callidi-
tatem frangere, & consilio Scytharum impe-
tus coercere possunt. ex eo genere Vitruvius
nullitem legendum putat, qui non minus pru-
dens quam viribus praestet. quām recte, alio-
rum effo iudicium. hic tamen in historia iudi-
candum relinquitur, cur Gothi, Hunni, Heruli,
Vandali, Europam, Asiam, & Africam armis
inuaserunt: sed iopes à consilio retinere non
potuerunt: qui verò prudenter hominum
confilia fibi alicuerunt, gentes ad ciuilem so-
cietatem idoneas nesci, florentissima imperia
diutissimè tenuerunt. neque enim frustra Pal-
ladem armamat, aut Achillem ab ea compre-
hensum Poëtae singunt. Et quoniam Scytha-
ferè semper à litteris: Australes ab armis ab-
horruerunt, nullum magnum imperium stabi-
lire potuerint. vt rurisque Romani summa qua-
dam felicitate sunt cōficiuti, & gymnaſticē cum
musica, vt Plato voluit, prudenter con-
iunquerunt. à Gracis quidem leges ac litteras,
id est, urbanae disciplinam, veluti palladium

accē-

accepterunt: à Pēnis & Siculis naualem scien-
tiā: militarem verò perpetuis bellis fibi com-
pararunt. & cūm antē casim dūtaxat Scy-
tharum more ferirent, post etiam punc̄tim ab
Hispanis, vt eit apud Polybiūm, ferire didice-
runt. itaque mirum videri non debet, si popu-
los omnes retum à se gestarū gloria supera-
rint. cūm pulcherrimas naturā dores ad dis-
ciplinam adiunxissent. Sed illud diuina quadam
bonitate dicauit prudētia factū est: vt Af-
ri plus ingenio, Scytha corporibus valerent:
ne si barbati hominib[us] quasi tauri vulpi-
nam calliditatem: aut Pēnis, quasi vulpibus
magnum vim ac robur dedisset: eius donis ad
permicem vtrique abuterentur. nihil est enim
crudelius, inquit Aristotleles, iniustitia armata.
quibus autem vires moderatas dedit, humani-
tate voluit ac iustitia reliquis p̄f̄stare. id quod
regioni temperate tribuit Aristotleles in quæ-
ſionibus; Quamobrem, inquit, barbari sunt
qui nimio frigore vel æstu laborant? an quia
téperies optima mores optimos facit? Quid
igitur historici omnes innocentiam ac iusti-
tiam Scytharum rātopre laudant, Australium
mores excrancunt? hic iudicium in historiā re-
quirit, ne philosophos & historicos discre-
pantes habeamus. neque res dubitatione ca-
ret. sunt enim homines obesi minimè mali,
vt recte Cæsar de Antonio ac Dolobella iudi-
cabit:




cabat: Brutum verò & Cassium macilètos homines meruendos esse. at Septentrionales obesi sunt. Australes macilenti: verum est igitur quòd ait Tacitus de Germanis: Gens, inquit, non astuta nec callida: aperit enim secreta pectoris licetia ioci, & nuda omnium mens poitera die retractatur, salua vtriusque temporis ratione. quinetiam hec vna ratio est, cur reges ac tyranni olim hisque temporibus ad præsidium corporis Thraæs, Scythias, Germanos, Circassios, Helvetios, magna mercede semper queuerunt: non quòd viribus suorum, vt inepit plerique arbitrantur, diffidant: sed quòd intelligunt in illa valitate corporum, minimum caliditatis ac malitiæ latrare, eosque potius militis quam imperatoris munere delectari. quòd igitur modo crudeles ac barbari appellantur? ratio est in promptu, nam quòd quisque plus abeat ab humanitate, id est, ab hominum natura, eo propius ad ferarum similitudinem accedit, que cum ratione careant, iracundiam & appetitus cohibere nequeunt. ita sit v. Septentrionales ad crudelitatem impetu ferantur. hinc Thucydides Thracas, vbi nihil extimescant, *ρονιστατο γενος* appellat. Tacitus verò de Germanis; Occidene solent, inquit, nō disciplina & severitate, sed impetu ac ira vt inimicum. nam Hungari cæso Grito penulas militares & hastas in ei⁹ cru-

re

re gentili more tinxerunt. Britanni ex regibus X L. civili confipitatione duodecimi interfecerunt: principes verò innumera biles: centum quidem annis XX X. postea quām ab externis bellis paululum conqueuissent. Tranfyuanii (si vera sunt Polonorum & Iouij chronica) vt Georgium seditionis ducem acerbus trāarent (is enim nobilissimos quoque Hungaros palis transfixerat) triduo maceratos inedia milites eò crudelitatis adegerunt, vt dentibus spiratis ducis artus dilacerarent, atque deglutiens: deinde exenteratum in frustra fecan tes veribus coquim captiuis appofuerunt. omittio Draculae Tranfyuanie principis famam omni opinione maiorem. Omitto Gothorum & Hunorum crudelitates anteā inauditas, non modò in homines, sed etiam in bellis, vrbes, arces, lapides, & sepulchra Romanorum, quæ funditus euertentur: Neque magis iracundian, quām alios appetitus coercere possunt. Tacitus de Germanis: Aleam, inquit, sobrij inter seria exercent, tanta lucrandi perpendue temeritate, vt cum omnia defecerunt, extremo iactu de libertate contendant. hinc etiam illa que in Germanos & Francos iactatur à Procopio cupiditas habendis, quæ tanta est, vt vitam auro, bellum pecunia commutent. Australes non tam atari, quām parci ac tenaces: Scythæ prodigi ac rapaces. & quo-

niam



niam ab ingeniis se deferit sentiunt, supra modum suspicioi eiudatur. atq; id nostri homines ante ius intellexerunt. Holst hoc amplius mihi retulit in hospitis publicis speculatoris & *ωταχεζ* in Gothia latere. oritur enim suspicio ab inopia consilij, itaque non nisi ieiuniū cum Australibus contrahunt: cūque se deceptos sentiunt, calculum reducent, aut plerunque decipiendo praeoccupant, aut denique vim afferunt. quād sit ut quē peridi atque Australis omnium opinione habeantur. id quod veteres historici, quād nulla cum Scythis haberent commercia, penitus ignorarunt. postea verò relictis sedibus seiplos patefecerunt. sic igitur Procopius de Francis, cūm è Germania in Galliam venissent (hos enim Germani à seipisis originem traxisse gloriabant) Ea gens, inquit, ad fidem prodendam omnium aptissima. & Vopiscus; Francis, inquit, familiare est fidei ridende frangere. him Alciatus caudam scorpionis in Germanos iactari scribit. aque hoc prouerbit in Gallia vulgatum retinemus. quod cum bona illorum veria dictum sit, ne cuiusquam gentis nomen oratio nostra laetura videatur. neque enim de re ipsa, sed de infida cuique natura scribo. quamquam in eo genere Germani à Danis & Norwegiis, quibus maximè dissident, longè superantur. nūquād profectio perfidia aut crudelitas

populi

populi erga principes, aut principum inter se maior exarbit, quam inter Christiernū & Gōtūnum, Danos & Suecos. ab iis etiam Normanni, quos vulgus fidem nimis colere suspicatur, originem traxerunt. Quād si ab inopia rationis & consilij Septentrionales appetitum cohibere nequeunt, ac proprieatē intemperantes, infideli, perfidi, crueles habentur. quānam ratio est cur Australes multò crudeliores sint, magis etiam perfidi. quād illi? hic rufus iudicium in historia requiro. constat enim Australes maximas habere à natura dotes ingeniosissimi, quād à nobis fieri viderant, ea solertia efficiebant, ut nostri illorū opera imitari viderentur. idem paulò post; Apenninum est genus Aegyptiorum ad proditionē. quis autem nec sit quibus artibus, & quandiu Romanorum potentiam eluerunt Pœni? nihilominus crudelitatem in hostes incredibilē semper exercerūt. ut videre est tum in bello Punico, tum etiam in eo quod Spendi & Carthaginenses, utrique Pœni, mutuò gesserunt; omnium, ut ait Polybius, quād nos audiuimus crudelitatem, ac omni scelerum genere maximum.

fed




sed ludicra videri possint, quæ à Polybio de crudelitate Pænorum narrantur, si quis cum historia Leonis Afræ compararie vel etiam cum Muleaffis & filiorū inaudita crudelitate, quam non ita pridem tum in ciues, tum in scipios exercuerunt. Nam Muleaffes de regno, unde patrem deiecerat, expulsus, ab immanni fratris iniuria exultorum oculorum orbitate miserabilis, splex ad Carolum Imperatorem venit. A Peñis igitur profecta sunt excusulationes, mæbrorum auiliones, excoriationes, secciones, lenta vftiones, & palorum træctiones, totius verò corporis in rota cōficitu à Germanis, vt videre est apud Munsterum in Coloniae descriptio: à quibus supliciis Itali, Galli, Hispani, Graci, Afatici semper abhorserunt, aut ab aliis iniuti accepserunt. Nam Romani fontes ante legem Portiam (quæ etiamnum verbera à ciuium corpore amouit) ad sumnum fecuri, vel gulæ confractione, post etiam inedia necabant: tādem est exilium permisum, apud Gracos cicutæ vñs erat: quam etiam aqua temperabant Chii, vt ait Theophrastus, quod mortem sine dolore accidentia in ipsa morte plus fatis acerbitatis inesse iudicarent: nisi quis nouo quodam & immanni scelere obligaretur. ac ne quis à prava disciplina tantam crudelitatem manare credat, vt Polybius; Americorum Australium naturam spe-

ctet,

eter, qui in casorum hostium sanguine pueros mergunt, deinde sanguinem fugunt, & membris concisis epulantur. Est igitur Australium & Scytharum crudelitas longe diffinilis, quod hi solo impetu ad iram, & generosâ quadam animi audacia feritum ad vindictam; tum etiam irritati facilimè placantur: illi nec facile irritantur, & irati difficillime leniuntur: tum hostes iniaduunt vulpina calliditate, non vi aperi-
tivi cōtisque immani supliciorum acerbitate cruciant: quæ immanitas partim ab ea tyranne-
de proficitur quam prava educatio & im-
moderata appetitus in homines stabilunt: sed multo magis ab inæquali humorum confusio-
ne: hac autem ab elementis inæqualiter affec-
tis elementa vi cælestium corporum agitant-
tur: in elementis verò corporis humanum con-
tineatur, sanguis in corpore, spiritus in sanguine, anima in spiritu, mens in anima: quæ tam-
en eti ab omni conceratione libera, cōtagio-
ne tamen ex illa coherentia plerimè affici-
tur. Ita fit ut qui sint in extremis regionibus,
ad vitia procliviores sint, & quemadmodum
atra bills non alter à sanguine, quam fex à vi-
no diueilitur ita perturbationes animi, que ab
atra bile proficiuntur, tenacissimè hærent.
Australis verò atra bile abudant, quæ ex ha-
bitus ardore casu humoribus, quasi fex in ino-
subsidet, & perturbationibus magis ac magis

k augetur,



augetur, vt qui sunt hunc in modum à mente
constituti, planè implacabiles sint. talem fuisse
Aiacem ferū, & Martium Coriolanum: quo-
rum alter non prius lenius potuit, quām patrī
fines ac socias ciuitates ferro flammāque de-
leuisset: alter cùm hostes vlcisci non posset, in
furorem conuersus greges & armenta cæde-
bat. Hinc igitur facile est de historia iudicare
percepta causa furoris. confat autem Australes
furore facilius capi quām Septentrionales;
vt facilis homines inianunt quām beluz. scri-
bit enim Leo Afer infinitam illē in Africa fu-
riosorum hominum multitudinem, & vbique
publicas ædes furiosi constitutis, quibus etiam
abundat Hispania pars illa quā Australior est,
in inferiori Germania, nulli ferè ab atra bile fu-
riosis, sed à fanguine; quod genus furoris vul-
gus morbum sancti Viti appellat: qui ad laetiu-
m & inconditam faltationē impellit, quām
musici lyra imitantur, deinde numeris ac mo-
dis grauioribus vtuntur, idque sensim faciunt,
quousque modi ac numeri grauitate planè cō-
quiescant. qui verò medias habent regiones, à
bile flava, cum adui cœperit, aguntur in phren-
esim, quæ ad cædes & vulnera prorumpit, qui
sunt Vtia vivunt, cùm abundant pituita, necesse
est furore sensum, id est lethargia laborare,
quid genus dementiae stuporem ac obliuio-
nem assert. infania verò vbique graffatur. infâ-
niā

niam appello, cùm ratio appetitum vincere
non potest, quòd maxime Septentrionalibus
contingit. nam furor in sapientem cadere po-
test, vt ait Cicero, infania non potest: quod
noltri admodum inepti interpretantur, cùm
imperitos ac simplices homines incurabiles
esse aiunt. Quæ omnia in vniuersum dicta
sunt. vbi quis enim furiosi, melancholici, phren-
eticici, lethargici, vbiique sapientes, fortes ac
temperantes homines; sed alibi longe plures,
alibi pauciores. quæ igitur à medicis de abra-
dente melancholia, & ab Aristotele de me-
lancholicis dicta sunt, Australibus ferè con-
ueniunt, ad cæque iudicium historiarum de-
bet accommodari, quæ à nobis prætermittuntur:
ea tantum quæ sunt omisſa, vel non satis
intellect̄ planiū explicemus: cuiusmodi est
illud; Australibus omnibus voluptatibus ac ve-
neri maximè deditos; Scythas verò negat Hip-
ocrates ad venerem aptos esse, ob nimiam, vt
ipse scribit, ventris frigiditatem ac humidita-
tem: tunc etiam ob equitationem, ac propter
ea insecundos esse: & cùm frustra venerē ten-
tauerint, odi venera seipso castrare. castrationē
vocat alibi venæ cephalicae, quæ sub au-
ribus latet, sectionē, qui his quoque temporis
bus uti quofdam accepimus. Hec tamen om-
nibus ferè historicis repugnant. adhibeamus
igitur rectum illud, quod querimus, iudicium

k 2 hist.



historiarum; & philosophorum ac historico-
rum discrepātiā tollamus.nam Gothorum,
Scytharum & Germanorū tanta fecunditas
est, vt non modō Septentrionis vastas solitu-
dines ac syllas maximis viribus decorari,
sed etiā in vniuersam Europam colonias mi-
serint: non tātū Germani vltra Danubium,
verumetiam Scandi in extremis Scythia fini-
bus positi. illinc Methodius & Paulus Diaconus,
exercitus quasi apum exāmina erumpere
confueſſe tradunt. Iornandes verò & Olaus
appellant hominum officinam: quidō inde Go-
thi, Gepida, Hanni, Cimbi, Longobardi, Al-
ani, Burgundi, Normāni, Piēti, Heruli, Suevi,
Selau, Suiceri, Rugi originem traxerunt. cūm
autem Scythæ calidi sint & humidi, vnde fe-
cunditas ingeneratur, dubium non est quin o-
mnium populorum fecundissimi sint. ac ne-
ficio quoniam modo Hippocrates Scythas ven-
tre frigidos esse putat. id enim falso esse na-
tura ipsa demonstrat. nam quaꝝ ratio est vt hy-
eme maior sit in visceribus, quam æstate calor
(id enim feruens ore fumanti halitus signifi-
cat) eadem est iis qui Septentriones uiculant,
ac propter eā sunt hyeme viri ad gigantēum
aptiores, non falaciōres, vt putauit Aristoteles.
nam falaciōres sunt æstate viri (propter a-
crimoniam flauæ bilis, que æstate copioſior
est) minus tamen idonei: ita quoque Aufra-

les

les falaciōres: Septentrionales verò magis ido-
nei. quidō summa Dei prudentia factum est,
quidō iis qui satis habent ad gigantēum facul-
tatis, voluptas non magnopere effet necessaria:
iis vero qui minus habent humoris & ca-
loris, maiores stimulos voluptatis optima pa-
rens natura dedit: alioquin nec suum genus pro-
pagare, nec societatem colere vellent. eadem
natura fecit, vt hyeme viri, æstate sceminae ad
venerem procluiores sint, vt aīt medicis, non
ad voluptatem propter se expetendam, quo
nihil sedūs est: neque solum ad procreatio-
nem, quod reliquis animantibus commune
esse videamus, sed etiam vt effet fruenda socie-
tatis, ad quam nati sumus, perpetua desiderium.
poterat enim voluptas societate ad bre-
ve tempus conciliare, vt ceteras animantes,
non tamen diutius retinere, aut mutuum a-
morem tueri. Sed Hippocrates rationem cur
Scythæ ad venerem minus idonei sint, quia
bracci & equitatione perpetua vtuntur, pro-
bare non possum: cūm Aristotelis testimonia,
& quidem certissima ratione, quam affert in
questionibus, falaciōres sint qui equitate con-
fuerunt. Ex his intelligitur quid de Cesare,
Volaterrano, ac Tacito indicandum sit, qui
Germanorum continentiam tantopere laudant.
Tacitus: Sera inuenimus venus, inquit, eō
que inexhausta pubertas, nec virgines ferti-
lantur.

k 3

namur.



nantur. quod tamen continentia tribui nullo modo potest, cum ante docuerimus Septentrionales suapte natura intertemperatissimos esse in potu, cibo, ira, ale, rapinis. nam qui temperans, idem quoque continens est, non contraria nullus est autem continetis locus, vbi nulla sunt que appetantur libidines ac voluptates: ut nemo fortis dici possit, nullo proposito periculo vell labore. At Australes, qui plus habent rationis & consilii, à ratione impetrarunt, ut liberius peccare suavitatis causa licet. cùm enim difficillimè se cōtinere possint, tum verò in libidinem proieci excedrandis voluptibus abutuntur. ab illis enim promiscui beluarum & hominum concubitus, vnde tot monstrant nobis parunt Africae regiones. hinc Australium, hinc P̄enorum apud leonem incredibilis zelotypia, à qua Germani lōgissime absunt. de quibus sic Cæsar: Ante xxv. annum fremenam nocturam habuisse, in turpissimis habebit rebus, cuius rei nulla est occultatio. Altius merus quoque, Pogius & Munsterus in defensione Badœ tradunt Germanos promiscue & peregrinos quoque cum vxoribus sine suspicione perlui. nomen zelotypia, inquit Musterus, apud istos locum non habet. addit Irenicus homo Germanus. Illa consuetudo, inquit, nostro tempore in balneis vbiique obseruatur. Cæsar quoque scribit Britannos duode-

*Germanni
Viximus
Cœsare
318.*

nos

nos vxores habere communes, & fratres cum sororibus, parētes cum liberis. Itali hunc modum ferre nunquam potuerunt, multò minùs Hispani: qui amore ac zelotypia saxe infāniunt. P̄eni verò & Americi mortem præstabilitorem ducunt. quare nihil mirum si Periarum, P̄enorum & Hebreorum reges semper infiniti habuerint multitudinem vxorum: Diodorus lib. II. Herodotus lib. III. Iosippus lib. IIII. cap. XVI. Scythæ verò vel cōmunes vel singulares quibuscum tamēn ita viuunt, ut etiamnum in ipsis regibus, ex quibus populi mores intelligimus, incredibilia continentia exempla ferantur. scribit enim Tacitus, Germanos ex omnibus barbaris penè sōlos singulas vxores habere: & Volaterranus, Calimiri Polonia; Vuenceslaus Bohemus reges, cœlibes & castos semper vixisse. Héricum verò i. Imp. non modo ab alienis vxoribus, sed à sua quoq; perpetuò ab filiis illis est igitur causa generationis à calore & humore: libidinis, ab utraque bile. a flava quidē propter acrimoniā, ab atra verò propter spumā & flatum, qui plurimum est in eis genere bilis: atq; id voluit, opinor, Arisoteles in ea questione qua disputatur cur melacholici falaciores sint. argumento est quidē qui acribus & flatulentis cibis vntur, falaciores euadunt; cōque magis si bilis ex adiustione acris vel falsa euaserit. hinc for-

k 4

tafis



tassis Poëta Venerem singūlārē spuma nō tam: atque ob eam cauſam ſac̄um opinor, vt ex omni genere bestiātum, nullum p̄ter leporem maſcula uenere tratur: quinetiam, teſte Varrone ac Aeliano, concipit ac partis: cœmina verò ſola ex omnibus animalibus ſuperfetar, conſtar autem nullum atra bile magis abudare, quare non mirum ſi Australes qui a bile pleni iuntur, ad venerem procluſi feruntur; quim propterē Ptolemaeus potiſſimum in Africa coli, & Scorpionis ſidus, quod ad pudenda pertinet, Africæ praefere tradit. Habent etiam Australes ex atra bile quidē lepra laborant, qui propterē morbus Punicus à veteribus appellatur: non propter ruborem, cum Australis lepra iudicio Moſis & Pliniū nihil habeat ruboris, ſed quoniam illinc originem habet, illinc etiam morbus Arabum, qui d̄l̄pos, à quibusdam, ab aliis λέπη & vitiligo appellatur, nam ante Pompeium magnum nullos Italia, teſte Plinio, videat leproſos, quem morbum Aegypti peculiarem eſe tradit. argumen‐to ſit, quidē Moſes omnium antiquissimus ſcriptor, leges leproſis infinitas, Graci ac Romani nullas tulerunt. & quidem in eo conſentiant Leo Afer & Alarelius: nam alter aedes infinitas in utraque Mauritania leproſos conſtituit, aler leproſos Abiſſinorum cum po‐pulo veriari ſcribit, vt vulgaris morbus eſſe vi‐deatur.


deatur. Americam verò nostri homines testatum reliquerunt leproſis, aut, vt ipſi aiunt, Neapolitanō morbo laborantibus abundare: quem morbum Scaliger Indicum, Iudi Pua vocant: quidē ab illis infulis inuectus eſt in universam Europam & Africam: ac paulatim in Syriam & Scythiam uoque perauit, quidē au‐tem ab atra bile ingeneratur, ex eo planum eſt, quidē qui plus habent melancholici humo‐ri, eō diffiſilius curantur. facit etiam atra bi‐lis vt Australes tristes ſint, ac demifilo vultus, incſuſ tardi & cogitabundi: Septentrionales leti & alacres, propter ſanguinis copiam. Ex his perſpicuum ſit, cur omnes omnium hiftoriātū ſcriptores tradunt, Australes ad maxi‐ma corporis & animi vita proclives eſſe. ra‐tio eſt in promptu, ſed nec cum male fuerint ab atra bile conſtituti: ſi bene temperata fuerit ex melancholia qua dicitur abradens (funt autem multa genera) egregias corporis & animi vires adipiſcuntur. primū liberī ſunt ab infinitis morborum generibus, qua à reple‐tione, diuina, & ſanguine putri deriuantur. ſunt enim in Africa rarifimae ac leuiffimæ febres, propter humoris interni & caloris ino‐piam. quartana verò, qua melacholiz propria eſt, ſemel curata, vt ait Hippocrates, nunquam recurrit. In Septentrionibus putres à ſanguine febres, tumores, cedemata, morbi comita‐les,



les, conuulsiones, cæcitates, quod longius à me-
dio receditur. quorum vna ratio est, crassi hu-
moris & excrementorum copia, qua exigua
sunt in Australibus. In media regione graflan-
tur pestes, propter aëris frequentes mutatio-
nes, cum in extremis perpetua sit hyems aut
estas; in medio, veris etiam & autumni image
mutationes. hinc etiā morbi articulares, ter-
tianæ, herpes, & gâgreña, quam ineptè dicam
an impie, nostri acceptam ferūt D. Antonio,
qui à plerisque in Italia & Gallia Narbonensi
ardentiore voto, certè maiore metu colitur
quām Deus immortalis. Ac falluntur qui put-
tant medie regiones homines, quid ab extre-
mis longius absunt, salutem aut vitam habere
diuturniorem. Australium natura congruit
cum calore: Scytharum cum frigore: qui in
medio sunt, tametsi ceteris temperationes vi-
denuit, nihilominus à calore & frigore oppug-
nuntur; & frequentes habent aëris mutatio-
nes, quæ morbos parium & senectam prematuram.
hinc historicorum discrepantes opinio-
nes de vita breuitate. putauit Aristoteles
diutius ad Austrum vivi: Plinius ad Septentrionem:
Galenus in media regione, quam ipse in
Asia minore collocauit, ubi homines optimo
esse tēperamento putat. Gallos verò, Scythas,
Ægyptios, Arabes, ne per somnum quidem
euimodi temperamētum attigisse. idēm tra-

dit

dit Hippocrates, omnia pulchriora, maiora ac
meliora in Asia nasci, quæ partim vera, partim
etiam falsa mihi videntur. nam maiores sunt qui
ad Septentrionem, vt anteā docuimus, & qui-
dem præstantiora forma: idque Iosippus, Ce-
sar & Tacitus, de Germanorum mira magni-
tudine testatur; & veteres formam Gallorum
(quos à calore candido lacteos seu Galactas
ipii Asiatici vocarunt) & Gallieos vultus quasi
proverbio Tertullianus usurpauit. in eo tamē
generc Britanni inferiorēs videntur. fed Ga-
leno ignoto fuit Gallia, quamvis viseret, à M.
Aurelio rogatus adduci non potuit. Cū au-
tem vita diurna calido & humido sustineatur,
par est ad Septentrionem diutius viui. at-
que hinc fortasse Plinius Hyperboreos anno-
fō aūo vitam protractare putauit. & quidem
notum est in Britannia vita centesimum an-
num viui: nec dubito quin Scytharū vita lon-
gē diutior sit futura, nisi potu ac cibo seip-
sos obrucent. Australium quoque vitam lon-
gissimam esse veterum ac iuniorum scripta
testantur. tametsi enim calore & humore co-
pioso minime abundant, excrements quoque
multa defunt, quæ senectam & interitum af-
ferre omnium confundū putantur. nam quid
minus plantæ habent incrementi, eò diutius
vigent, vt est apud Theophrastum. Alij tem-
peratores celo vitam protractā longiorem
arbitrī.



arbitrantur. nam Italia multos alit qui centesimum annum his quoque temporibus superarunt. Plinius ex cento Romanorum annos centum & quadraginta quosdam vixisse tradid. qui tamen iuniores historicos cum veteribus, & veteres inter se contulerint, tum etiam physicas rationes adiunxerit, certissimum de historia iudicium feret; scilicet Australem longiore vita frui, maxime tamen Numidas. id quod credibile est, cum annos Cornices, que nihil ferè caloris, minus etiam humoris habent, quatuor hominam etates implere dicantur. pratercà Elephanteris qui Arisototelis ac Iuba testimonia vitam omnium animantium superant, non alibi quam ad Austrum revertuntur. itidem Palma, que interduum annos mille vigore dicitur, non nisi ad Australem plagam ali potest. quinetiam aurum & Adamas, que à se ipso nunquam interitum sentiunt, ad Austrum optima; nulla ferè ad Septentrionem, neque enim verum est ab optimo temperamento, vt putat Galenus, vitam effici longiorrem: aliqui lapides plantis, plantæ animalibus, elephas & coruus homine temperatores essent, quod absurdum sit: cum ingenij praestantiam ab optima temperie iudicari puteant, verò cùm animus corpori praefert, majorque vis ingeniorum sit ad Austrum quam ad Septentrionem, dubium non est quia

potior

potior mundi pars ad Austrum posita est: & maiores sint in Australibus quam in Seythis virtutes, virtus quoque maiora in quacunque partem inclinarint. atque hinc facile iudicium de historia Luij colligemus, qui cùm Annibalis virtutes commemo. rasset. Has, inquit, tantas viri virtutes ingentia vita æquabāt: in humana crudelitas, perfidia plusquam Punicis, nihil veri, nihil sancti, nullus Deum metus, nullum iustitiam, nulla religio. falsum est enim quod Maciauellus scribit, homines ad summum sceleratissimos esse non posse, exemplo Pauli Balonii, Perusia tyranni, qui cùm Iulium Pontificem vñà cum suo comitatu occidere faciliter potuisset, dominatum amittere, quam tantum scelus perpetrare maluit. hoc Amiral non fecisset. idem Maciauellus Italos, Hispanos, & Gallos sceleratissimos omnium gentium appellat. Germanorum iustitiam & prudentiam mirum in modum extollit vno loco: alibi perfidiam eorum, auaritiam, superbiam infestatur: que ab ignorantia mortuum & natura cuiusque populi profecta sunt. Neque enim stupidi homines & rufici valde flagitosi esse possunt, sed in magnis ingenii, vt est apud Platонem, magna virtutes aut virtutinelle confunduntur. & quædammodum fructuosa tellus nisi excollitur, magnam nocentia herbarum vim profert: & modice culta valde frugifera



frugifera fit; steriliis verò neque salutares, neque noxias herbas, nec quicquam omnino nisi maximo labore paritita quo de Australiū ac Scytharum ingenis iudico. Quare non mirum h̄ omnes prop̄ historicī ac poētē, iam inde vīque ab Aschylō, magnā Scytharum innocentiam laudant, malitiam Australium insectantur. Plus valet, inquit Tacitus, apud Germanos boni mores, quām alibi bona leges. at illis temporibus omni disciplina carere Germani, vt parum à bestiis disperparēt, quod ipsi confitentur. cū igitur in summa ignorante veritate, non video cur tantopere laudabilis sit eorum innocentia, qui nec valde mali, nec boni esse potuissent: sed ī summa laude digni es, qui virtutes, quarū vim animo comprehendam habet, sponte colit, cūm iniustus esse possit, vel quād virtutis aditus vnuſ es, veluti recta linea, circa quam hinc inde oblique sunt innumerabiles: vel quād homines propofitūs bonorū & malorum finibus, multò magis ad scelerē feruntur, à quibus non solum crudelissimis supliciis, aeternaque morte proposita deterreti non possunt; sed ne p̄mis quidem immortalibus ad iniustiam impelli, vt plerique putent homines in summa innocētia viētūs, ac multò beatiores futuros, si malorum fructus (sine quibus tamen natura bonorum percipi non potest) nunquā degustarent:

fed

fed, vt cæteræ animantes, naturæ sua congruerter vixissent, quam quidem ad naturam, Scythes & montanos homines nulla disciplina informatos propriūs accedere videmus. Ex quo relinquitur quid iudicandum sit de historicis, qui Græcorum, Aegyptiorum, Arabum & Caldæorum superstitionem, impieatam, magiam, flagitiōfās libidines, & crudelitates inlectantur, quæ laudabilis sunt omnītunt. ab iisdem enim litteræ, bona artes, virtutes, disciplina, philosophia, religio, humanitas denique ipsa in orbem terrarum velet à fonte profluxit. neque tamen Scythis sua industria defuit, neque item iiii qui mediane regionem tenent, sed egregias à Deo immortali dotes sunt consecutæ, quæ melius intelligi non possunt, nec certius historiæ iudicari, quām si humani corporis, aut Reipublicæ bene cōstitute, aut mundi syderūmque coelestium imaginē proponamus. Fingamus igitur tribus his populis, eo quod diximus ordine, constitutis, præfete quoddam Planetas, idque tantum doctrinę gratia: deinde Australibus Saturnum, sequentibus Iouem, Septentrionalibus Martem tribuamus. tum in orbē redeundo rursum Australibus Venerem (nam Sol veluti fons luminis omnium cōmuni cedit) sequentibus Mercurium, Septentrionalibus Lunam. ex hac veluti distributione


trium



trium populorum , vim quandam vniuersitatis planius intelligemus . autem enim Caldai & Saturni vim in contemplatione positam , Ioui in actione , Martis in effectione . id astem ex Hebreis naturae optimis interpretibus intelligitur . illi enim Saturnum vocant , id est quietum , quo nihil ad contemplationem maius esse potest . Iouem id est iustum , appellant : quod Graci cum ab Hebreis , ut optima quoque , accipiant ; Iustitiam Ioui asidere finierunt . Martem vero id est fortis & robustum ; quem propter Caldai & Graci bellis praefere putarunt . Saturnus quidem frigidus , Mars calidus , luppiter virtuose dicitur esse teperatus . primus ad scientias & ea quae in sola contemplatione veri acquiescunt : alter ad prudetiam , que in agendo posita est , quæque virtutes omnes complectuntur . tertius ad artes & opificias , que in manu ac robore posita sunt , pertinet . primus ad mentem , alter ad rationem , postremus ad fortitudinem . Nam Australes populi diuturno contemplandi studio , quod aetate bili congruit , pulcherrimarum scientiarum autores ac principes fuerunt : naturæ arcana detexerunt : mathematicas disciplinas inuenierunt : denique religionis celestiumque syderum vim & naturam primi perspexerunt . Scythas quod essent ad contemplationem minus idonei , propter sanguinis & humoris

humoris copiam (quibus ita mens obruitur ut vix vnguam emergat) ad ea quæ sub sensu cadunt , id est , ad artes & opificias tractandas , sponte ferri ceperunt . hinc à Septentrionibus ea quæ mechanica dicuntur , bellii tormenta , fulgoris artes , typographia , quæque pertinent ad metallicam disciplinam , quam ita tractauit Georgius Agricola , homo Germanus , vt Aristoteles ac Plinius in eo genere nihil intellexis se videantur . nec mirum videri debet , si Germanos & Britannos accire solent Itali & Hispani , quod cœlesti quodam munere occultas terra venas inuenire , & inuentas aperire norunt . uidem quoque alumni Martis militarem disciplinam antea semper , & nunc quoque in credibili studio colunt , arma tractant , montes exstant , aquas deriuant , sequi totos venatio-nibus , agriculturæ , pecuariæ , aut iis artibus quæ opera moluntur , dare coniueuerunt , ut illorum ingenium in manu positum esse videatur . quod tatis indicat omne genus supellec̄tilis & instrumentorum , que ab illis tam artificiosæ , tam affabre sunt , ut ea cæteri populi mirentur ; imitari non possint . atque id fortasse voluit Plato , cum diceret Martem & Vulcanum artes reperisse . quod si Astrologi habendi fides est , qui Martem nativitatis principem habent , aut milites sunt , aut opifices futuri . At mediorum regionis homines , neque ad occasas

1 Scientias



scientias ita nati vt Australes; neque opificis ita dediti sunt vt Septentrionales, sed ad res auctandas omnium aptissimi. nam si quis omnia historicorum scripta collegerit, iudicabit ab eiusmodi hominibus primum profecta esse instituta, leges, mores, atque optimam Reip. moderatam rationem, tum etiam mercaturam, gubernatoriam, oratoriam, dialecticam, imperatoriam denique disciplinam. harum autem disciplinarum magistri esse feruntur Iuppiter ac Mercurius; & qui Iouem aut Mercurium, aut vtrunque originis dominum habet, ad hęc suapte naturae ferri dicunt. & quidem confat ex historiarum lectione, in Afia, Gręcia, Aſyria, Italia, Gallia, Germania, superiore, que Polum inter & Aquatorem, à quadragezimo ad quinquagēzimum gradum interiacent, maxima imperii semper floruisse; & ab illis regionibus summos imperatores, optimos legumlatores, equissimos indices, prudentes iurisconsultos, difertos oratores, sagaces mercatores, clarissimos denique histrioines & fabularum actores ortum habuisse. nulli ab Africa, multò minus à Scythia iurisconsulti, nulli oratores, rari poëtae, pauciores historici, paucissimi qui copiolam & vberem exercat mercatura, in qualibet Itali, Gręci, Galli, Hispani, Aſiatici. hec igitur cum historia conferamus, vt rectius de re tota iudicari possit. quæritur Genus

Genus

Ienus nullos vñquam à Scythia philosophos prater Acharniam, innumerabiles à Gręcia fluxisse. Scribit quoque Julianus Aug. vbi de Gallis agit, quorum naturam vñ diuturno cogitam, & plānē comportam habebat; Celtae nec philosophi, nec disciplinis mathematicis operam dare, sed in Dialeticis ferè ac Rhetorics acquisescere. hinc Inuenialis; Gallia caudi-
cos docuit facunda Britannos. quin illa ipsa religio qua vtebantur planum facit; Deum Mercurium, inquit Caesar, Galli maximè colunt: huius plurima sunt simulachra: hunc inventorem artium ferunt: hunc ad quæflus per-
cum, mercaturāque habent vim maximam arbitrantur. has igitur historias experientia diuturna comprobavit. neque enim vñquam terrarum plures caudi ci, nusquam cuiuslibet scientia maiore studio colitur. occultè vero scientię ac mathematicę discipline, valde frigent. Contrà verò Australes, quid affidū contemplantur propter infirmam atræ bilis humorem, scipios à rebus agēdis sponte subducunt, ac defertissimas solitudines querunt. contemplationis autē ac meditationis (qua p̄actio mors ab Hebreis & Academicis appellatur) eavis est vt ingenium acut, & hominem ab homine seiuat: quid cùm adeptus est, non modo rerum naturalium arcana vident, sed etiam penicibus alijs in eccl̄m purgata mē-

1 2 3



te fertur, rerumque diuinarum scientia repletur: post à Deo immortali subornatus, res arduas & admirabiles ignariis hominibus reuelat. quare mirum videti non debet ex historiarum lectione, ab illis regionibus summos philosophos, mathematicos, prophetas, omnes denique religiones, in orbem terrarum, velut ab uberrimo fonte fluxisse. nō quid alibi quoque diuina mens hominem coelesti spiritu afflare nolit? quod dictu refas est: scim vigeat ubique Deus, non aliter ac solis splendor: sed quemadmodum idem splendor in aqua limpidissima sece magis offensat, quam in turbida ita quoque diuinitas in purgata mente clarius elucet, quam in ea quæ deorsum vergens contagione corporis afficitur, ac perturbationibus secum diffidientibus implicatur. quibus enim fanguinis & humoris copia maior, illi sece difficilis ab hac terrestri labe sciungunt, ut non immergit siccias animas sapientes appellari Heracitus. ridiculum est enim ac minime philosopho dignum quod H. Cardanus hominem sapientissimum esse ait, quod sit humidissimus & calidissimus: cùm beftias ipsas quò sunt frigidiores, vt Aristotle scribit libro 2. de partibus animalium, et prudentiores esse videamus. argumento sit prudentissimus elephas, cuius sanguinem omnium frigidissimum esse Plinius autor est. Quæ cùm ita sint,

sint, facilis est ad iudicandum, an vera sint quæ de religione Australium historici tradunt, atque imprimis Leo Afer, vbi agit de templorum substructionibus; Sunt, inquit, in vrbe Felsa, templa septingenta, quorum maximum miliarij vnius ambitu, vnamque & tragiata porta habet: lampades vero nongentas diu nocte ardentes. Credibile quoque est id quod Aluarensis in Abissinorum historia tradit, de inaudita magnitudine templorum: de multitudine infinita monachorum, qui non modo in locis desertis, sed etiam in pagis, in circulis, in foro, in castris versantur ex quibus etiam exercitus sape confcribuntur: cùm principes ipsi hoc vita genus sequantur. Rex autem qui Negus & Iochan Belal, id est gemma pretiosissima, vocatur; quasi pontificem ageret, non aliter quam in ornatu ac vestitu pontificio præuentibus pontificibus, & religionis insignia p[re]se ferentibus iter facit. ieunia vero totius populi planè incredibilia narrat, si quis ea cum nostraris cōpararet: si tamē iudicium ad historiam adhibeas, valde credibilia iudicabis, multi enim viri lēte cruda vel holericus aqua pura coctis, & planè insipidis sine pane sustentant. alij circulos ferreos quasi cingulum nudacute gestant. plerique ieuniorum tempore, id est anni tercia parte, noctes insomnes dunt. quidam collo tenus in aqua dormiunt.

1 3 non



non deficiunt qui stantes horas XXIIII. ccelū constanter intuentur. omnes statim diebus verbērum ac flagellorum crebris iētibus se lacerant: qui verò in religionem vel minimum peccāt, aut qui ligneam crucem oculari dēdignantur (vti sunt nōnulli) flammis vtricib⁹ comburuntur. postremo quod ad Républicam tuendam & beatam vitam plurimum prodefit, res adiueras æquè ac prosperas ab viuis præpotentis Dei voluntate fluere arbitrantur. At in rebus agendis, & Républica gubernāda quām inepiti sint, ex eo planū fit, quod apud eos qui deliquerunt, non prius verberari desinunt, quam multe verberantis arbitrio soluant. princeps autem iudicūm, qui veluti Cancellarius maxima queque moderatur, sc̄pe iussu regis verberibus ceditur. homicida propinquis interfeciū cruciandū traditur. omnia verò iudicia sine vīlis actis aut scriptura conficiuntur. debitores nisi solvēdo fuerint, creditoribus in seruitutem addicuntur: nulla stipendia militibus dantur, nulli cōmeatus, sed hordeum quisque, aut quid simile ferre teneat. nullæ sunt vībes, nulla castra, nulla propugnacula: populū in pagis, princeps in tentoritis huc illuc vagatur; tametū pretiosissimā supellec̄tīlem, & thesauros habet infinitos. nullus papyri vīlus, sed rationes publicę pellibus confignātur: que arguūt eiusmodi homines rebus agendis parū ido-


idoneos esse. Minùs etiam Scythæ, qui omnia vi & armis scrūtem in modum, ac belluarum, more exequuntur: vt de veteribus Germanis Tacitus scribit; Nihil magistratus publicē aut priuatim gerit sine armis. cui Boēmus Germanus, & Munsterus his quoque temporibus his verbis subscrībit; Iniurias illatas raro iure, sed ferro & rapinis vlciscuntur, nec prædati erubescunt. quid eft autem iniuius aut magis barbarum, quam quod Clageni fieri solet, si quis furti suspectus sit necatur, deinde quæstio habetur: hinc morem Hūnis & Gothis acceptum ferunt. Ab illis etiam duelli leges profectæ, neque enim de omnibus iniustitię generibus vīlum turpis aut maius esse potest, quam vt imbecillus ac tenuis accepta iniuria sit infamia dignus, nisi cum aduerfario, quantumcumque viribus præfet, armis decertari, ac vitam periculis obicerit. nam ista ratione Scythæ, si cum belluis quæ robore præstat conseruantur, iure infames sint. Sed natura sic com paratum est, vt Scythe qui minimum rationis, plurimum roboris habet, summam omnium virtutū in bellica laude constituant: Australes in pietate ac religione: medij verò in prudētia, ac tametū omnes modis omnibus Rempublicam tuentur, nihilominus tamen ali yiribus: alijs metu diuino; reli qui legibus ac iudicis magis vīntur. Itaque mirum videri non

1 4 debet



debet si Calipharam, seu pontificum Ismaeli-
ticæ religionis tanta fuit maietas, vt non mo-
dò legum ac religionum, verum etiam imperij
& armorum, omniumque possessionum, li-
bertatis denique & seruitutis, postremò vita
ac necis ius in omnes haberent. sed ab eorum
imperio Turce, Scytharum progenies, ac Ma-
meluchi genere Circassii, primi deficerunt,
eoque de veteri possessione deturbarunt. ac
fortasse illud est quod à poëtis iactatur; Satur-
num ab Ioue de imperio deturbarū, id est re-
ligiosos ac sapientes homines primis tempora-
ribus iustitia fruenda causa reges esse creatos;
sed cum sola pietate homines in officio conti-
nere se posse arbitrarentur, neque tamē id pre-
stare possent, cum felice, plerique nec metu
diuino, nec vla religione ducerentur, pruden-
tiores arrepta potestate Rempuplicam rege-
re: religiosi vero ac philosophi, sacrificis &
contemplationi operam dare, plebs militiam,
agriculturam & opificia tractare copit. ex quo
factum est, ut sapientes precibus & monitis;
prudentes imperio ac iussu; robusti viribus &
executione Rempuplicam tuerentur. nam his
tribus partibus decretis inquam, editis & exe-
cutione Respublika continetur. monent Pou-
tices ac Sapientes: iubent magistratus: ex-
equuntur ministri: si Anaxagoras Periclem,
Plato Dionem, Ilocrates Nicoclem, Plutar-
chus

chus Traianum, Polybius Scipionem, atque
omino Magi Perias, Brachinanae Indos, Man-
tes Gracos, Pontifices Romanos salutaribus
sapientiae præceptis, aut quacunque religione
informabantur: qui tamen ad res agendas inepi-
erant. quod Plato sapientissimus accepta ciuitate,
qua se illi commiserat, planum fecit. Ita-
dem Aristoteles Anaxagoram sapientissimum
virum prudentia caruisse scribit. etenim scipio-
sum famam ac inopiam, præ negligentiā rei familiari-
aris intetere passus est; id quod Theodoro Gaze
in extrema senectute contigit. Itaque
Philo Mosei magnis laudibus commendata,
quod vnu omnium mortaliū fortissimus
imperator, prudentissimus legislator, ac diui-
nitissimus propheta exiterit. Quod igitur de vna
ciuitate, idem quoque de mundana Repu-
blica iudicandum relinquitur, vt distributis po-
pulorum muncribus, Australium sapientia,
Scytharum robur, mediorum prudentia quo-
dammodo propria sit. id quod etiam in animis
partibus videtur est. etenim mens ipsa monet,
ratio iubet, sensus autem veluti satellites ad e-
sequendum adhibentur. & in tripliā anima fa-
cilitate, animali, vitali, & naturali: una quidem
à cerebro motum & sensum: altera spiritum à
corde vitalem: tertia ab hepate vegetationem.
neque enim melius, opinor, infinito populo cui-
que natura intelligi potest, nec de historia
quaque



quaque iudicium certius ac verius fieri, quām si microcosmus hic cum magno homine, id est cum mundo conferatur. quod igitur Plato in sua, idem nos in mundana Republica faciemus, sed paulo alter quam ille. voluit enim penes custodes imperium esse, quos in cerebro quasi palladem in arce collocauit: in quo videtur Saturnia regna refitare voluisse: hinc eius illa vox ab omnibus laudata, sed à paucis intellecta; Aut reges philosophari, aut philosophos regnare: at philosophia, id est, rerum pulcherrimorum perpetua contemplatio, ut omnes Academici volunt, nihil habet cum negotiis militariibus aut ciuilibus communione. militiorum autem arma tribuens, in corde stationem dedit, quod illie irascendi vis posita sit: postrem agri colas & opifices in heapse, ut res necessarias & alimenta Reipublicae suppediente. sed hac sine magna perturbatione fieri non possunt, ut suo loco dicemus: num illud tantum quod ad mundanam Républicam, & populorum naturam spectat videamus: ac si fieri posset, hunc mūdum velut hominem con gruenti situ constituamus. Nam in eo quoque scriptores a seipsis plurimum discrepant. Homerus, Aristoteles, Plato, Galenus, Pythagoras, Averroes, mundi huius, quem animal vocant, dextrum latus in ortu posuere, sinistrum in occasu. Plinius & Varro contraria statuant, in

orth

ortu lœuas, in occasu dextra: ex veterū Latino rum more. Sinistra, inquit Varro, in réplis ab oricté, dextra ab occasu. templi voca cali re giones ab augurib⁹ lituo diuīas. sic Muhamme dici precantur. Augures tamen ad ortum se conuertebant, ut Liuius libro primo scribit. Augur dextras ad Meridiem partes, lœuas ad Septentrionē, cui fane congruere videtur Dauidis Psalmus LXXXIX. verl. XIII. יְהוָה בָּרוּךְ הוּא id est, aquilonem & dextrum tu creati eos. vbi omnes interpres plagam in telligunt Australē pro dextro. sic enī Cal dæus interpres. hue accedit quod orientem, נְצָרָת, id est faciem appellant; ex quo sequitur Australē latere dextra tribui facie ad orientem conuerta, quo more viuimur in votis concipiēdis. sed cum nullam sui dicti rationem afferant, Philoneū fequerimur, cui etiam conueniunt Empedocles, Lucanus, Cleomedes, Solinus, nam Moſe sacrarū finitiria ad Meridiem, dextrum ad Septentrionē conuertit: idque optima ratione, quia motus rapidus est ab ortu versus occasum: hominis vero gressus, non in terga fit, aut latera, sed in anteriora. hinc Lucanus, Umbras mirati non amplius ire finitras. Græcis quidem dextra finitris meliora: sed apud Latinos finitria in auguris valde prospera existimantur, ut Plutarchus & Plinius tradunt: non quia sol ortit finitria, ut

Plinius



Plinius voluit; sed quia pars sinistra vergit ad Auftrum. que mundi plaga reliquis prestat, siue stirpium, siue metallorum, siue gemarum, siue hominum, siue animorum, siue cœlestium corporum dignitate: ac propterè verius Auftrum Abraham profectiones dirigi putant Hebrei: ab Aquiloni vero, inquit Ezechiel, venit omne malum, quinetiam Arabes & Mauri, vt est apud Picum Mirandulam, malos demones ad Auftrum, aut nullos, aut raros esse aiunt; siue propter lucis copiam, qua fugari putantur; siue propter aeris temeritate, quo sustineri nequeunt: ad Septentrionem vero nusquam copia maior demonum & maleficarum, si Saxoni Grammatico, & Olae fidem habemus. Prætereà posuimus Septentrionales robustiores, Aufrales debiliores. at sinistra quoq; pars hominis debilior est, dextra validior, vt Macrobi. lib. v 1. cap. i 1 1 1. Saturnal. scribit: & in veteri dextro mares, in sinistro feminas morueri Plinius cum Varro, Aristotele & Hippocrate scribit. Et Arremidorus dextrum oculum filium: sinistrum feminā significare scribit in fomniorum interpretatione. & dentes dextros amicos sinistros amicas interpretantur. & in vniuersum lib. xxvii. dextras partes viris, aut iunioribus: sinistras feminis aut senioribus tribuendas esse. & Aristoteles lib. i 1 1 1. cap. IIII. & IX. & lib. IIII. cap. i. & lib. i. cap. xv.

dc

de historia animal. ait, dextram partem esse masculam, sinistram feminam: pes quoque dexter, & brachium dextrum maius est (id quod sutores etiamnum intelligent) & vegetius sinistro. deinde planum fecimus Scythes rubicundos esse, ac multo sanguine abundare: Australes vero exangues & atra bile plenos: at in dextro latere situm est hepar, in sinistro liene hic atra bilis; illud sanguinis conceptaculum. demonstravimus quoque Scyths imtemperantes & iracundos esse, & impetu ad vindictam ferri. Australes confilio sucepto. id quoque dextro; illud sinistro lateti congruit: nam atra bilis quietos, fel iracundos, iecur intemperantes efficit. conseqüentia est igitur vt in hac Republica mundana Scythes quali milites & opifices in dextro latere, Australes in sinistro: tum mediae regionis homines in corde, veluti magistratus in media ciuitate, constitutamus. est enim cor medium inter cerebrum & iecur, atque inter iecur & liensem. fecit autem natura, inquit Aristoteles, quoddam feruos, & eorum robusta corpora ad necessarios usus, alios debiles, sed valde viiles ad vitę societatem. nec me mouet quod Hebrei perinde vt reliqui populi dextera sinistris praestare putant: vi videre Psal. cix. Math. xxii. Marci xii. Math. xxv. & xxvi. & Actor. vii. ad Colossem. IIII. ad Hebreos I. & x. ad Ephes. I. Hofstien. Ioan. Andr.

Panot-



Panorm . in cap. solite de maiestate & obedientia. Aristoteles lib. XXXI. cap. XII. XIII. XIX. XXV. & lib. XXXII. cap. VII. & Iacobus dextram capitii Ephraim super posuit benedicendi causa. In eadem sententia tui Baldus ad. I. decernimus. de sacrofani. eccles. c. & Curtius senior consil. LXXXIII. honoratioe locum esse à dextris. Plautus in Pseud. Omnes ordines sub signis ducantur. legiones meas autem sinistra, auxilio liquido atque ex fentia. Cicero de legib. III. Is autem sinistra dictus populi magister est, rationem reddit Cicero. Quanquam haud ignorare quia bona sint, sinistra nos dicere etiam si dextra sint: sed certe nostri sinistrorum nominauerunt, extenui dextrum. clarus etiam M. Varro lib. v. epistol. quest. A deorum sede cum in meridiem species, ad sinistram sunt partes mundi exortentes, ad dextram occidentes factum arbitror, inquit ut sinistra auxilia meliora quam dextra existimetur. Nihilominus tamen ex Latinis plerique sinistra mali omnis esse opinantur. Maro. Arboribusque satique Notus pecoriisque sinistra. & Cicero, Nemo me sinistris sermonibus carpit, neminem ipse reprehendo nisi unum me. Sæpe sinistra cana prædixit ab ilice cornix. Sed ea ratio est, quod dextra sinistraque varie acceperunt. Nam ubique Hebrei omnium populorum morem fecuti dextra in meridie, sinistra in Aquiloni

lone posuerunt: quia populi omnes solem ascendabant facie ad orientem conuerterea quod vetuit Moës. sed vt cuncte sit, Meridiem hoc vel illo modo Aquiloni præstare constat. & hominis dextram Aquilonis esse. hoc igitur à Platone dissentio, quod ille milites in corde, magistratus in cerebro, plebem in teore, ego pontifices ac sapientes in cerebro malim, magistratus in corde, opifices ac milites, qui ex plebe leguntur, in iccone. neque enim vis animosa cordis robur efficit, quod sanguinis ac iconis proprium est, sed ad actionem impellit. certe Maciauillus optimum imperatorem ab Italia, non militem deligi voluit, quod maiore prudencia quam robore valent: corporis autem munus, inquit Ammianus, à milite: ab imperatore animi pescitur. nec verò imperatoris est, vt ait Plutarchus in Pelopida, communus cum hosti pugnare: nec magistratus licetorem agere, sed imperare ac iubere. cum autem Plato philosphis ac sapientibus imperium tribueret, quos ad contemplationem idoneos; ad actiones ineptos esse ex historia docuimus, consequens erat in corde milites collocare, qui tamen optimi ex agricultis, vt Plinius scribit de veteri Romanorum disciplina, vel ex opificibus, vt nostra ætate, leguntur: quod ad labores obduruerunt. nam Aristoteles operarios & opifi-



opifices inter plebeios recēser. Et quidem vi-
demus Scythes , aut Germanos milites ante
semper, atque his temporibus magna merce-
de quāri . vt planum sit milites optimos ex 2-
gricolis & plebeis, quorum vis in manu posita
est, semper legi confucuisse. Atque hæc si ad
coelestia referantur, aquæ sibi congruēt, nam
si demus lieni Saturnum, cordi Iouem, Cyphi-
felli Martem, Lunæ iecur: recurrent illa que ab
Astrologis cuique parti corporis tributuntur.
est enim Mars cum Luna , quasi folliculus fel-
lis cum iecore : quid vniuersum corpus alit ac
vegetat, vt luna mundum elementarem : que
lumine aucta stirpes, aquas, animantia vele-
menter auget. qui verò Lunam habent in or-
tu, robore & optima valetudine præstare di-
cuntur, que omnia Scythis optimè conuenient.
accedit illud quod scribit Cæsar de Germanis:
Vita omnis, inquit, in venationibus aquæ in
studii rei militaris constituit. quid autem Dia-
nae ac Marti magis proprium eff. potest? illud
etiam animaduersione dignum quod Plinius
scribit: fulgura tonitruaque in media regione
fieri , nulla in Aethiopia & Scythia . idque ab
incolis cōpertum habemus. Iouis autem pro-
priæ sunt fulmina & tonitrus , non modo po-
tarum, sed etiam physicorum opinione. Quod
si quis Solem, quem omnium cōmunem po-
suimus, cordi tribuat: tūm quid in medio pla-
netarum,

netarum, vel vt Copernicus, in centro mundi
positus sit: tum quid vitam omnium maximè
diuturnam significet, & calorem temperatum
habeat, non vt Mars vrentem, nihil repugno:
ac fieri potest vt sit omnium cōmuni, & par-
tis cuiusdam proprius: qua tamen omnia non
extremis, sed temperata regionis hominibus
congruunt . Hæc rursus populorum ratio tri-
plex ad mundum triplicem referri potest, scilicet
intellectu, vbi mentes : cœlestem, vbi
sydera: elementarem, vbi rerum ortus ac in-
titus . huc etiam pertinet triples animorum
ordo (præter eum qui est extra ordinem, qui
nulla mundi cōtagione violatur) primus qui-
dem pures hominum mentes in Deum con-
uentere: alter Respublicas moderati: postre-
mus circa materiam & formam occupari vi-
detur. Que cum ita sint, triplex hoc hominum
genus, Scythes , inquam. Auftrales, & medie
regionis homines, ad triplicem animæ vim
scientiar, prudentiar, & artis, que in contem-
platione, actione, & effectiōne posita sunt: ad
τονιτρούς & θυετούς μέλα, ex ipsis ce-
rebre cordis & ictoris , cœlestiumq; syderum
vi commode, vt opinor, & ad historiarum o-
mnium certissima iudicia referri possunt. &
quemadmodum sex annorum millibus mudi
elementaris conuersiōne ex Heliæ cuiusdam
Rabbini coniectura fore aiunt: ita quoque

m duobus




duobus annorum millibus homines religione ac sapientia præstiterunt. syderumque caelestium motus, ac naturæ vim vniuersam magno studio conquiserunt. duobus item annorum millibus in confituendis ciuitatibus, in legibus fanciendis, in coloniis deducendis occupati fuerunt. quibus temporibus à Saturno ad Iouem; ab Australibus ad medie regionis homines imperia sunt delata. conuentibus annorum millibus, id est à Christi morte, varix artes anteā incognitæ, & opificia in lucem venerunt: tum etiam bellorum motus ingentes, idque tota terrarum orbe, cùm scilicet superstitio Iouis atque imperia, vt ita dicam, arrogata, & ad Scythas Martis alumnos transfligta fuerunt. atque hinc repente legiones Gothorum, Burgundionum, Herulorum, Francorum, Longobardorum, Anglorum, Britannorum, Hunnorum, Vandalorum, Gepidarum, Normannorum, Turcarum, Tartarorum, Moschouitarum, Europam & Asiam impleuerūt. Siue igitur vila vis est caelestium corporum in hac inferiora, ve etiamnun theologi confitentur, siue nulla, vt plerique putant: nihilominus id quod est, vt autem, & òn est sensu percipimus, tametsi causa sunt obscuriores. Ex quo multa non modò historicorum, sed etiam philosophorum & astrologorum scripta intelliguntur, historiæ vero falsæ sunt necne, faciliter

mē

mē iudicantur: vt illud Ptolemei; Asiani Australes, animis confiliosque excelsis, fortis, bellicosi: Septentrionales sapientes, magi, rerum diuinarum peritis, & iusti. haec plane falsa aut penitus sunt inuera. falsum quoque id quod Plinius scribit, corporum proceritatem æquè in Austro ac Septentrione, quod hic humoris alimentum siccile ignium vis maior est, non modo in historia, sed etiam in ipsa ratione pectet. infinita sunt eiusmodi apud Aristotelem, Hippocratem, Galenum, Diodorum, Herodotum, Volaterranum, Sabellicum, quæ singula si persic quar infinitus sum. satis est digitū ad fontes intendisse. vt quid de vnitaria populi omnium historia iudicandum sit, venus ac melius intelligatur. Sed cum alij ab aliis, & secum ipsis sepe dissentiant, in eo tamē omnes præter D. Hieronymum conuenient, Gallos esse leues: idque à Cesare scriptum, à Tacito & Trebellio cōfirmatum, ab Italis & Germanis sepe repetitum, maximē tamen à Slediano in concione Caroli Imp. alij tamen alias quoque gentes leues appellant, Syri, inquit Linius, Asiatici, Græci, levissima omnium genera, de Scythis quibuscum nihil habuere commercij, nihil prodiderunt. Si igitur levitatem appellant animi quandam alacritatem ac celeritatem, quæ medie regionis homines omnium aptissimos ad agendum reddit, sanc Gal-

mē 2 li.



tribuunt, ex quibus populorum naturam iudicari posse putant. Aliunt, Europam inter occiduum & Septentriones positam, prime triplicatam, hoc est igneç, Leonis, Arietis, ac Sagittarij, Ioue ac Marte dominantibus subfube: Scythiam Asiaticam, inter Septentriones & Orientem, acris triplicatam, puta Geminis, Librae, & Aquario, Iouis & Saturni radiis coniunctis: Africam inter Occiduum & Meridiem triplicataque, id est, Cancro, Scorpioni, & Piscibus, cum Marte, Venere, & Mercurio: Asiam Aulalem, inter Meridiem & Orientem terrae parti, hoc est, Tauro, Virgini, & Capricorno, vñ cum Venere & Saturno. que non modò ius quæcantæ diximus, sed etiam ipsi naturæ & historiæ valde repugnant. erroris initium attulit locorum ac Geographia ignoratio, que tanta fuit, vt veteres nonnulli, Oceanum fluviem, Hiberiam urbem esse putarent, ac Ptolemaeus ipse, qui alii præluxit, in quantis erroribus verparetur, fatis intelligunt, in eo genere mediocriter eruditæ, errorem auxit motuum celestium ignota ratio. vix enim Caldæi annos mille quingentos in eo studio confundere posuerunt, vt ex historia sacra & eorum observationibus, quibus vtitur Ptolemaeus, intelligi potest. neque vero motum orbis oœstui capere potuerunt: at ne Ptolemaeus quidem motum trepidationis obseruare. hac enim Aratum,



bum, Hispanorum, & Germanorum studiis paulatim cognita sunt. quod enim Caldæi, vi est apud Ciceronem, iactant se c e c e, & leptuq; annorum millia in periclitandis, experiundisque puerorum animis posuisse, falso est. nec huius opinionis levitas, à se ipsa confutata desiderat orationem meam; neque enim ignorassent ea, quæ a nobis temporum decufu cognita, perceptaque sunt. Eft autem omnino inexplicabile, quod de signis Zodiaci prodierunt, cum ab illorum obseruationibus ad hac vísque tempora, Zodiaci partes omnes, ac signa integra, locum mutarint. nam prima stella Arietis, quæ annos sexcentos ante Ptolemaeum, primam partem eius signi occuparat, ad vigesimam octauam peruenit. itaque post Caldæorum obseruationes, signum integrum & multò amplius percurrit. Pleiades, quæ illi temporibus Tauri caput, nunc Geminos te- nent. Reguli stella, quæ tum erat in Cancero, nūc vigeſimam partem Leonis præterit. quid autem Arieti cum Pisibus, Leoni cum Virgi- ne, TAURO cum Gemini? quid igni cum aqua communè? at ignea sydera in aqueum signum conceperunt, nam si nonum orbem fingamus, id quod necesse est, nulla tamen in eo stella. i- gitur stare nullo modo potest, illa de triplici- tatis doctrina. sed Ptolemaei exemplis va- mur, quid est enim absurdius, ac tanto viro in- dignius

dignius (si tamen eius libri auctor est) quam Phœnices & Caldæos. propterè simplices, humanos & syderum obferuatores appellare, quod Leoni ac Soli subijciantur? idem tamen Babylonem, Aſyriam, ac Melopotamiā, Vir- gini & Mercurio subjecit, ac propterè Cal- dæos scientiarum amatores esse confitetur. lu- dios autem. Syros ac Idumæos, audaces & im- pios, quod Arieti, Scorpioni, & Marti sint ob- noxijs. at omnium historicorum summa con- fessione, Syri adeò tractabiles sunt, vt ad fer- uitatem; Iudei ad religionem natu videantur. Idumæis verò, nihil mollitus fieri potest (exci- pio montanos) id quod Cicero Pompej ci- neribus obiecit; Putabat, inquit, cùm Syris ac rege Nabathœrū, sibi rem effe. sunt igitur hec ταῦ ἀρχές η, quia Syri & Idumæi ad Aſgyptios, quals fuit Ptolemaeus, Septentrionales sunt, parvum etiā mōtani. ridiculè tamen Car- danus, eius libri interpres, qui quod signa locū mutasse intelligeret, ab aetate Ptolemei ad hęc vísque tempora, tradit, Hispanos, Britannos, ac Normānos, tapaces & veritus euasisse, & cor di Scorpionis nunc subiici putat, quos olim fidos ac probos fuisse scribit, cum Sagittario subeffent. sed illi repono quod Appianus de Cæſio scribit. Cūm enim Romanorum exer- citus Parthorum fagitis cæſus esset. Cæſius verò reliquias ad se conſugientes feruare in- naretur,



naretur, Caldus illum admonuit, ut tantisper tempus protraheret, dum Luna Scorpione decurso, Sagittarium attigisset: tum ille; Magis inquit, Sagittariū metuo quān Scorpione: ita quoque Britannorum ac Normānorū sagittæ nobis non scorpiones nocuerunt, cū viuferam penè Galliam bellis ciuilibus iactatam, occupauissent, ac nostros exercitus sagittis concescissent. Hę igitur Cardani disciplinæ si locum habeant, rerum naturam conuelli & labefactari oportet: tum plaga Aquilonis ad Austrum converti, ac pro Germanis audacibus, molles Aegyptios: Afros bellicosos, pro ignavis hominibus nati. quid si Cardanus, stellas permutatis locis signorum vim confundisse putat, quid fiet Ptolemeo cuius ipse indicia de syderibus tantopere probavit? quid ipsi Cardano, qui veterum apotelesmata sūt auctoritate alibi semper confirmavit? quinetiā, vt de multis vnum exēplum afferam, Sleidanus scribit in ecclesiastica historia, Carolū V. Imp. Iisdem kalēdis quibus natus erat, Imperatorē creatum fuisse: Francicū regem Gallorum cepisse, de Germania triumphasse. habuit autem in ortu Capricorni fidus, vt Cardanus continet, quo sydere natus erat Augustus, qui propterā numum felici sydere Capricorni percussit: hoc enim voluit Horatius, cū Herpestix tyrānum Capricornum appellauit, quo loco

loco interpres omnes lapsi sunt. Eodem sydere, Cardanus natum scriptit Carolum Burbonium, Cosimū Medicēm, & Selimū principem Turcarum, qui vii. kalendas Septemb. eodem mēse quo M. Antonium Augustus viscit, id est, sextili: regem Persarum Hismaëlem in Calderanis campis fregit: biennio post iisdem kalendas Campionem Sultanum de imperio deicit. iam vero cōstat ab Augusti temporibus ad Selimum & Carolum V. omnia sydera locum mutasse, & gradus septendecim percursisse. Capricorni tamen vis eadem est. nam Augustus, Carolus V. & Cosimus Medicēs, anno decimo nono imperium acceperūt. quis igitur populorū mores, & cœlestium corporum vim putes, à triplicitatū ratione duci, cū syderibus permutatis, non immutetur natura? quod ethi antea planum fecimus; planus tamen & illustrius erit, si quis à Ptolemei téporibus, vel etiam à Cæfare maximas planetarum coitiones (inferiores omitto) cum historia coniugat, nihil autem illustrius est in historia quān bellarū motus, & quoniam Scorpioni Martē præesse aiunt, in eo sydere coierēt planetæ superiores, cū inter Pópeium & Cæfarem ciuiila bella toto terrarum orbe exarierent, imperij verò ac Reip. cōuerio in Europa cōtigit, quam tamen Ptolemaeus, Ariet, Leoni, ac Sagittario subiecit; Africam Scorpioni, Piscibus



Piscibus & Cancro. eadem coitio in Scorpione contigit anno D.C.XXX. quo tempore Arabes ex Afia desertis erumpentes , vniuersum penè terrarum orbem armis domuerunt , nouas leges tulerūt , religiones confuderunt , imperia Periarum deleuerūt ; postremō lingua Graecam , Latinam , & Persicam , in Asia & Africa sustulerunt . hec autem mutatio in Australi Afia contigit , quām Ptolemaeus , Tauri , Virgini & Capricorno subesse putauit . eadem coniunctio incurrit , in annum M. CCC. LXXXIIII. cūm repente Italia , que diuturna pace conquerierat , tūn suis , tūn Gallorum & Hispanorum armis est obsessa : quāz bellorum calamitas Hesperides insulas & nouum orbe inauisit . tūn verò inaudita morbi iues ab Hispanis inuecta totam Europam populari cepit . conuerſiones verò maximae quā ad Africam pertinebant , in Europa & America contigerunt . Rufus anno Christi LXXXIIII. idem Planetæ in Sagittario coierant , cūm Octo , Galba , Vitellius , & Vespasianus imperium Romanorum perturbarunt . nusquam tamen grauiora bella quām in Palestina , nec maior clades quām Iudeorū , quos Ptolemaeus Scorpionis subjecit . & cūm anno Christi CCCC. XX. planetæ in Aquarium incurrissent , repte legiones Gothorum ab extrema Septentrionis plaga in Europam influentes Romanorum

norum imperium opprefserunt . Orientalis Afia quieuit , quam Aquario Ptolemaeus obli- garat . rufus in eodem Aquarij sydere coierit anno M. CCCXLVIII. quo tempore Germania maximo terræ motu ; Appulia bello concussa : & sacravles ab ortu verius occiduum serpere ceperit , ac totam Europam infestare , quā tamē nihil habet cum Aquario communie , vt ipi volunt . eadem triaectio recurrit anno CCCXI. in sydere Capricorni , quem Afia meridionali tribuunt . fecuta est trium Imperatorum & legionum Romanarum maxi- ma strages , cūm Imper . Constantinus contrā Senatus P.Q.R. voluntatem vi & armis imperium inauisit , totiusque imperij Romanij leges , & Rēpublicam paulo momento con- vertit , omnia tamen in Europa : quāz si Ptolemaeo credimus , nihil ad Capricornum , nec rufus ad Pices : in quibus tamen coniunctio magna contigit anno Christi M. CCCCLXIII. quo tempore tyrranides ac bella ciuilia totam Europam inuaferunt . Eduardus II. Henricum Anglie regem necauit . Zadamachus Taratorum princeps , à suis regno deieclitus , ad Lituanos fugit . eodem tempore , coniuratio Prutenicarum urbium facta est : Fridericus Imperat. à suis Viennæ obseissus : Ludouicus XI. Galliz rex , principum coniuratione penè oppressus : Florentia maxima seditiones : Sa-

P xonix



126
xoniæ quoque vrbes cum dubiis Brunfusciens
suum bella gesserunt : Scander Albanicæ dux à
Turcis defecit , cōsque magnis cladiibus affi-
xit , nihil tamen in Africa gestum video . co-
dem in signo coito facta est ann. M. D. XXIII.
quo tempore Gallia bellis ciuilibus , Germania
verò tota nobilium ac plebeiorum inter se
concurrentibus , armis fædissimè quasifata est .
Rex ipse Gallorum ad Papiam captus : ac Ro-
ma paulò post ad Hispanis , Rhodus à Turcis
est expugnata . tum cluuiōnes aquarum maxi-
mæ , quibus orbem terrarum inundatum ini-
prædixerant : nihil tamen in Africa gestum ac-
cepi . sed in finitum sit omnia perlequi . Quare
cum magis illarū traiectiones , retum conuer-
sionem , varijsque bellorum motus significet ,
nec tamen vilius obseruatione cognitum , aut
disciplina perceptum sit , quæ quaque regio-
nem signa fixa magis afficiant , nihil certi de
eo genere statui potest ex illorum præceptis .
tamen si non dubito , quin obseruatione diutur
na disciplina certior confitui posset si quis su-
periorum temporum historias , & coitiones
ad initia recurrendo colligere velit . verbi gra-
tia ex Polybio intelligi potest Olympiade cen-
tesima quadragesima rerum omnium quasi con-
uersiōnem quandam contigisse , atque iisdem
temporibus Philippum iuniorē Macedoniam ,
Achæum Afiz minoris , Ptolemaium Philopap-
torem

127
torem Aegypti , Annibalem Carthaginēsum ,
Antiochum Syrię , Lycurgum iuniorem Lace-
demoniorum imperio simul successisse : ac sub-
inde Romanis aduersus Poenos , Antiocho in
Ptolemaum , Achæis & Philippo contrā La-
cedemonios & Atolos bella grauissima in-
tercessisse . confimiliter ex Diodoro & Iustino
colligemus , feruila bella iisdem temporibus
in Sicilia , Gracia , & Asia contigisse . & codem
momento , Spartacum latronem fugitiuorum
armis Italiani inuafisse , quo Pirates Mediterranei
maris imperium occuparunt . ruslus liber-
tate feruis à Muhamed proposita , Christianos
quoque feruos ad pileum vocasse , vt paulò
post nulla ferè vestigia seruitutis extarent . con-
trà verò tyrranides iisdem pene temporibus
orbem terrarum infestasse , cùm Muhamedes
magius duos Imperatores & quatuor Reges
fregit . Ludouicus xi. Gallorum Rex , omnium
primus , suos seruitute opprimit : Christiernus ,
Succos miserabilis tyrrannide affixit : Za-
damachus , Tartaros : Eduardus 111. cœlo
tege , Anglos : Circassij Memmeluchi , A-
gyptios : Vslumcaßanuſ , Perſas : Pandusus ,
Senenfes : Franciscus Valorius , Florentinos :
Ludouicus Sforzia , Mediolanenses : Ioan-
nes Bentiuſius , Bononienses : Baleo , Peru-
finos . Idem quoque de litteris ac discipli-
nis relinquitur iudicandum . simul enim ac



semel doctorum hominum magnavis eripit.
deinde quasi extinta memoria litterarum
rufus in lucem alij prodierunt. nam Plato,
Aristoteles, Xenocrates, Timaeus, Architas, I-
socrates, & oratorum ad poëtarum infinita
multitudo simul floruit: longo post intervallo,
Chrysippus, Carneades, Diogenes stoicus,
Arcelias in lucem venerunt. rufus eadem atra-
te Varro, Cicero, Liuinus, Sallustius; deinde Vir-
gilius, Horatius, Ovidius, Vitruvius clarue-
runt. nec ita pridem Valla, Trapezuntius, Fici-
nus, Gaza, Beffario, Mirandula simul florue-
runt. Si quis igitur collectis rerum memorabili-
bus locis ad ea tracieiones maximas accom-
modarit, & regiones afficit, aut Republicas
mutari perfixerit, tunc scientiam de morib-
& natura populorum efficiet pleniorēm;
tum etiam de omni genere historiarum, mul-
to verius ac melius judicabit.

DE

De statu Rerum publicarum.

Cap. sextum.



VM HISTORIAE magna sui
parte in Rerum publicarum sta-
tu & conuerzionibus explican-
dis posita sint, consequens est
ad consummatam historiarum
rationem initia, status, & exiūs imperiorum
breuiter explicare: præsentium cùm nihil sit in
toto historię genere magis frugiferum ac fru-
ctuosum. cetera quidem ad agnitionem animi
pulchritima, & ad conformandos cuiuscumque
mores valde præclara indicantur: que vero de
ciuitatum initis, incrementis, statu, inclina-
tione, ruina, percipiuntur ab historicorum le-
ctione: non singulis modo, verum etiam uni-
uersis adèo necessaria sunt, vt Aristoteles nihil
efficacius putet ad hominum societas stabili-
endas ac retinendas, quim Reipub. moderan-
da scientia informari. de qua tamen tam varię
sunt magnorum virorum, tamque discrepan-
tes sententiae, vt mirum videri debeat, tot facu-
lis neminem adhuc constituisse, quis esset op-
timus ciuitatis status. etenim Plato cùm mul-
lam Reipublica gerenda scientiam esse puta-

P 3 ret



ret, aut ita difficultem ad intelligendum, vt eam nemo caperet; legum tradendarum ac ciuitatis bene instituendi rationem hanc animaduertit; vii prudentes omnibus omnium Rerumplicarum moribus ac legibus collectis, eas inter se cōpararent, & ex his optimum Reipublice genus consilarent. quod quidem confitum, Aristoteles, quod eius fieri potuit, secutus videtur, non tamen affectus. post Aristotelem, Polybius, Dionysius Halicarnassaeus, Plutarchus, Dio, Tacitus (eos omitto, quorū scripta interciderunt) multa de Repub. præclarē & grauiter in historiis dispera reliquerunt. multa quoque Maciaellus, primus quidem, vt opinor, post annos mille circiter ac ducentos quam barbaries omnia cumularat, de Republica scriptis, que omnium ore circunferuntur: nec dubium est, quia multo plura verius ac melius scripturas fuerit, si veterū philosophorum & historicorum scripta cum viu coniunxisset. hoc quidem illi desuissit Iouius tradit, & res ipsa loquitur. hunc fecuti Patrius. Th. Morus, Rob. Britanus, Garimbertus, multa grauiter & copiosè, de serendis moribus, de sanandis populis, de principe instituendo, de legibus stabilendis: leuiter tamen de statu; nihil de conuersationibus imperiorum: & ea que Aristoteles principum σοφίαν, seu ϕρόφια; Tacitus imperij arcana vocat, ne attige-

attigerūt quidem. alii aliquot Rerumpublicarum imagines puras, nulla subiecta ratione, vellut historiā ob oculos posuerunt. excipio Contarenum, qui Reipub. Venetę formans, quam ipse omnium pulcherrimā iudicabat; non modo ad intuendum proposuit, sed etiam ad imitandum. atque hi ferē sunt quorum de Republica scriptiones habemus: qui tametsi tam accūtē quād decuit eo de genere scripsissent, nihilominus ea breui methodo complecti necessarium ducerent: quanto magis si à multis multa desiderantur? Quamobrem vtile visum mihi est, ad eam quam instituto methodum, philosophorum & historicorum de Republica disputationes inter se & maiorū imperia, cum nostris cōparare, vt omnibus inter se collatis, vniuersa Rerumpublicarum historia plauis intelligatur. hunc etiam fructum ex ea disputatione feremus, quod que leges in regia potestate, que item in populari & optimati statu necessariæ sint (hāriū enim legum tam magna varietas est, quam Rerumpublicarum) facilius intelligemus. Sed ne plus auctoritatis in disputando, quād rationum momenta querantur, priū Aristotelis definitions de ciue, de ciuitate, de Republica, de summo imperio, de magistrato; que sunt huius disputationis fundamenta, necessarii arguments refellendz sunt, deinde nostram de singulis opinionem



132
nionem explicabimus, & inneteratū errorem de statu temperato reiicieimus: tūm de tripli- ci Republica suo ordine dicemus: postea de cōuerzionibus imperiorum: postrem de opti- mo statu. Cūm definit Aristoteles, iudi- ciorum, magistratus, & consilij capienda po- testat, quam definitionem populari tantūm imperio conuenire fatetur. sed cūm definitio debeat esse vniuersorum, nullus Aristoteles iudicio ciuis erit, nisi natus Athenis, & eo tempore quo Pericles: ceteri in sua ciuitate ex- uxiles aut peregrini, qui ab honoribus, iudiciis, & consilio publico prohibentur. quid igitur sicut Imperatori Antonino, qui omnes homi- nes liberos monarchie Romanę finibus com- prehensos, promulgata lege ciues Romanos esse iussit? nam si Aristotelē credimus, peregrini fuerunt sublata populari potestate. que o- piniones cūm absurdæ sint, ac ciuitatibus per- niciose, & illa ex quibus sequuntur absurdæ vi- dēri necesse est. atque hac Aristotelē senten- tia, Contarenum, Sigonium, Garibertum, ac plerisque alios impulsi in errorem: nec du- biūm est quin multis ciuitatibus bellorum ci- vilium magnam præbuerit occasionem. quid si ne populari quidem Reipublice congruit ci- uis hęc ab Aristotele allata descriptio? nam A-thenis, vbi Reipublica maximè omnium popu- laris fuisse dicitur, quarta classis infimorum

Quid ciuis

ac

133
ac tenuissim, id est, populi pars longè maxima, lege Solonis, ab honoribus, à Senatu, à magi- stratum fortione arcebatur, vt Plutarchus scribit. Idem magistratum definit imperio, iurisdictione, & consilij capiendi iure. ex quo innuit cum qui adeptus sit ea que ciuis adi- sci potest, appellari magistratum, vt ciuis ap- titudine tantum ac potestate; sed ne subtilius agere videamur, quisnam igitur in Republica magistratus ista ratione dici poterit, cum tan- ta magistratum paucitas ad consilium admittatur? nam vbiique ferè imperio ac iurisdictione caret Reipublicæ Senatus, & ea que decernit, non prius vim habitura sunt, quām à po- pulo, vel optimatibus, vel principe lanciantur, vt postea planum faciemus. sed quid argumen- ter, cūm ipse Aristoteles multa genera magi- stratum extremo libro enumeret, qui nec im- perium, nec iudicium, nec consilij capiendi ius vilium habent? Cūm verò Rempublicam ciui- tatis ac magistratum descriptionem vocat, sicut ciuitatem Republica priorēm facit, vt ci- uitas sit quādam hominū multitudine sine ma- gistratibus & imperiis; Respublica verò ciuiū ac magistratum descriptio, sed si plures v- num in locum coeant sine legibus & imperiis, si nemo rem communem que nulla sit, sed priuatam quisque tueatur, si nullæ pœna sint improbis, nulli premia bonis constituta, nam



nam ciuitatis imago existere potest? hæc igitur congregata multitudo, non ciuitas debuit, sed *areopax*, vel aliò quam ciuitatis nomine vocari: cum ciufmodi homines *ἀπόλιτοι* sint, vt est apud Homerum, *ἄθεματοι*. Iam verò summum imperium, quod ipse *κύρος τοῦ ιτεμάτου* vocat, & *κυρίας ἀρχής*, in quo veratur maieftas ac Reipublicæ statutus, nusquam definit. nisi putemus id voluisse, cùm tres omnino statuit Reipublicæ partes; vnam in consilio capiendo: alteram in crendis magistratibus: postremam in iurisdictione. sed imperium quod summum dicitur, ciufmodi esse debet, vt nulli magistratus tribuatur: alioqui sumnum non sit, nisi populus aut princeps imperio se penitus isolaret. is autē cui sumnum imperium dabitur, nisi precario detur, non iam magistratus, sed princeps erit. consilij verò de Republica capiendo ius, etiam priuatis conceditur, & iurisdictione minimis quibusque non pertinent igitur ad summum imperium. itaque nulla pars est ex his tribus, in qua imperij summi maieftas clucere possit, praterquam in magistratum creatione, quæ folius principis est, vel populi vel optimatum pro ciuitatis cuiusque statu, at multo magis ad summum imperium pertinet, leges iubere ac tollere: bellū indicere ac finire, extremum ius provocacionis, vitæ denique ac præniorum poter-

potestatem habere. quod si demus Aristotelem noluisse summum imperium, sed Reipublicæ administrationem significare: illud quoque fatendum erit, nusquam imperium summum ab eo definiri, nec omnino Reipublicæ statutum, quia status in summo imperio versatur. gubernatio verò ipsa Reipublicæ, que longe late patet, breuius fortassis & commodius, decretis, edictis, & executione definitur. quatum nihil est, & his tribus omnia Reipublicæ munera, imperii magistratus, honores continentur. verbi gratia; Senatus bellum decernit; princeps edicit; milites exequuntur. in iudicis, decernunt etiam priuati iudices & arbitrii: ubent magistratus: exequuntur apparitores, quæ sapientib; ab uno & eodem, cùm igitur decernant & edicant magistratus, non posse sunt edicta, quæ Latini iulla, & imperia vocant, *τὸν κύρον τηλένεα* significare: multo minus decreta vel executiones, in quibus iurisdictionis consilit. Quæ cùm ita sint, certiora principia, si modò fieri potest, ac magis explorata, quām quæ hacenus allata fuit, quæramus. Sic igitur statuo familiâ aut collegium Reipub. veram imaginem effici: & quemadmodum in vnius hominis solitudine, familia consistere nequit: ita nec Respublica in una familiâ, vel in uno collegio. quod si plures iidem tecis continetur, nec tamen alter alteri paret



pareat aut imperet, nec vnu omnibus, nec singulis pauci, nec singulis viuieris, non poterit familia vel collegium sibi constare, quod non aliter quam imperio domestico retinetur. contraria vero si plures, puta vir, vxor, liberi, serui; aut plures collegae eiusdem imperio priuato, ac domestica potestate retineantur, familiam aut collegium efficiunt: modo tres in collegio persona fuerint, ut Neratio placet, in l. Neratius. de verb. signific. & in familia tres personae cum matre familias imperio patrisfamilias subiiciantur: ut voluit Vlpijan. in l. detectatio, de verb. signific. si eius verba cum Apuleij oratione coniungamus. is enim quindecim personas populum constitueri scribit: id est quinque collegia vel tres familias: si enim familia quinque personas, collegium tres complectetur. tres ergo plures familie, aut quinq; plurare collegia Rempublicam constituant, si legitima imperij potestate simul coniungantur: si familie, vel collegia a se inueni diuina sint, nec communi imperio coerceantur, *avapxu* debet non Rempublica vocari: nec refert vnu eodem in loco familie coeant: an locis ac sedibus se iungantur, non aliter atque familia dicitur eadem, tametsi paterfamiliae scorum a liberis & seruis, aut hi a se inueni locoru interullo distant; modo patrisfamilias imperio legitimio ac moderato coniungantur. mode-

ratum

ratum dixi, quia hoc maximè differt familia à Republica, quod hęc summum & publicum, illa moderatum & priuatum imperium habet. ita quoque Rempublica dicetur eadem ex pluribus cōflata familias, etiam si locis ac sedibus a se inueni diuellatur, modò sint in eiusdem imperij tutela: siue vnu imperet omnibus: siue singulis viuieris: siue pauci viuieris. Ex quo illud efficitur, ut Rempublica nihil aliud sit, quam familiarum, aut collegiorum sub vnu & idem imperium subiecta multitudine: cuius autem qui communī libertate fruuntur, ac imperij tutela, nam quod Tullius Rempublicam definit, hominum multitudinem bene vivēdūcaū sociatam: finem quidem optimum significat, non Rempublica vim & naturam. hęc enim definitio, pertinet etiam ad cœtus Pythagororum, & eorum qui bene viuendi causa timu coeunt: non tamen Rempublicę dici possunt, fine magna Rempublicę & collegij cōfusione. præterea sceleratorum quoque talia sunt, non minùs quam virorum bonorum, quia non minùs homo est sceleratus quam bonus. idem quoque de Republica iudicandum relinquitur. quis enim dubitat, quin maxima queque imperia sint a latronibus vi constituta? Hęc igitur Rempublica definitio à nobis allata, pertinet ad vicos, vrbes, ciuitates, & principatus, quantumvis latè pateant, modò eiusdem



eiudem imperio coercentur . neque enim locorum angustiis, vel amplitudine Respublica describitur : vt neque magis animal est elephas quam formica, cum utrique mouendi ac sentiendi vis insit : ita non minus Respublica dici debet Rhagusia vel Geneus , quarum dominatus penè in omnibus ipsis concluditur, quā Tartarorum imperia, quae iisdem regionibus quibus solis cursus definuntur . itaque absurdum est quod Aristoteles ait ; nimis magnam multitudinem hominum , quanto fuit Babylonie, gentem esse non Rempublicam . at nullum est imperium commune gentium inter ipsas , neque verò lex vla : Babylonij autem non solum iisdem imperiis , magistratibus , ac legibus , sed etiam in omnibus continebantur . quid igitur Respublica nisi hoc est ? Obscurus tamen videtur quod Cicero alicubi Rempub. definit eorum multitudinis iuris consensu & utilitatis communione sociatum : quod quidem si admittatur , non sat erit ciues eodem imperio , nisi legibus iisdem simul deuincentur . sed absurdum sit imperium Turcarum , quod populos habet nulla iuris societate sibi cohaerentes , Rempublicam non esse , cum iisdem magistratibus & imperiis , simul coniungatur . erit autem Respublica vel anarchia : non hoc illud igitur . Ex quo sequitur Républicam eodem imperio definiti : ciuitate imperio ac iure :

lure: urbē autem , quę nō solām imperiis ac legibus , verum etiam in omnibus iisdem firos ciues amplectatur . itaque vrbis vicos ; ciuitas pagos , interdum etiam vrbes & oppida modò iuris societate coniuncta ; principatus siue diuina , vt amur hoc verbo , plures ciuitates ; Respublica denique velut genus hæc omnia complectitur . sic enim Caesar ; Omnis , inquit , ciuitas Helvetia in quatuor pagos divisa est . & Cicero Tufculum municipium Romana ciuitate contineri dixit : alter quām Barcolus , qui ciuitatem muris definit , in vrbis appellatio . de rerum & verborum significatione . & ad legem municipalem , municipem genus ciuius appellauit , nec ratione , nec auctoritate cuiquam adductus . Nam Cenforinus apud Appianum in Lybico respondit legatis Carthaginensium , fe vrbem quidem Carthaginis deleturum : ciuitatem vero Carthaginis ac ciues suis legibus videntur ; id quod Romani pro miserant relieturum , nec ciuitatem ipsam in muris aut area confistere . quemadmodum igitur maior est eorum coniunctio , qui sunt eiudem vici , quam vrbis : ita maior est eorum propinquitas , qui sunt eiudem vrbis quam ciuitatis : quod non modò imperia , iudicia , leges , instituta ciuibus inter se communia , verum etiam vrbis ipsius tutela , forum , fana , porticus , viae , theatra , sacrificia , multæ-



multaque cum multis amicitia rationeque communes sint. ut cum Roinana Republica ex Albanorū tribus omnino millibus coalifet in eodem agello, primū Antennates, Camerinos, Crustuminos, Sabinos; post etiam Albanos viatos partim eadem ciuitate: partim iisdem agris & moenibus excepti: cùm autem Tufulanos, Aequos, Volicos, Hernicos, bello fregisset, non in urbem aut agrum Romanum, propter loci angustias, sed tamen in Rempublicam admissit, & salvi eorum legibus, honores & magistratus capere voluit: qui ciues eodem quo alij nomine; propriō municipes: incolae autem agri Romani verius Quirites dicebantur, quorum fuit conditio melior. hinc illi M. Scauri vox ad aium Ciceronis, quod Arpini quam Roma viuere maller; Vtinam M. Cicero isto animo atque virtute in summa Republica, quam in municipali viuere maluifess. huius nepos orator, non modo in vrbe domicilium quefit, sed etiam domum quinquaginta millibus aureorum aſſinamatam: nihilominus tamen nouis homo, & peregrinus est ab aduersariis appellatus: nouis quidem; quod primus in sua gente honores effet a deputis: filius nobilis; quia patrem nouum habuit: ille peregrinus contumeliosè dicit, quod Arpini effet, non in agro Romano natus. Ex quo existit illud, variae ciues à Latinis vñpari, ac ciues

ues

ties urbanos meliori condizione fuisse quam ciues coloniarum, quia tametsi legibus, moribus, & imperiis iisdem vterentur, non tamen iisdem agris & vrbe, à qualux imperijs & immunitates quarebantur: ipsa vero municipia deteriora fuerunt olim conditione quam coloniae, propter generis ac fanguinis Romani dignitatem. nam pro beneficio datum est municipiis ius coloniarum vñque ad Tyberij tempora, quibus municipia repudiariunt vltro ius illud, ac fuis legibus ac moribus quam Romanis vti maluerunt, vt est apud Gellium. itaque ciues quidem fuerunt eiusdem Reipublicæ, non tamen eiusdem ciuitatis: sic igitur interpretari debemus legem Iuliam, qua Romani bello sociali ciuitatem omnibus focus communicarunt; non quod anteā ciues non essent, cum omnes iisdem imperiis tenerentur, sed ab honorum petitione arcebantur. postea ius illud Italii omnibus dari cepit. deinde coloniae, quas Vlpianus complexus est: titulo de censibus, ius Italicum habuerunt. reliqui populi partim vectigales fuerunt, qui à Pliniis enumerantur: tametsi aliud ab ipso momento concepsum est: partim liberi, qui sūg Reipublicæ dignitatem tuebantur: vt apud nos Albii, Melci, Bituriges, Santones, Tarbelli, Arverni, Nerui, Verunni, Vlbanecces: apud Græcos, Athenienses, Lacedæmoni, Thessalonicenses;

q

post



post etiā tota Achaia beneficio Neronis: par-
tim liberi ac scederati, qui iure ciuitatis hono-
tario fruebantur: vt Malilienses, Hedui, Rhe-
ni, Cauratani; non tamen re vera ciues, quia
Romanorum imperiis non tenebantur. cum
scilicet integro iure libertatis ac immunitatis
fruerentur. Achēis, inquit Seneca, Rhodius &
plerisque vrbibus claris ius integrum liberta-
temque cum immunitate reddiderat Roma,
ipfa tributum spadonibus M. Antonij pende-
bat. & Plinius libro x. epist. v 1. familiari suo
Aegyptio, ciuitatem Alexandrinam & Ro-
manam impetravit. quod igitur Liuium libro
XXIIII. scribit, eos qui Puteolos, Salernum,
& Buxentum deduci fuerant coloni, cum se
pro ciuibus ferrent, iudicatos a Senatu non e-
st̄e ciues: hoc pertinet ad ius sufragiorū, & ho-
norum petitionem, quo nihil manus ac melius
ciui dari poterat: monū quod ciues non escent:
alioqui peregrinos sūile fatendum sit. quod e-
tiam Boētius ad Ciceronem tradit, ciues Ro-
manos medium capitū diminutionem pati,
cum in ciuitatibus Latinas deducerentur, & ciui-
tatem amittere: hoc est ius sufragiorū, domi-
ciliū, sacra, tribū: ius autem honorum,
magistratū, ordinis, nexorum, dominij man-
cipi, testamentorū, conubiorū consequē-
bantur municipes & coloni, sed alius alio plus.
quod si equo iure omnes vterentur, nemo cui-

us haberetur, nisi qui in genaus Romæ natu-
s effet. at vbiique apud Liuium & alios scripto-
res ciues etiā appellantur, qui habuerunt ius
Quiritium, quod multō deterius erat: vel etiā
Municipū, vel ius Latii, vel coloniarum La-
tinacum; quæ Romanis coloniis iure inferio-
res erant: vel ius Italicum, quod item duplex e-
rat in Italia & prouinciis, vt planum sit in titu-
lo de censib⁹. quod si appellatio ciuis in om-
nes valer, falsa est illa definitio quæ ciues om-
nes honoribus, suffragiis, consilis, iudiciis,
ac tributorum immunitate metitur. p̄-
fertim cum lex Iulia de ciuitate fociis omni-
bus ciuitatē dederit: tūm etiam lex Anto-
niū Pii de statu hominum his verbis conce-
pta; In orbe Romano qui sunt ciues sunt Ro-
mani: non modō socii, sed proutiū omnibus
ciuitatē communicari: neque tamen
prouinciales Italī, nec Italī præfecturas mu-
nicipiū, nec municipes Italos Latinis, nec La-
tinos municipes colonis Latinis, nec Latinas
colonias Romanī coloniis, nec Romanas co-
lonias Quiritibus, nec Quirites Romanis æ-
quauit, vt falso plerique putant. cur enim ius
Romanum Italicū & municipale, iuri con-
fulti tam accuratē interpretarentur? nam Sc̄
uola, Papinius, Paulus, Hermogenianus,
Marcellus, Modestinus, floruerunt post Anto-
niū Pium, qui hanc legē tulit: fallit enim



Onuphrius, qui latam putat ab Antonino Cāracalla, ut planum sit ex Authent. LXXVII. præterea falsum est: quod Dio scribit, Alexandrinus à Seuero concessum esse ut Senatores fieri possent. quid igitur, dicet aliquis, lege Iulia focus datum est, si iam libertate & imperii tutela frueretur? cur pro cinitate adipiscenda tandu bella gererunt? hoc scilicet, ut honores petere, ac sufragium in comitis ferre possent. hoc ius Romanæ cinitatis appellant optimum, alii honores petere, non tamen sufragium ferre licuit: alii neutrum, sed tamen iure priuato Romanorum vtebantur, quo alii carebant, liberi tamen à vestigialibus erant: aliorum alia iura sunt à iuri confulatis explicata, longum est percenferre. lege vero Antonini, prouinciales quoque omnes Romani generis, nobilitatem adepti sunt, sic enim Justinianus scribit: ut postea magistratus parem in eos iurisdictionem habent. cū antea ciuius libera prouocatio Præfidi omnem adimeret cognitionem. cū enim D. Paulus, cuius pater ius ciuitatis emerat, in capitali causa Cæsarem appellasset, tum Felix Syria Präses; Poterat, inquit, hic homo liberari, nisi appellasset Cæsarem. & Plinius secundus ad Traianum scribēs de Christianis, Qui ciues erant anno tali in verbem mitendos. neq; solum in Republica Romana, sed vbique discrimen illud ciuiuum repe-

riens.

siemus. Romæ quidē in iisdem meenibus fuerunt patricii, equites, plebei. apud veteres Aegyptios, facerdotes, milites, opifices, vt scribit Diiodorus: apud maiores nostros, Druidæ, equites, agricolæ: nunc facerdotes, nobiles, plebei. apud Venetos, nobiles, citadini, plebei. apud Florentinos olim, grandes, populares, plebei: & popularium tres ordines: potentiores, mediocres, infimi. Plato quoquis, custodes, milites, agricultorū conflituit: omnes vbique iure, legibus, munib⁹, sufragiis, honoribus, privilegiis, conditione, immunitate aut re quam piam à se inuicem diuisi. omnes tamen sunt Reipub. ciues, veluti membra corporis eiusdem. recte enim Augustinus: Dicente pes, non solum oculus, non igitur de corpore? igitur valde absurdum debet videri, pace dicam Aristo-telis, eiusmodi ciues, partim ciues esse, partim peregrinos. cum enim rei descriptio & rei appellatio congruere debet. Sed obscurius est quod ait Cicero: neminem sui & Romanæ ciuitatis ciuem esse potuisse, apud Graecos tandem licuisse. ego vero putem eandem esse omnium rationem, & Ciceronis dictum de ciuib⁹ duarum ciuitatum, ad ciues honorarios pertinere. sic enim pro Cornelio Balbo: Multi etiam superiore memoria ciues Romani sua voluntate indemnati & incolumes, his rebus relictis, alias se in ciuitates cotulerunt. & pau-



lò post: O iura praelata, ne quis nostrum plus
quā vnius ciuitatis esse posset: ne quis inuitus
ciuitate mutetur, neū in ciuitate maneat in-
uitus. quid Hermogenianus interpretatur in
I. municipes, ad legem municipalem: vt alte-
rius quidem ciuitatis necessarius, alterius sit
honoriatus ciuius. alioqui fatendum erit, eun-
dem ciuem diversis imperiis ac iussis simul ac
semel obligari, quid aburdum sit, quid enim
facturus est si alter iubet, prohibeat alter?
quod igitur Vlpianus ad legem municipalem
manumissum diuturnum ciuitatum, ciuem effici
posse tradit, ad eam quoque pertinet interpre-
tationem. cum autem vna ciuitas alterius im-
perio gubernatur, vt olim praefecturae, im-
perialae, forae, conciliabula, municipia, prouincia
imperio Romano tenebantur, suorum quis-
que ciuium decretis parere cogebatur, salua
tamen imperij Romani maiestate: vt collegae
statutis collegij obligantur, salua Republicae
dignitate, ex antiqua legi Solonis qua est in I.
vit. de collegiis. quod autem Romanis, idem
populis omnibus video licuisse; vt dimissa ci-
uitate propria, possint alienā sine fraude vflor-
pare, si modo recipiantur. Anglos excipo, qui
excedere patria non audent iniulsi, vt ex ipso
comite Rotelado, non modo generis splen-
do & opibus sed etiā virtute clarissimo, didici.
vt enim ad beneficiarij seu fidelem cōstituen-
dum,

dum, necesse est vt ea conditione natus sit, aut
si alteri suam fidem obligare velit, necessarius
est imperantis & obsequentiis consensus: ita
quoque ad ciuem constitendum, satis est
vt eius imperio, in cuius finibus natus est, ac-
quiescat (acquiescit autem si non aperte dissen-
tit) aut si alio se transferat, necesse est antequā
ciuius dicatur, vt se alterius imperio subiciat &
recipiatur: quod quidem si factum erit, postli-
mino redire non potest, quia ciuius alienus fa-
ctus est, & sui ciuitatis peregrinus, vt in curia
Parisorum iudicatum memini. quare in causa
Mácini, qui deditus hosti fuerat, ab eo tamen
repulsi, indicatum est ciuem esse non desili-
se: tametsi Tribunus plebis è Senatu iufferat e-
duci veluti peregrinum. peregrinos igitur à
ciuibus has ratione potissimum distinguem⁹,
quod h̄i vel patria imperii acquiescant, vel a-
lienō imperio se subiciant & accipiantur: illi
quid nec originis imperio acquiescent, nec se
aliis dediderunt, aut cum se dedidissent repulsi
sunt. reliqui sunt federati, aut hostes, aut neu-
tri. Sribit enim Appianus, se multarum gentium
legatos Romæ vidisse, qui se suāque Ro-
manorum potestati permitterent; ab illis ta-
men repulsa tulisse. ac tametsi ius peregrinis
dicitur æquè ac ciuibus, propter eam qua est
homini cum homine rationis societate, mul-
tāque liberaliter communicantur, vrbis domi-
nium,



ciliū, sacra, forum, via, theatra; nullum tamē est imperium in illos, nisi scelere paetōne se obligarint: nec ad munera cogī possunt, nūi vbi suarum fortunārum domiciliūm collocarint, vt iuris consulti tradunt. Veneti annos XIIII. exigunt, vt in urbe habitat̄ peregrinus, priusquam efficietur ciuis: nec tamen honoribus fruiatur, sed collegiorum societate & imperiū tutela, quod autem ciues sunt, qui originis imperio acquirescunt, tamēt ex peregrinis nati, planū sit ex omnibus omnium gentium moribus & institutis. amplius etiam Germani, qui eos admittunt ad honores, non item Veneti, nec veteres Romani, nec Athenienses; nisi quis vtroque parēt̄ ciue nasceretur, vt eft apud Plutarctum in Pericle, qui legem solit p̄versus abluat̄ & ērav̄t s̄c̄ in dñis aſſez̄, ior 2490̄, & apud Linii, vbi agit de iis qui ex ciuitib⁹ Romanis & Hispanis mulieribus nati erant. apud nos, qui ex peregrinis parētibus naſcitur, aequo iure ciuis est, ac si ex ciuitib⁹ naſce retur: & bonis parentum peregrinorum (que nō modō nostri, sed etiam Britannorū ac Turcarū legibus fisco vindicantur, nisi liberos in ipa Gallia legitimos suscepissent) liberē frui poteſt: illud etiam magni ponderis est ac momenti, quid peregrini iure omnium gentium imminentē bello possunt expelli, ciues etiam ab iniustis possessoribus iure vindicari. tamēt reges

reges Abissinorum ac Moschouitarum peregrinos contrā ius gentium inuitos retinere, ac liberaliter fouere dicuntur. Sed hac vberius in libro de decretis discerimus. Ex quibus perspicuum fit, definitionem ciuiis ab Aristotele inuectam, Contareno, Sigonio, Garimberto, Soderino probatam, confitente nullo modo posse. Sed vt omnis ambiguitas tollatur, quē potest, vtrū federate inter se ciuitates Rem publicam efficiant eadem, puta ciuitates Helvetiorum, & Balticæ vrbes. id quidem Leandro Mutio ac multis ſepe vñfum eſt: quod Helvetii arctiflmo inter ſe federe sociati sunt, habent praterē certus eſdem, Badenſe opidum, & pleraque loca inter ipsos cōmunia, quò magistratus communies mittunt. fed hebre commercia mutua, rerum contraētarum fidem, iura coniubiorum & hospitiū; denique magnam amicitiam cōmunionem, efficerē non poſſunt vt vna ſit & eadem Respublica: alioqui Gallorum quoque, & Hispanorum, quibus ſunt hæc inter ſe communia, Respublica eadem ſit: quod falso eft, non etiam ſi legibus iūdēm vtat̄, vt olim Romani, legibus Grecorum acceptis: non denique ſi tanta ſit federris inter iplos coniunctio, vt eſdem hostes persequantur, eſdem amplectantur amicos: vt ſepe ſit inter principes, ſumma conſpiratio- nis fide & conſenſu. reſtat igitur ea quām di- cebam



cebam imperii societas & coniunctio. Helvetiorum autem ciuitates xiiii. Rhethorum iii. Balticorum xxii. iis legibus federa percuterunt, vt ne alii alii noceant, & iuratos hostes in communem perniciem mutuis auxiliis persequantur. imperii vero nulla societas, nulla coniunctio est: non alio fidebre vrebatur Amphictyonum vrbes vii. Astolorum iii. Iotunum xii. quae tametsi communes quodam conuenientia haberent, vt sua tuerentur, & hostes propulsarent; tamen vna quæque ciuitas ab aliis erat imperii iure diuisa: sic Heluetiorum ciuitates singulæ aliarum decretis non aliter obligantur, quam si sponte assentiantur, vt in pactis locorum priuatis, at in eodem imperio, quod pluribus placuit, omnes obligantur. aliud sentendum est de ciuitatibus xlviii. Latinorum xii. Achæorum: totidem Hetruscorum & Germanorum imperialibus oppidis ac prouinciis, quæ Rem publicam constituant, propterè quid eidem imperio ac imperatori obligantur. nam Achæi, Latini, Hetrusci singulis annis Imperatorem creabant (interdum tamen imperium diutius prorrogabant) Germani perpetuum. & quemadmodum Philippus vterque & Antigonus Macedonius reges, ab Achæis Imperatores aliquando electi sunt, vt Plutarhus & Polybius tradunt: sic etiam Seruius Tullius, & Tarquinius Superbus,


Ti-

Superbus, Imperatores Latinorum creati sunt; Coriolanus, Hetruforum, vt Dionysius scribit. confimiliter Hispani & Galli reges, Germanorum Imperatores facti sunt. Suevia vero societas, quæ in annos xl. concepta fuerat, & Balticarum vrbiuum feedus, hoc tantum differt ab Helvetica societate, quod hac in perpetuum, illa vero ad tempus constituta; falsa tamen imperii Germanici maiestate, sunt etiam interdum sanctiora foedera, quibus ciuitates non modo principum amicitiam, sed etiam fidem colunt, nec aliud praefare tenentur, nec eis aliud imperari potest: vt Traiectum, Ligii, Geldria, Conflantia, Cameracum, Auliacis quandam principibus alie quoque in Germania quamplurime ducibus & comitibus suam fidem obligarunt; nihil tamen aliud praefare tenentur, vt vassalli plerique, quod nihil aliud est, quam quod veteres Latini dicebant, maiestatem populi Romani comiter conseruare: vt Modestinus in l. non dubito, de captiuis, & Cicero pro Balbo interpretatur; Id habet hanc vim, inquit, vt sit ille in federe inferior. na ciuitas ciuitati coniugi potest, amicitia, societas, ipsione, pactione, federe, vt M. Tulli scribit. Hæc autem quæ diximus, grauissimum imperatorum & regum sententias comprobata fuisse. Cum enim Tigurinis socii bellum indixissent, quod cum Auliacis feedus percuterat,



Tigurini sibi licere docuerūt, modō nihil contra focios molirentur. at nemo dubitat, quin Aufriaci communes Helvetiorum hostes, & quidem capitales essent. quare non prius bellum Tigurinum exitum reperit, quam Basilea & Constantia Pontifices, Tigurinos ab Austria federe disuinxerint: propterea quod fraudem federibus faciebant: non quod aliorum imperiis, sed pacis suis obligaretur. atq; eius rei maius argumētum nullum est, quam de agris hostium captis à Bernatibus: locis ciuitates prædā ex quo diuidi oportere contendeant: Franciscus Gallorum rex arbiter electus, iudicauit ea cuiusque ciuitatis esse propria, qua propriis non fociorū armis quererentur, vt Leander Mutius script. postremo, cūm nuper Glarenſes veterem religionem abjurassent, magna inter focios orta dissensio est: quod alij fas esset negarent ea feedera violare, quæ sacro bello contracta fuerant, quibus sanctissimè cauebatur, ne à fulcepta religione posthac discedere licet. Glarenſes se hoc patēto contrā ius diuinum obligari potuisse negabant, multò minus posteros. iam ad armas prolapsura videbatur, nisi prudentium hominum consilii acquireverint, ea lege, vt sua quique religione ac imperio vteretur. Est etiam cum summi principes ac reges tam artis inter se federibus atque amicitia conspi-
rant,

rant, vt & eisdem hostes habeant & amicos, ac mutuis armis & praefidis aduerſus omnes, sine exceptione tueri debeant: non licet feedus vllum aut amicitiam coire, nisi utriusque contentiant: iisque federibus, fe, ſuſque ac poteris obligant: cniusmodi fum feedera quæ Philippus Augustus cum Alberto rege Romanorum: Ludovicus I. cum Alphonio rege Castellæ. sanctius ell etiam feedus illud quod iustum est inter Carolum V. regem Gallorum, & Henricum Castellæ principem: qui in feedere, superiorē Carolum vi dominum agnouit. quæ feedera, cum tota antiquitate Gallorum ex archetypis ararij descripta, mihi exhibuit Carolus Vicinus meus collega, vir & eruditio, & integritate clarissimus. Non igitur diuerſarum ciuitatum feedera, commercia, iura, leges, religiones, Rempublicam confitunt eandem, fed eisdem imperij communio. vt rex Hispanus imperium habet prouincianum magnitudine, ac locorum interuallis longè maximum: singulæ verò prouincie, multas ciuitates legibus ac moribus diuinas, vna quæque ciuitas aliquot vicicos, vrbes, oppida, castra, quæ eodem ure vtuntur nec vllum est opidum, quod non habeat singulare quiddam (vt omittam loca cuiusque vniuersitatis propria) quod alii non communicatur: omnino tamen communes sunt imperij leges, quæ tot populos,



populos, tanta linguarum, morum, & regionum distantia se iungunt, vnius & eiusdem principis maiestate coniungunt. idem quoque de reliquis iudicandum. omnia autem omnium regna, imperia, tyrranides, Republicæ, non alio quam rationis imperio ac gentium communis iure copulantur, ex quo sequitur, hunc inuidum veluti ciuitatem aliquam esse, & omnes homines eodem iure quoddammodo confusos, quod intelligunt se esse consanguineos, & subiectos omnes sub una eandemque rationis tutelam. sed quia illud imperium rationis cogit neminem, re vera non potest una ex omnibus gentibus Repub. confari. itaq; principes aut mutuis armis agunt, aut federibus, aut bona ventia a se mutuo impetrant, vt res legitimè trahatas & iudicatas extra fines imperij exequatur.

Quid magistratus.
Explicata definitione ciuius, magistratum quoque definimus. sum enim hac ciuitatis elementa. hunc igitur Aristoteles imperio, iurisdictione, & consilij capienda iure describit: in extremo tamen omnia Reipublicæ munera, magistratum nomine complectitur. qui ratione nulli ferè sint magistratus; cum tanta raritas sit eorum, qui consilij, iurisdictionis, & imperij participes sunt. absurdum quoque videatur, eos omnes magistratus appellazione venire, qui munera publica gerunt: alioqui scribas, lictores, cormicula-

rios;

nios, apparitores, carnicices, denique licet magistratus appellare; qui olim conditione servi fuerunt, & verius ministri dicantur. vox autem Magistratus, imperium ac potestatem significat. sic enim Dictator, magistratus omnium maximus, populi magister dictus est. atque haec fuit Aeschinen inter & Demosthenem controversia grauis, cum Aeschines τύποιο magistratum esse diceret, Demosthenes negaret, sed munus illud ὑπουργίαν τινὰ διατάξει vocaret, magistratum autem imperio definiret. Sed haec nobis sunt in libro de Imperio subtilius disputata. Sit ergo magistratus, is qui imperij publici partem habet. publicum adieci, vt ab imperio patro & herili distinguatur. est autem imperium in magistratu nihil aliud quam edictum in principe lex: at frustra quis iubeat, nisi exequitiones iusta sequantur. cum vero minima pars imperii exequendi aduersus contumaces in comprehensione posita sit, ex regula Varronis & Vlpani, consequens est ut iis imperio caret, qui prehensionis iure caret. itaque in omnibus ferè ciuitatibus comprehensio minimis quibusque magistratus permisla est, etiam iis qui vocandi ius non habent: vt Tribunis plebis, tametsi potestate sapientis abuterentur, & in ius vocarent. apud Venetos, Triumuiri, adutores sontium prehensionem & accusationem habent,



habent, vocationem non habent. apud nos omnibus non modo iudicibus, sed etiam iis quos castelli commissarios vocant, prehensio tributa est; qui tamen à iurisdictione deseruntur. qui plus habent imperij, etiam vocare & multam interrogare possunt pro modo sua potestatis, tuenda iurisdictionis causa, que alioqui inanis esset. etiam multatae possunt iudices iij qui iurisdictionem habent minimam, quam predicatoriam vocamus. aliis multata maior permittitur: quibusdam verberum potestas; nonnullis etiam quaestio. extremum est cùm gladij ius tribuitur, in quo merum imperium posuerunt Iuriconfulti; quia nihil magistratus maius tribui potest, nūl sumnum imperium accedit: id est, vita ius ac necis, quod veratur in summa contraria leges clementia vel acerbitate, quæ propria sunt eorum qui sumnum Reipublicæ imperium habent. igitur imperia magistratum, gladij potestate ac prehensione, quasi sibi inibus extremis continetur: quæ sapientiam habent à iurisdictione diuina. haec enim veratur in decretis; imperium in edictis, itaque videmus priuatos iudices & legatos magistratum, decernere ac iudicare; magistratus ipsos imperare & executi, cùm raro ius dicant. ita curiae superiores apud nos decernunt, princeps ipse iubet. Et quoniam Varro quibusdam magistratibus, tribuit prehensionem & viatorem;

nonnullis

nonnullis vocationem & lictorem: alii neutrum, videtur eos etiam magistratus appellare qui imperio carent: vt Aediles & Questores: quod appellatione communis non propria fieri puto. quis enim magistratum vocet, qui & ministerio caret, nec quicquam imperare potest? id quidem munieribus & honoribus tribuantur, imperio non item, atque in eo Carolus Sagonius & N. Gruechius falluntur, quod ex opinione Fefti, potestatem illis, non imperium tribui putat. neque enim Grammaticorum regulis hec metienda sunt, sed Juriconfultorum, qui potestatem imperio aequaliter, interdum maiorem faciunt. Potestatis verbo, inquit Paulus I.C. imperium in magistratu significatur. Procosul vero, qui plenissimam iurisdictionem (sic enim Vlpianus) & omnium urbanorum magistratum imperia solus habet, potestas ab Iuriconfultis appellatur, in l. imperium, de iurisdictione. sic vñerpauit Alexander Augulus apud Lampridium: Non patitur, inquit, mercatores potestatum, itaq; cum edicti verbis caueretur, ne in ius vocare licaret Confulem, Praetorem, cæterosque qui imperium potestatine habent, extrema verba de provincialibus magistratibus intelliguntur: aliqui si verum effet quod illi aiunt, non licuerit: Aediles & Questores in ius vocare, contrâ quin Varto scibit, & Valerius Max. comprou-

x

bat



bat exemplis. caruerūt iurit potestate ac imperio, tametsi Aediles, Prætoria iurisdictionis partem viuſ parent, vt eft apud Iustinianum in Institut. Ealium illud quoque, Censores potestatem habuſſe; imperio caruſſe, vt Siganus ſcripit. at vocationem habuerunt viritimi; iugitor prehencionem ex regula Varonis. hæc autem ad imperium pertinet. nam quo iure edicta proponuſſent (edicta verò magistratuſ iuſſa Latina vocat) que videmus apud Liuum libro x l. x l i i. apud Zonaram lib. i. quo iure Senatores & Equites in ordinem cooptauſſent, aut legendi præteriſſent, ciues ad cenſum vocaſſent, pignora ccepſſent, Senatum hauiuſſent, populum viuueruſi ad luſtrum coeſſent, niſi imperium, vocationem, prehencionem haberent? nam Varro liber v. de lingua Latina negat. Prætori exercitum vrbaniū conuocare licere; Censori, Confili, Interregi, Dictatori licere, iam verò absurdum videatur Tribunopl. qui minores magistratus vocan-
tur, imperium habuſſe; Censores autem ma-
gistratus maiores, & qui maioriibus auſpicis
creabantur, imperio caruſſe. Quod autem Ar-
istoteles etiam, iudicandi & consili capienti
iure magistratum definit, nihiſ ad imperium
nam qui Reipub. confilio preſum, decernendi
quidem, non imperandi ius habent: priuati ve-
rò iudices ac pontifices, iudicare ac decernere,
non

non imperare poſſunt. nullam enim vocationem aut prehencionem, nec rurſus viatorem aut lictorēm habent. Pontifices, inquit Cicero ad Atticum, religionis sumi iudices; legis Senatus. at neque Senatus ea qua decreuerat iubere poſſuit, vt ex Dionyſio planum faciemus: nec Pontifices vluum omnino imperium, aut viatorem habuerunt; sed corum iudicia exquebantrū Prætores, vt videre eft apud Liuum & Valerium, deinceſtis Vestalibus & ignibus extintis, ita quoque noſtri Pontifices, nec viatorem, nec lictorēm habēt: sed aut viatores & lictors à magistratuſ impetrant, aut capitales corum opinioneſ exequuntur ma-
gistratuſ: Quia non licet nobis (ſic enim ridiculè) interficere quenquam, que verba ſunt lu-
dorum, quibus eruptum fuerat omne impe-
rium, & Iuda in prouincia formam redacta,
x l. anni antè ſecundam euertionem templi,
vt Rabini ſcribunt: non quid lege Moiſis pro-
hiberentur, vt noſtri falſo putant: cum foliſ
ſacerdotibus ac legatis, eorumque agnatis, ca-
pitales ſententias de ſceleratis, & capitalia iudi-
cii exercere licuerit: vt tradunt Iuriſconfulti
Hebraorū in libris Talmudicis titulo San-
drim cap. i i i. & ad Hieremiam Caldæus in-
terpres, id nota dignum putauit, quare cum
magistratus municipales Iudaorū animad-
uerſionem modicam in seruos duntaxat ha-
rū 2 beren



berent, ut scribit Vlpianus in I. magistratibus de iurisdictione; responderunt Puelio Pontio Iudæ Praefici, qui Christum leniter ab illis castigari cupiebat, capitale crimen admisisse ex lege Moysi, sibi tamen non licere mortem cuiquam irro gare. Ex his perspicuum fit, munerum publicorum partitionem tertio capite à nobis allatam, non minus veram quidam necessarium esse.

Quid sum
mum im
perium.

Venianus ad imperij summi definitionem, in quo versatur Reipublicæ status, quem Aristoteles τὸ κύριον πολιτεία, sive κοινός ἡρών, Itali signiorum: nos, futurerentate: Latini, summae rerum & sumnum imperium appellant. hoc enim percepto, multæ de Republica questiones obscuræ ac difficiles expli- cantur: quod tumen est ab Aristotele, & iis qui de Republica scriperunt prætermisum. Putabam sumnum imperium vel magistratum creatione, vel præriorum ac pñnarum potestate definiri: sed cum varia quoque pars ac præmia, voluntate ac imperio magistratum soleant irrogari, oportet ipsos magistratus imperij summi societate cum principe copulari: quod absurdum est. perniciosius tamen magistratu omnem Reipublicæ permittere potestatem, vt Soderinus prudenter disputat apud Guichardinum: id enim cum Florentia fieri confuerit, Reipublicæ perniciem attu-
lit.

lit. consimiliter apud Alysios & maiores nostros magistrati palatij semel à principe creati, omnem Reipublicæ potestatem tantisper geferunt, dum ipsi regnum inuaderent. non erit igitur Respublica bene constituta, in qua magistrati omne imperium tribuetur. Itaque Aristotelis, Polybij, Dionysij, ac Iurisconsultorum rationibus inter se, & cum viuenerit Reipublicarum historia collatis: video summan Reipublicæ in quinque partibus versari. una est ac principia, in summis magistratibus creandis, & officio cuiusque definiendo: altera in legibus iubendis aut abrogandis: tercia in bello indicendo ac finiendo: quarta in extrema provocazione ab omnibus magistratibus: potestem in potestate, virtute & necis, cum lex ipsa nec facilitatis vllum, nec clementia locum relinquit. haec enim magistratibus nunquam tribuuntur in imperio bene constituto, nisi extra ordinem premente necessitate. aus si de rebus iis magistratus decernat, sanctio penes est principem aut populum, pro rei cuiusque publice statu. Ac principis quidem hac propria esse Iurisconsultorum opinione constat; & quidem multo plura: puta vettigalum ac tributorum, numique percutiendi potestate, quam solius principis esse aiunt. quanquam haec magistratibus ante se, atque his temporibus tribuuntur. quæ vberius disputata nobis sunt



in libro de iure imperio . in cap. de iure malefatis . cùm autem in democracia & aristocracia pars sit imperium optimatum & populi , vt in monarchia regis , conseqvens est vt ea quoque imperij summa capita populo tribuantur . quæ vt planius intelligi possint , explicanda questio est , diutissime à Iurisconsultis agitata ; nondum tamen definita : utrum scilicet magistratus habeat merum imperium , an solius principis proprium sit . quam quidem ad questionem definendam , cum Henricus v i . Imp. arbitrus Bononius esset electus , inter Lothariū & Azonem & qui spōsionē facta iudicauit merum imperium solius principis esse . ex quo Lotharius equum , Azo & quum tulisse dicitur . ceteri quoquot scripsero prater Alciatum , & Molinaeum , Azonis sententiam veriorem esse iudicarunt . sed hæc questione ab hypothese ad thesim reuocari debet , vt planius intelligatur . est enim merum imperium in sola gladii potestate , vt ex ipso Vlpiano interpretantur . hic autem queri debet , utrum imperium magistrati a principe datum , sive gladii , sive bella gerendi , sive pacis fanciandæ , sive creandi magistratus , seu iubendæ legis , seu premiorum ac pénarum proprium sit principis , an in magistratum quoque transferatur ? omnium enim idem iudicium est . Lotharius usurpauit Papinianni regulam de officio eius cui mandata est iuriſ-

iurisdictio , qua magistratus publici iudicij exercitium habere dicuntur , nec mandare posse : ac sibi executores & administratores in iure appellari ; quibus verbis Accursius ipse ius principi , exercitium alii competere scribit , quod in facto confitit . Azo verba legis interpretatus est ad ius ipsum necessarium pertinere , quibus Protor dicitur pro suo imperio quid facere : aut Pr̄sidiem maximū imperium post principem habere : tam etiam pr̄fectum Aegypti imperium quod illi datum est depone : hæc summa est argumentorum quæ ab omnibus interpretibus allata sunt : quæ quidem questione non definitur , magis etiam ac magis ambiguam reddunt . Neque tantum hæc , sed infinita de iure questiones in magna obscuritate versantur , propteræ quod nullus interpretum hæc temus explicauit , quid inter legis actionem & iudicis officium interfit . at ne legis quidem actio quid est in tanta scriptorum multitudine quicquam videtur apperuisse , vt breui planum me facturum spero , & que cuiusque vis est ac potestas . nunc illud tantum ad id quo de agitur ; esse duo capita iuris universi , legem & equitatem , à quibus penderet legis actio , & magistratus officium : & quæ ratio legis est ad eius actionem , eadem est æquitas ad officium magistratus . hoc igitur Papinianus , hoc Vlpianus , hoc veteres illi Iurisconsulti



ti voluerunt; quæcumque lege tribuuntur, ea magistratum alteri committere non posse, sed nudam duntaxat habere legis actionem; ac propteræ non tam eius esse propria quæcumque legis ipsius: quæ verò eius cius aquitati permituntur, ea pro suo iure alteri committere posse. verbi gratia, Prætores ac Iudices publicarum quæstionum (hoc enim exemplum propositum Papinianus) alii imperium illud mādare non poterant: nec in iudicando legis acerbatus aut lenitati detrahente, aut addere quicquam; sed uno verbo, in vna littera sententiam cerebant, puta A. C. N. L. abfolio, condemnio, non liquet: idque factum est ne ab homini cuiuscumque, sed ab ipsis legis arbitrio, fama, vita, fortune denique clivium penderent. at causæ civiles, propteræ quod minus periculosæ essent, nec legibus omnino comprehendendi possent: id enim est infinitum, Prætoris urbani aut peregrini arbitrio relæta sunt, vt in illis expli-
candis non legis actionibus, quasi vinculis constringerentur, sed pro sua aquitate et religio-
ne, multa præter legem, aut etiam interdum contraria legem docerentur, indicarent, iudices darentur: denique leges arbitrii suo propositis edictis, emendarent, flecterent, lenirent, exacerbarent. hoc igitur propriæ magistratus officiū quod Bartolus nobile appellauit: & legis actionem, officium mercenarium; melius seruile,


seruile, propteræ quod inseruit duntaxat legi; vt quæ priuati iudices, aut arbitri iure dati, aut delegati faciunt, legis actione potius quam iudicis officio facere dicuntur, tametsi enim Prætor Urbanus non teneretur legis actionibus, attamen iis litigates obligabat. non quod magistratus qui iusta legi executitur, officio non fungatur: sed minimis verè ac propriè sic viluppat. & qui suo iure imperiu, aut iurisdictio-
nem, aut quid aliud eiusmodi habet, eius omni-
no proprium est: idque alteri mandare pos-
t est, vt Vlpianus scribit in l. more majorum, de iurisdictione. is autem qui mandatum habet,
quali rem commodatam alteri commodare
non potest, aliqui furti tenetur. id quod ve-
rum est, non modo in priuato, sed etiam in ma-
gistratu qui ab alio mandatam habet iurisdi-
ctionem, alienam habere scribit Iulianus in l.
& si, de officio eius cui mandata est iurisdictio,
& quoniam multa magistratib⁹ sine lege per-
mittuntur, multa legibus sunt comprehensa:
planum sit ea quæ suo iure habet accepto ma-
gistratu, eorum esse propria, cætera legum, aut
eorum qui mandauerunt. Ex quo perspicuit
Prætores quæstionum publicarum merum im-
perium non habuisse, nec gladii potestatem:
sed nudam executionem, & legis actionem;
perinde vt licetorem ipsum, ad quem Brutus
verba faciens; Licitor, inquit, legi, age. cum ve-



qui semper extra ordinem cognovit de capitali criminis, nullis vinculis constrictum fuisse, quin panam arbitratu suo leniret aut exacerbare, dum tamen non excederet modum, ut scripsit Vlpianus in l. hodie. de panisidicco gladii potestatem habuisse. eodem modo Romani Consules accepto exercitu, bellum gerendi potestatem habuerunt iure magistratus, ut pro suo arbitrio laceferent aut inuaderent hostem, rationeque commeatus, ac militarem disciplinam sui voluntate regerent: bellum autem indicere aut finire non potuerunt. hoc enim plebis; illud populi proprium erat. hinc deducit Consilium, qui cum Samnitibus & Numatinis federa percussissent iniussi, hinc Helvetiorum exercitus isto cum Tramulo secedere, obsides accepit qui capite lucent, nisi princeps id ratum haberet; quia solius principis est bellum indicere ac finire. itaque Cato Cæfarem Gallos dedecum esse suadebat, quod iniussus bellum illis indixisset. cum vero Imperatori pacis faciente potestas, aut indicendi belli certis legibus & conditionib; permititur: quod sit extra ordinem, nec mandatum egredi potest, nec alteri mandare, quia non habet id iure magistratus & imperij, sed nudam legis actionem. at Dictator belli, pacis, vitæ, necis, totiusque Reipublicæ potestatem habuit iure magistratus: sed tamen precario, &

quar-

quandiu Reipub. Dictator, qui non proprius magistratum, sed curatione gerebat. Ac tam eti proprium est imperij magistratus, nihilominus tamē, nec magistrat⁹, nec honores qui⁹ quā habet suo iure: sed veluti depositos quo⁹ que tempus finiat⁹, aut es qui dedit repeat⁹. id enim voluit Vlpianus cūm diceret, acceptum magistratum deponi, id quod Alciatūm conturbauit. quia autem singulari iuri ac legis aetione magistratu⁹ aut priuato creditur, mortuo principe, vel eo qui mandauit reuocantur, si res integra sit, vt in procuratore: quia autem iure magistratus competit⁹, non item, sed hæc suo loco fuius. Sed hæc in libro de Imperio sunt à nobis accurati⁹ disputata. Alia quaestio difficulter est; vtrum Senatus decreta principis egeant sanctiōne, aut corum qui Reipublicæ summam habent: de principe minus ambiguit⁹, propterea quid ſu⁹ Senatus & consili⁹ caput est, itaque omnia decreta principis habent sanctiōne, nec alter vi⁹ haberent quam si principis ipſe iuberet. quia Senatus nullum imperium, nullā habet iurisdictionem: niſi Principis aut populi patiētia, qui acī Senatus probare videtur quae non improbat. sed si quid grauius est quod ad maiestatem pertineat, ad principem referri solet; eo quidem iure sumim⁹. sed in populari & optimatum statu, obscurius est; quia nec populus, nec optimates omnes



omnes consiliis de Republica interesse possunt, & vt possint, pernicioſa tamē res eſt, ac periculi plena conſilium ſacro ſanctum manare in vulgo: fed aliter fanciri nō poſſunt quia intelligantur. illud tamē conſirmat Dionyſius libro 2. Non enim Senatus Romanorum, inquit, arbitr̄ eſt, id eſt x̄. & carum rerum quas decreuit, ſed populus. hinc illa frequenter apud Liiuum: Senatus decreuit, populus iuſtit. & cūm Scipionis Africani potētiam indicat. Sub umbra Scipionis, ait, ciuitatem dominam orbis terrarum laterē: nutus eius pro decretiſ patrum, pro populi iuſſiſ eſſe. neque verò quicquam facro ſanctum eſſe potuit, inquit Cicero, niſi quod plebs populiſiſ iuſſiſ. itaque Senatus conſulta dunatax annua uifſe, contrā quam Conanus putat; auctor eſt idem Dionyſius libro v i. & quē v apud Atheniennes, quādmodum Demoftheneſ aduersus Ariſtocratem ſcribit. nec populum aut plebem tenuiſſe: non aliter ac magistratum edicta, qui leuioris dunatax muleſ irrigationem ha- buerunt poſt legem Aterinam, grauiorū au- tem irrigatio ac mulatio, ſiebat iudicio plebiſ: vt videre eſt apud Liiuum libro xxv. & vbiq; apud Valerium. quare cū ſolis populi propriū eſſet legem iubere, nec magiſtratum iuſſiſ, nec Senatus decretal leges dice- bantur, & à legiſbus plurimō differebāt, tum

pana.

pana, tum ſanctione, tum etiam vi ac poſteſtate, nati in lege ſancienda, non modō magiſtratus, fed viuiterius populus iurabat in legem, vt ſcribit Appianus libro 1. bellorum ciuilium. itaque x i. tabulis & ſacratis legiſbus comprehendēum erat, ne quis legiſbus folueretur niſi per populum. & quādmodum conuentioſis leges derogare non poſſunt iuri publico: nec collegiorum ſtatuta municipaliibus: neque lex municipaliſ ciuitatum moribus: nec ciuitates legiſbus imperi: ita nec priuati magiſtratum imperi deroga re potuerūt; nec imperia magiſtratum, Senatus auctorati: nec auctoritas Senatus, plebiſ poſteſati: nec plebiſ poſteſati, maiestati populi: penes quem fuit totius imperi ſumma. Sed quoniam periculoſum videbatur conſiliū Reipublice manare in vulgo (id autem neceſſe erat si omnia decretal Senatus à populo ſanciūtur) Senati tributum eſt à populo, vt cetera quæ ad Reipublicam pertinen- ter administraret, excepta creatione magiſtratum, legum ferendū, belli & pacis, viæ ac necis & extrema prouocatione, quæ propter imperij maiestatem populuſi ſibi referuerunt: vt videre eſt in oratione M. Valerii. Conſulis apud Dionyſium, & ex ipſius Polybii ſententia: in reliquo ne Senatus poſteſtate abutere- tur, permifsum eſt Tribunis plebiſ aduersi omnia Senatus conſulta intercedere. itaq; cūm

Sen-



Senatus haberetur, stabant Tribuni pro foribus, nec prius Senatus confultum ratum erat, quam Tribuni litteram T. affensionis indicem supercripsissent, postremis temporibus in Senatum licuit venire, quæ igitur Senatus vel magistratis tribuuntur, ratione habent à summo imperio diuifam alioqui faténdum sit summum imperium in iis esse qui ab aliis accepterunt, quia si absurdum videtur, absurdum quoque debet videri quod Polybius affirmat, Republicæ sumnum imperium partim in populo, partim in Senatu, partim in Cōsulibus fuisse; ac propterè imperium temperatur vide ri ex optimatibus, regno ac populo, quam opinione Dionylius ac Cicero arripuerūt: deinde Macianellus, Contarenius, Th. Morus, Gai-
timbertus, Manutius, vehementer probarunt: qui nobis sunt hac disputatione refellendi: propterè quod ad historiam Recumpublicarum penitus intelligendam magnum habet ea disputatione momentum, cùm enim acerrima contentione ageretur apud Florentinos, de libertate populo restituenda, nec tutum vide retur, & pernicioſum esset imperii arcana manare in vulgus: decretum est oportere à populo semota fece plebeiorum, qui per leges magistratum capere non possent, leges uberi ac magistratus creari: cetera per Senatum & populi magistratus explicari. sic enim Guichardinus

dinus scribit. Ex quo etiam planum fit, impe-
ni summi ius in his præcipue versari. Prius igitur in omni Republica in tuedum est, quis im-
perium magistratis dare & admire, quis
leges uberi aut abrogare possit, utrum virus,
an minor pars ciuium, an maior. hoc percep-
to, facile intelligitur qualis sit Republicæ
status: nihil enim quartum esse, atne cogitari
quidem potest. neque enim virtus aut vitium
efficit Republicę varietatem, sive enim prin-
ceps iniutus sit, sive probus, monarchia tamē
est: idem de optimatibus & populo iudican-
dum: qui vt nihil aliud habeant quam magi-
stratum creationem, sumnum imperium ha-
bent, & ab iis status Republicæ pendeat ne-
cessere est. hunc igitur statum optimatum dice-
mus aut popularem (his verbis vt amur, ne
specie virtutis ac vi torum Aristocratiæ, Oli-
garchiæ, Democratiæ, & Ochlocratiæ appella-
tionibus sapienter uti cogamur) inultò magis si
præter magistratus creationē, belli quoq; ac pa-
cis, viarum ac necis, legum deniq; & prouocatio-
nis potestas adsit, hæc autē non modò in Mo-
narchia, sed etiam in optimatu ac populi statu
semper sufficere constat. quod enim dicitur à Se-
natu & Praefecto Praetorio prouocadi ius non
esse, ad ius ordinarium pertinet, quia princi-
pem vel populum extra ordinem appellare licet,
quod Arcadius supplicare dixit, cum rei noui-
tas



tas postulat, aut grauitas personarum. sed nē infinitum sit ex historiis omnia perfecui; Atheniensium, Romanorum & Venetorum exemplis tremur, ut falsum esse doceamus quod illi de Romanorum temperato itau tradiderunt.

Status Romanorum.

Sic igitur ex illo, Romanorum statum Polibij, ac multò magis Dionysij & Ciceronis: etate omnino popularem fuisse, nam ex aëris urbe regibus, prima lex à Bruto de imperio lata est ad populum; ut annui Consules à populo crearentur. sic enim Linius ac Dionyfius tradunt. ex eo constat omne imperium consilare à populo peti & impetrari debuisse. quod igitur alii regni speciem in consilibus fuisse, tam falso est, quam si quis dicat, Praefectum Praetorio sub Imperatoribus Romanorum, aut Bassam maximum apud Turcas, vel etiam Palatij magistrorum sub regibus Gallorum, regiam potestatem habuisse: quod per se ipsi maxima quoque in Republica gererent. & quidem hi potestatem non modo maiorem quam consules, sed etiam perpetuam habuerunt. quare si absurdum est Regiam potestatem in magistro militum, immo absurdius est in Consilibus collocare. pofte& docebimus potestatem Tribunileb. Consulari maiorem fuisse. venio ad Senatum, in quo Aristocratis speciem posuerunt: cum tamen ius omne ac imperium

imperium à populo haberet. quippe Senatus delectus populi arbitrio vel iussu siebat; Maiores nostri, in qui Cicero, ita magistratus annuos crearunt, ut consilium Reipub. preponerent sempiternum: deligerentur autem in id consilium ab vniuerso populo, adiutisque in illo summum ordinem omnium ciuium industria patere. Pofte& populus vt eo labore se leuaret, lege Ovinia Tribunitia, ut est apud Festum, iusti Cenfore optimum quenque ex omni ordine curiam legerent. Cenfore autem à populo ut reliqui magistratus creabantur, consequens est igitur imperium quantumcumque fuit populo acceptum ferre. vbi nam igitur Aristocracia Senatorum? nam si villa est, eadem in regno fit oportet, vbi consilium à principe constitutum, parem atque Senatus Romanorum potestatem habet: quem tamen imperii societate cum principe copulare, non modo stultum, sed etiam capitale est. idem iudicandum relinquitur de Senatu Romanorum, quem isti cum populo in partem imperij vocantid est dominos cum feruis & procuratoribus imperii societate coniungunt. tenemus igitur omnia Senatus & magistratum imperia in arbitrio & voluntate populi fuisse. quod fatis est argumenti ad iudicandum statum fuisse omnino popularem: sed altera quoque lex à P. Valerio Bruti collega lata est, quam



Liuuius appellat præsidium vnicum Romane libertatis, qua primo capite cautum est, ut aduersus omnes magistratus, ad populum liberè provocaretur. altero capite, ne quis magistratus ciuem Romanum aduersus provocationem verberaret, aut necaret, aut pecunia multatæ veller: deinde ne quis imperium haberet, nisi cui à populo datum esset, adiecta capitali pæna. in eo quoque sibi consentiunt Liuuius, Dionyius, Valerius, Plutarchus & Pomponius, nam ea lex de provocatione, quid si pateretur, ter in eadem gente lata est, à P. L. & M. Valeris. ubinam aristocracia in Senatusvbi regnum in Cœsulibus, qui nec ciuem verberare, nec mulctare contraria provocationem poterant? quod autem bellum ius omne esset in populo, planius est quam ut egeat exemplis. nam id Serua lege sub regibus cautum erat, ut Dionyius tradit, multò magis post regnū. Liuuius libro 1111. Controueria fuit, inquit, utrum populi iussu bellum indicerentur, an fatis esset Senatusconsulto: peruicere Tribuni denunciando se delectum impedituosi ni Quinctius ad populum ferret. omnes centuriae insister. consimiliter lege Acilia bellum aduersus Antiochum suscepimus est. ius autem verberū, libertatis, exilij (iam de nece dictum est) in populo suffic planum est ex lege, Portia Tribunitia, lata Valerio & Appuleio Cos. an-

no ab V. C. c. d. 1111. (fallitur enim Sigonius, qui à Catone Censorio latam scribit) qua legi verbera sunt à corpore ciuium anota: quæ lex anno centesimo post Sempronii rogatione sanctius confirmata est, adiecta pæna perduellionis. Quid igitur Polybius? Si quis, ait, ad populi potestatem se conuertat, putabit Rempublicam esse popularē: si vero ad Senatum, iudicabit imperium optimatum. quia consilio publico praest, ararij potestatem habet, legationem admittit ac dimittit, de coniuratione, perduellione ac veneficiis cognoscit. in eo multa peccat, ut etiam in explicanda potestate populi, quem cum plebe (ut Graeci fere omnes) magno errore confundit. nam quæ in Senatu maxima fuerūt, omisit: quæ sine populo fieri non poterant, Senatus propria fecit. nihil enim manus habuit Senatus quam illud S. C. V I D E A N T . C o s s . &c. quod veluti gladium extremitas Reipub. reponibus exercuit in Sp. Melium, Gracchos, Saturninum & Cesarem. habuit quoque Dictatoris creandi potestatem, sed duntaxat extra ordinem. nam Interrex à Consule, Dictator ab Interrege decreto Senatus, cum res ita postularet, creari solet. qua ratione, inquit Dionyius, Senatus plebem fecerit. sed illud imperij arcuū Tribou niplebis facile detexerunt, nec Dictatorem optimalege creari diu permisérunt, id est, sine



prouocatione : sic enim Festus optimam Dictatoris legem appellat. cùm autem magistratus omnes creato Dictatore abdicarent , Tribuniplebis imperium retinebant , inquit Plutarchus , & aduerlus Dictatorem cives intercessione iuuabat : vt aduerlus Fabiū Maximum Dictatorem , cùm de Minutis magistro militum panas exigere velle Tribuni perfecerūt , vt pñas metu liberatus , Dictatori potestate par esset . quod de capitalibus iudiciis tradit Polybius , falso esse docuum in lege Portia , Valeria , Sempronia . sic enim Liuius Senatorem loquētem inducit ; Per Senatum agi de Campanis , qui ciues Romani sunt , iniussu populi non video posse . at Campani cùm Annibalem diu souiscent , maximo crimen perduelionis tenebantur . Cur ergo , dicer aliquis , iniussu populi tot ciues à Senatu , plures etiam à magistratibus supplicio affecti ? cuius rei cùm infinita sint exempla , nullum tamen illustrum est , quād de exercitu qui ad Rhegium Inbellio Imperatore mortuo scribam elegerat : Senatus , inquit Valerius , tam acerbē tuit , vt milites in virbem reuocatos capitis damnauerit , & quotidie quinqueagenos verberibus caros securi percusserit , tum etiam sepeliri , ac mortem lugeri retuerit . M. Fulvius Tribunus pleb. frustra clamare : morem maiorum violari : leges sacratas à Senatu conuelli . Appius verò Confus

Consul in exercitum militaris disciplinæ pro ditorem inuestis , centuriones , signiferos , duplaciōsque verberibus , non in castris , quod Imperatori licebat , sed in media Vrbe casos morte affecti : reliqua multitudinis decimū quēque ad supplicium legit . Consimiliter Senatus plorofque legibus soluebat contra leges sacratas , & ante legem Corneliam . cui obiectioni responder quidam Iurisconsultus : Non quid Romæ fieri , sed quid legitimè fieri debeat spectandum esse . neque enim ex abusu , sed ex ipsa Reipublica infinitis iudicandis est de statu ciuitatis , nam Triumviri capiteles , qui duntaxat in feruos , & extremis fortis peregrinos animaduersionem habuerunt , non tantum ciues , verum etiam magistratus ipios , & quidem Curules , in carcere connectos capitali supplicio affecerunt , vt videre esset apud Valerium Maximum . licebat tamen cuique maiestatis illos accusare , vt Ciceronem Clodius perduellionis apud plebem damnauit , quōd de coniuratis iniussu populi supplicium sumpsisset . sed illud quoq; iudicium Ciceronis rescissum est , quia nota niti à populo iudicari potuit . hinc certamina plebis aduerlus patres , & magistratuum inter ipos , cùm imperio contra leges abuterentur . fuerunt igitur in magistratibus magna imperia , sed tamen moderationis Senatu maior quām in magistratibus au-

fitoritas
f 3




ctoritas: in plebe maxima potestas: sed ipsius Republica maiestate & summum imperium in populo fuisse, nemini dubium est in eam rem penitus intueti: tunc ex iis que diximus, tunc etiam ex eo quod populus inter patricios & plebes, veluti iudex & arbitrus controversias dirimebat. cum enim Senatus plebem opprimere, aut plebs in Senatum inludere conaretur; nullus erat componenda seditionis modus, nisi Consules ipsi, aut creari. Dicitor populum rogaret quid fieri vellat, ut videre est in tribus secessionibus plebis: maxime vero in ille tanta tamquam diuturna contentione, qua patricij plebiscita; plebs Senatus consulta pertinaciter respuebat. nam L. Valerius, & M. Horatius Cols. conuocato populo, ut est apud Dionysium, legem tulere comitii centuriatis, ut plebiscita Senatu tenerent. repente sedatio coquiebat. sed paulatinus Senatus plebiscita repudiare: Tribuni furere: Senatus intercedere, rursus anno decimo ac certissimo post, Q. Philo Dicitor creatus, eadem legem ad populum tulit, ut plebiscita perinde vim legis haberent, ac si populus iussisset. illud etiam uno capite cauit; ne leges centuriatis comitii ad populum ferrentur inconsulto Senatu, ad plebem vero inconsulto Senatu cerebatur, ac propter ea regre imperatum est a patriciis, quin plebiscita sepe violarent: quoique Dic-

ctor

ator Q. Hortensius eadem legem anno post quinquagesimo ad populum fertet. atq; hinc imperii Romani labes, quod plebi, hoc est, infuse multitudini permisum sit legem iubere, qua perinde tenerentur ciues, ac si populus ipse iussisset. imperavit etiam plebs, ut omnes Magistratus ac Pontifices crearet, præter Consules, Praetores, ac Censores. prætere id iudiciorum publicorum, præterquam capitalium potestatem: vtque bellum à populo indictum finiret, ac imperium à populo datum prorogaret. tandem cetera quoque plebs impellen- tibus Tribunis arripiuit: bellum sepius indixit, ut rogatione Sulpitia, Manilia, Gabinia, quas ad plebem contra morem maiorum Tribuni tulerunt, & optimos quoque contraria leges facrata exilio damnarunt: ex quo factum est, ut à populo ad plebem à Democratia ad Ochlocratiam, & fecem populi summa rerum delaberetur: ius maxime temporibus quibus Gracchus vicerque, deinde Luius Drusus, post etiam Saturninus ac P. Sulpitius Tribunip. vibem suo ciuiumque fanguine secederunt. fucet igitur populo, id est quinque classibus (nam sexta nulla ratio habebatur in maioribus comitiis) fucet plebi, hoc est omnibus ciuibus præter patricios in xxxv. tribus promiscue divisisi imperii summam demus, perficuum sit cuiusno di statum esse popularem. Senatum vero au-

f 4


ctoritas



ctoritatem omnem à populo habuisse , nec si ne populi iussu aut affectione quicquam portuisse : aut quæcumque suberet populi nomine iussisse , quid autem interest ad statum Reipublicæ iudicandum , an populus ipse iubeat , an suo nomine iubetur ? ab iuriis tamen videatur id quod vnius est , puta regiam potestatem , duobus Consulibus tribuere velle , cùm multò maior fuerit in Tribunis . neque enim verum est , quod Carol. Sigonius in cap. de magistratibus scriptit ; Confuses ab omnibus magistratibus concessionem auocare portuisse , ab iis neminem : cùm nihil frequenter occurrat , quām intercessio Tribunorum adseritur . Confuses scribit Luius libro XLII. bona Tib. Gracchi , eius qui Consul & Censor fuerat , à Tribuno plebis consecrata , quod in multa pignoribusque capiendis , intercessione Tribuni non paruisse . idem Claudio Censorio diem dixit , quod concionem à se auocauisset . L. quoque Flavius Trib. pl. Metellum Confuselem ; alius Appium Céforem in vincula duci iussit . vt eft apud Luius libro IX. idem libro XI. Tribunus , inquit , viatorē mittit ac Confuselem : Consul licetorem ad Tribunum priuatum esse clamitans , sine imperio , sine magistratu . Druus tamen Trib. pl. Philippum Confuselem , quod se in concione interpellaret , obtorta gula per viatorem in carcetrem adegit , vt scribit Florus

cap.

cap. V: at Tribuni sacrosanctum corpus attingere violandi causa , capitale fuit . quinetiam Vectius impunè casus est , quod non afflirexif fet Tribuno . denique tanta potestas erat Tribuniplebis , vt non modò Senatus , sed etiam magistratum & collegarum , ipsiusque plebis acta vnuis sua intercessione impediret : nec veteris progrederi poterant , nisi prius imperium illi à plebe solenni iure sufragitorum abrogaretur . argumento sit M. Octanius Trib. pl. qui vt est apud Plutarchum , omnibus collegis ac Tiberio Gracco legem Agrariam ferenti solus intercessit . neq; enim lex ante perferrit potuit , quām imperium illi adimeretur sufragio plebis . postremò , creato Dictatore , soli Tribuni imperium retinebant , cùm ceteri magistratus abdicarent . igitur si regia potestas in Consulibus ; multò certè maior in Tribunis : nisi obiciant ea , quā tantè facit Contarens , ornamenta regia desuife ; propterea quod in Urbe semper , & inter plebeios homines versari oportuit , sine fascibus , sine licetibus , sine sella curulli , sine vocatione , sine iuridictione ; vt ob eam causam Plutarchus in quaffitionibus & Luius libro XI. magistratus esse negarent . sed his omisitis , cùm ciuium omnium bona , fortuna , libertas , vita , mors , totiusq; Reipublicæ status , imperia , iura , leges , bella , fœdera , magistratum denique ac pontificum . ipsiusque



siusque Senatus auctoritas à populi voluntate penderet; quis amplius dubiter Republ. suis se populat? magis quidem Athenies quam Romani populares; utriusque populares tamen. Hæc à nobis sius disputata sunt. vt Polybij, Ciceronis ac Dionysij de temperato Reipubl. statu opinionem cōsūtaremus; nostram tueremur, que vera sit an falsa, nō affirmabo; sed veri tamen similius est quam illa. Nunc facilè est Maciauelli, Contareni, Sionij, Manutij, & aliorum qui in eadem sententia fuerunt, refellere arguments. Poſuerunt enim ex ipsius Polybij ac Dionysij sententia, Lacedemoniorum equè ac Romanorum; deinde etiam Venetorū Republicas ex his tribus, quæ dixi, generibus esse temperatas ac modicè confusas. Quod ad Lacedemonios attinet, videatur Aristoteles iis errandi occafionem præbuisse, qui temperatū Reipublice genus esse putarunt; propteræ quod aliorum sententias retulit, qui partim popularem, partim regiam, partim optimatū esse dicerent; quos non refellit. sed cū sublata disputatione tria diu taxat Reripublicarum genera poſuerit, non amplius querendū videtur, quid dicit tota sententia, cūm appareat quid scripsit. Si quis tamen eius Reipublice statum penitus intelligere velit; neque ex Aristotele, quem Plutarchus tacite refellit, neque à Xenophonte, qui de morib[us] diu taxat iudicauit;

fed

sed ab ipso Plutarcho hauriendum: qui Lacedemonia profectus est, & antiquissimos rerum Laconicarum scriptores conquisiſit, vt verius ac melius scriberet.

Is igitur scribit Lycurgum regia potestate Statutum La-
sublata, Senatum x x v i i l. virorum creasse, et demo-
quibus coniuncti duos reges, Charilaum fra- niorum,
tris filium, & Archelaum, qui ab Hercule ge-
nus ducebant, lege promulgata, vt Senatus ille
xxx. virorum omnia decerneret que ad Rem-
publicam pertinerent, deinde populus decre-
ta Senatus sanciret. nihil aliud est à Lycурgo
de statu Reipublice constitutum, nec vili ma-
gistratus creat præter magistrum iuuentutis.
regibus autem quasi duabus belli gerendi cu-
ram dedit. Dionysius quoque libro i i .confir-
mat, Lycurgum populo permisisse vt leges iu-
beret, magistratus crearet, bellum indiceret ac
finiret. ex quo perspicuum fit, Lycurgi statutum
omnino popularem fuisse. sed cum populus
decreta Senatus plerunque sancire nolleret, vt
Plutarchus tradit, Theopompus ac Polydorus
reges, anno trigesimo ac centesimo post Ly-
curgum, imperium illud summum populi tran-
stulerunt ad Senatum, quasi oraculo iubente;
ne populus erexit sibi potestatem lageret;
tum Ephoros quinque cum annua potestate
creari voluerunt à Senatu, quasi speculatores
regum & Senatus, ne tyrannis usurparetur. nam
reges



reges, præter nomen nihil habuerunt . in quo Maciauellus & plerique alij fallunt , qui affirmant unum duntaxat regem fuisse . at si regia potestas , quæ vnius propria esse debet , duorum communis sit , erit & plurimæ ex eo igitur popularis imperij , secuta cōuersio est in optimates . nihil enim populo relictum est in imperio loci . hoc tantum , quod vno ex optimatibus mortuo , cùm candidati præterieret , vt quisque gratissimus erat , sic maiores plausus ferebat . tūm arbitrii qui sub testo latebant , eum qui plausu maiore exceptus esset , Senatorem renuntiabant . sed nullæ tabellæ , nulla suffragia , nulla denique ratio comitiiorum . Ephoros quinque annua potestate creabant optimates ; qui magistratus omnium maximus erat . nam regibus ciues omnes præter Ephoros , reges Ephoris affugabant . idem Ephori ciues ac reges ipsos arbitratu suo mulctabant , & omnium iudiciorum præterquam capitalium , ius habebant , vt est apud Xenophontem , quintam rex Agis in carcere ab illis coniectus , & supplicio affectus est , cùm populi mores mendare , ac leges Lycurgi restituere conarentur , & antea sc̄pē regibus capitalem accusacionem intentauerant & in exilium miseram , vt in Agide & Cleomene Plutarchus scribit . si igitur Polybius ac Dionysius regiæ potestatis speciem nomini tribuunt , debuerant in rege facro-

sacrorum , qualis fuit apud Romanos & Athenies , non in Consulibus regnū stabilire : aut regiam potestatem Ephoris quoque cōmunicare , qui tam imperiose se gerebat , vt in eunte magistratu omnibus ciuiibus edicerent κατά τὸν μὲν τοῦ κατεύθυνσης , id est radere mustacem , quemadmodum Arisotelles scribit , non aliam ob causam , quam ut ciues intelligerent eorum iussus obediendum esse . ex quo intelligitur iuniores , Polybij ac Dionysij , præclara specie se texisse : sed rationibus oportet quare quecumque ita sit docere , non auctoritate . quanquam nostræ sententie magnos quoque auctores habemus ; Thucydidem , Xenophontem , Arisotelem , & Plutarchum , qui uno consensu tradunt Athenies cum Lacedæmoniis annos amplius x x . grauissima bella gerisse , vt alteri populares , alteri optimatum status in tota Graecia stabilirent . nam vicis Atheniesibus , Lacedæmonij statum popularem euerterunt , optimates tringita , qui tyranni sunt appellati , summo imperio præfecerunt . id quod apertius Demosthenes in oratione contra Leptinem scribit , Senatores rerum dominos esse in Republica Lacedæmoniorum : populum vero apud Athenies . quare æquius erat vt Polybius , Dionysius , Contarenus , Maciauellus , rotæ tam multos scriptores , ac tantæ auctoritatis prius coarguerent , quam Lacedæmoniorum



rum statum ex optimatibus esse negarent. recte igitur Aristoteles tres omnino Reipublica statu laudabiles posuit, at totidem vitiros: qui tamen plures tribus esse nequeunt, ut anteā dixi; cùm nihil referat quoties de statu quæritur, probi an improbi sint qui imperio præfunt: neque enim minus ciuius est vir sceleratus quam bonus. & optimus quisque vir, per simus ciuius est, quia solitudinem quærens, totus in celum contemplatione fertur. quare unum ex omnibus ciuibus præfere oportet: aut plures uno, minorem tamen ciuium partem: aut omnes, sive ex omnibus plurimos. nihil aliud fingi potest, erit quidem aliud imperium alio magis populare: sed populare tamen. hac proposita disputandi regula, consequens est apud Venetos, unum aliquem summum imperium tenere: aut minorem partem ciuium: aut omnes, seu magnam omnium partem: hoc est Monarchiam esse, vel Aristocratiā, vel Democriātā. igitur planum sit ex ipsius Cottarenī, Sabellīci, & Bembī scriptis, Venetiam ab originis sua primordio popularē suisse, postea temporis decursu, ad optimates delapsam. si enim popularis fuit Repub. Romanorū, vt anteā docimus, si popularis Atheniensium, vt omnes fatentur; Venetorum quoque Republica initio popularis erat: verum illud; hoc igitur. Prima lex imperij popularis omnium

omnium maxima, quam à Solone latam scribit Plutarchus, ea ipsa est quam Brutus primus omnium Consul, quam Valerij tres tulerunt, ut esset ab omnibus magistratibus prouocatio ad populum. hanc quoque legem ut omnium antiquissimam nascente Venetorum Republica latam scribit Cottarenus, cùm Veneti finū in eadem extitaria coauerunt. id autem Caroli magni temporibus contingit narrat, cùm anteā in scopulis huc illud dispersi Repub. formas singulares haberent. neque vero antē hoc tempus duces viros aut Senatum, aut magistratus creati memorantur, sed primus omnium Paulus Anafatus anno Christi DCCVII. dux est electus. anteā cuiusque pagi summa erat & imperium ab aliis duum. itaque fallit Manutius, qui Rempub. Venetorum MCXX. annos in eo statu floruisse assertat: recte Iouius DCCC. cui congruit Giannotus Donatus ciuius Venetus, qui accuratissime de Repub. Venetorum scriptit. non enim queratur quo quæque ciuitas tempore condita sit, sed quando quæque Repub. caperit, aut desierit eodem statu vigere. cùm igitur omnes in eandem vrbe coissent, lex illa de prouocatione, quæ popularis imperij rationem continet, non ad optimates aut patricios, qui nulli erant, sed promiscue ad populum, id est, ad ciuium omnium multitudinem simul coactam lata



lata est. negat enim Contarens patriciorum ac plebeiorum discrimen fuisse, cum ciues omnes eodem iure censerentur, atque eiusdem imperij popularis participes essent. nam Vespuccius apud Guichardini in oratione quam habuit Florentiae pro statu optimatum (agebatur enim de convertenda Florentinorum Republica) exemplum viris Venetie proponuit: Soderinus vero popularis imperium tuebatur, & eos qui Venetii Rempublicam gerunt, docebat erro patricios vocari: cum nihil aliud essent quam ciues, reliquos esse peregrinos: cui confitaneum est quod Gianotus Donatus, ciuis Venetus, in eo libro quem accurate de Repub. Venetorum scriptis, verbum Gentilhuomo, nusquam in monumentis Venetorum vifupari, ante tempora Sebastiani Ciani, hoc est, ante annum M. C I X X V . quid quidem si Veneti fateantur, Respublica plane popularis erit, cum illa ciuium omnium multitudine, peregrinis exclusis, sumimum ius prouocationis habeat, magistratus omnes ac imperia tribua, leges deniq; iubet, ut scribitur Contarens: addo etiam belli ac pacis, vita & necis potestatem; ut videre est apud Bebum in bellis suscepimus aduersus Iulium Pontificem max. & Ludovicum regem Gallorum, quae non ante gesta sunt, quam populus suis sufragiis iussifuerit. nec obest quid interdum bella suspiciantur

tur

tur decreto Senatus sine populi iussu, cum id expissime quoque fieret apud Romanos & Athenienses. ac tametli rare sunt provocaciones à decemviris & x l. viris, ne libera prouocatione sapientis admissa scelerum impunitas confequatur; nihilominus tamen interdum questiones capitales propter ciuium dignitatem, aut sceleris atrocitatem ad populum deferuntur, ut videre est apud Bembum, in iudicio Ant. Grimani, qui propter generis splendorem & potentiam à populo judicatus est, exilioque damnatus. nec si iudices supplicia de sceleratis fine prouocatione sumunt, propter eā necis ac vita ius habent, cum legibus obstricti teneantur, nec merentes morte liberante posint: hoc regis est, aut populi, aut optimatum, apud quos clementia contrā leges locum habet. itaque Cicero veniam pro Ligario praecusat à Cæsare; Apud iudices, inquit, nunquam egit hoc modo: ignofcite iudices, errauit, temere fecit, si vnguam posthac ad parentem sic agi solet. apud iudices; non fecit, non cogitauit, falsi testes, fictum crimen. Quod si decemviri aut x l. viri prauarificantur, exaco magistratu accusati posint. videmus igitur illa que ad imperii maiestatem pertinent, populi Venetorum, id est, ciuium omnium esse propria. cetera ferè à decemviris gerantur: quod si maioris momentū res est, accire solent

t

septem-



septem viros: si dissident inter se, adhibentur quoque x v i. vii praeconsultores: si ne inter ipsos quidem conueniat, aut grauioris momenti res videatur, ad Senatum: si nec in Senatu transfigi possit, aut ad imperii maiestatem pertineat, fertur ad populum: vt apud Carthaginenses (quorum imperium populare sūisse tradidit Aristoteles) fieri solebat. Iam vero cū sexdecim creandorum magistratum genera sint, idque forte, vel electione, vel vtroque (quibus adiencia sunt duo genera regis protestatis, cū omnes, vel patci ab uno creantur) nullum tamen Aristotelī magis popularē visum est, quām omnes magistratus ab omnibus citibus creari: vt apud Venetos in illa quā dixi ciuitum omnium multitudine (quoniam reliqui Contarenos ac Sigonio peregrini, non ciues habentur) omnes ab omnibus imperia consequntur; & quidem sūm villa ratione, censu, nobilitati, eruditio, dignitate: cum tamen apud Atheniensēs, qui omnium maximē populares sūsse dicuntur, magna ratio census haberetur, nec quartæ classi, que ceteras multitudine longē superabat, vilis esset aditus ad honores ex lege Solonis, quoque Aristides legem abrogauit. quinetiam forte, que ipsa nullum virtuti relinquit, nec honestati locum, maximi quoq; honores mixtis sūfragiis apud Venetos tribuuntur: at nihil magis popularē

Aristo-

Aristotelī visum est, quām sorti magistratum permittere creationem. contrā vero apud Lacedemonios, quorum Rempub. sūx similem facit Contarenus, nullus omnino sorti locus erat. Quæ cūm ita sint, non video cur Contarenus, Rempublicam Venetorum ex triplici genere temperante esse putet. est, inquit, in magno concilio popularis: in Sanatu optimatum: in duce regia potestas. sed unde annum imperium Senati, duci, magistratus, nisi à populo? dux autem ne vocationis quidem aut prehensionis ius habet. neque vero fatis est armis illum & imperio spoliassie: adhibuerunt etiam decenviros exploratores, ac libertatis custodes, qui supplicium de Faliero duce sumperunt. at imago ducis est in numismate, dat nomina fastis; & vbiique regis speciem intueri possit, inquit Contarenus, potestatem nullam. idem quoque dici poterit de Consulibus Romanis, & Archonte Atheniensium: & eadem ratione Athenis regnum imperio populari confusum dicemus. idem etiam iudican dum relinquitur de statua veste purpurea & aurea corona insigni; addo sceptrum ac diadema, quæ rex Venetorum gestare prohibetur: regis speciem & imaginem intueri licet; potestatē nusquam. si hoc absurdum, illud quoque profectō confundiliter faciunt ut indocti pictores, qui cūm virginem Mariam in stabu-

r

lo



lo malè tecto parientem constituant, eandem aurea veste & corona nobili solecismo exornant. & quoniam Cōtarenius eos tantum quos vocat patricios, ciues esse arbitratur, ceteros omnes haber loco peregrinorum, sicutus eius definitionem ab Aristotele inuestigata: neceps est ratione Rempub. Venetorum popularem dici, vt Soderinus differebat. ac ipse Contarenius fatetur, in magno ciuium concilio popularis imperii rationem inesse. neque enim ciuium magnus numerus statum efficit, sed illud spectandum, an omnes ciues imperii participes sint: alioquin ne Atheniensem quidem Republica Periclis tempore quo maxime florebat, popularis dicitur. quia tametsi non plures x i i i. millib. & c c c. millib. ciuium vitroque parente Periclis temporibus censi feruntur, quinque millib. qui pro ciuibus irreperant publice venditis: sic enim Plutarchus scribit in Pericle, post sueta multitudine censa fuerunt xx. millia ciuium decem peregrinorum, & c c c. millia seruorum, ut Athenaeus tradit. Demosthenes in oratione contra Arislogitonem scribit, xx. millia ciuium suis temporibus Athenis censa fusisse: non meminit peregrinorum. Dinarctius vero aduersus Demostenem, ait, mille & quingentis ciuibus rerum iusfragia permisit fusisse. ex quo intelligitur, paucos admodum in tanta multitudine


indine imperium tenuisse. idque Demosthenes in oratione de Republica ordinanda scribit, oratores Reipub. principes esse: his subiectos Imperatores: trecentos ferè ciues suffragium tulisse: reliquos trecentis attributos fuisse. cum igitur in tanto peregrinorum ac servorum numero, tanto ciuium paucitas imperium haberet, quod omnium consensu popolare appellatur: quis neget ea ratione, Venetorum Rempublicam esse popularem, quia circiter quinque millia ciuium paulo minus habet, qui honoribus adipiscendis idonei sunt? iam vero negat Aristoteles ciuitatem esse, quia plures decem millibus ciuium complectatur. Plato quinque millibus & quadraginta definit, ac propter numeri fecunditatē, qui diuiores habet uno minus quinquaginta, abortus fieri, ac partus non modo monstrofios, sed etiam integros caeli maluit, quam plures admitti.

Comparatio Rei-
Sed comparemus, si placet, status Atheneiū, Venetorum ac Romanorum, ut populi Atheniū, pulares esse planius intelligatur. nihil enim Venetorum, cum Lacedaemoniis communē habent. cūm & Romanū statū Romanorum dispueto, intelligo seminorum. per popularem illum, quām populus non simulatio imperium habuit, ut olim sub regibus, qui ad populū, bellū, pacis, magistratū, ac prouocationis summum ius detulerunt, ut est apud Dionysium libro 1111. cūm re vera



statueret arbitratu suo reges ipsi; vt etiam Augustus, qui adepta potestate comitorum imaginem habebat, leges ad populum ferebat, quorum ipse arbiter erat. illud igitur communis est quod populi concio imperii summam habuit: hoc tamen interest, quod populus Venetorum, de his duntaxat qua ad imperium sumnum pertinere diximus, cognoscit: cetera Senatus ac magistratibus permittit. raro prouocatur ad populum, rarius de bello, rarissime de legibus rogandis aut abrogandis agitur; sed ferè magistratum creandorum causa coeunt. at Romana plebs etiam iudicia publica definiebat, qua tamen ad imperii maiestatē non pertinent, quoniam vbique ferè magistratibus tribuuntur. populus vero Atheniensis præter leges, federa, bella, iudicia publica, de quibus sepiissimè ferebatur, etiam religiones, legationes, consilia, decretaque Senatus ac res leuisimas, sèpius quam p[ro]p[ter]a effet tractabat. ante quidem multæ cogebantur cives concionibus adesse, ut est apud Pollucem: postea Pericles Areopagitarum immunita potestate popularem auxit, propositis populo præmis si concionibus adesse velle. p[er]t[inet] etiam quod suffragia ferebant manuum extensione, id est, *per postor[um]* (v[er]i nunc Helvetii montani) quatenus, potentiorum vi ac pugnis cogebantur *Xipotov[er]i*, præterquam in ostracismo & ciuium

ium cooptatione, vt scribit Demosthenes contra Niceram, p[er]simè quod solus populus præmia proponebat, ciuitatem, immunitatē, largitiones, coronas, proedrias, statuas, viçū in Prytanee concedebat: sic enim scribit Demosthenes cōtra Leptinem: quæ ab impudentissimis quibusque extorquerabantur, iustissimi vero eliciebantur. abfudit[us] etiam quod in creandis magistratibus, omnia sorti permittebantur, ut ea Republi[ca] fortilega verius esset quam popularis, cùm imperia fortis, non populi beneficio tribuerentur. melius Romani, qui magistratus omnes eligebant, suffragio tabularum ex lege Caffia & Papiria, quas miror à Cicerone repudiari, cùm aperta suffragia tantis odiis ac editionibus sint opportuna. præmia vero populus dabat, quāquam nullum ferè apud Romanos, nisi gloriæ præmium propositum videmus, ut etiam apud Venetos, qui peregrinis bene de Repub[li]c[ae] meritis ciuitatem, ciuibus honores, magistratus, ac statuas decernunt. Senatus autem Romanorum hoc differt à Senatu Venetorum, Atheniensium, Carthaginensium, Genuensium, Rhagusiorum, & omnium feri Germania: ciuitatum, quæ optimatum imperio reguntur, quod hi annuam illi perpetuum habuerunt potestatem. Platonis quoque Senatus annuus est. rursus apud Venetos maximum habet Senatus auctoritatem;



apud Romanos, mediocrem : apud Athenie-
fes, minimam. nam quo plura populo tribuan-
tur, eò magis imminuitur Senatus potestas;
qua olim vnius Tribunum vetantis oratione fu-
spendi poterat, fallunt enim plerique Romani
iuriis interpres, qui Senatu legis condenda
potestatem tribuant, neque enim prius hoc
Senatu permisum est, quam Tiberius a po-
pulo ad Senatum transiit ius illud comitio-
rum, qua Augustus dicit causa reliquerat po-
pulo, ad quem leges cerebat, quatum ipse arbit-
ter erat : magistratum quoque ac prouincia-
rum dimidiam partem a populo peti patieba-
tur, cum ipse candidatos manu duceret. quod
igitur Tacitus libro 11. Dio libro 1. 1. 1. co-
mitia tradunt ad Senatum translata, eò per-
tinet, vt ea que simulatè populo relata fuerant,
Senatu tribuerentur. ex quo tempore Sena-
tu consulta vim legis habuere, qua tamen à
principe reuera fiebant ac fanciebantur : vt vi-
dere est in orationibus D. Marci, Adriani, Se-
ueri, quas habemus in Pandectis. sed de popu-
lari tempore hic agitur, & Tribunorum po-
testate. nullus apud Venetos Tribunus: nullus i-
tem orator impudens, qui populi voluntates
flebile, & vnde velit deducere audeat : sed li-
berè Senatus omnia, præter illa quibus impe-
rij maiestas continetur. hoc tamen commune
est, quod nihil ad populum Atheniensium aut

Romae-

Romanum ferri potuit inconsulto Senatu,
quemadmodum scribit Plutarchus, & Demo-
sthenes aduersus Androtionem : quem pro-
pterè Demosthenes accusauit, quod inconsul-
to Senatu, legem ad populum tulisset : con-
tra quem Androton confutitudinem receptam
opponit, quod scilicet aliter fieri confucueret.
peius tamen quod lege permittente ad ple-
bem Romanam ferre licuit inconsulto Sena-
tu. Veneti prudentissime cauerunt, non modò
ad populum, sed ne ad Senatum quidem ullus
rerogationem ferre sine consilio x v i. viro-
rum, qui sapientes ab illis, ab Aristotele *αριστοτέλης*
appellantur. hoc item commune est,
quod nulla iudicia Senatus Atheniensis aut
Romanus attingebat, quandiu libera fuit Re-
publica: nisi fortasse rei nouitas, aut sceleris a-
trocitas, animaduerctionem extra ordinem po-
stularet : sed cum Senatus Atheniensis extra
ordinem cognoceret, non maiorem mulieram
quingentis drachmis irrogare poterat, vt De-
mosthenes contrà Euergum scribit. si quid
grauius esset, ad populum cerebatur, apud Ve-
netos x. viri & x l. viri publicorum judicio-
rum, cognitiones etiam extraordinarias ha-
bent, quas Græci vocant *ἰστεγγυλέιαις*: hoc
tamen amplius habuit Senatus Atheniensis,
quod Senatorem ordine mouere, & *ἐκφύγων*
φεύγων potuerit : & teos ad populum defer-
re.



re.apud Romanos, Censorum; apud Venetos,
decemvirorum potestati tributum est. Se-
quuntur magistratus qui apud Venetos & A-
theniensis magnam inter se similitudinem,
nullam ferè cum Romanis habent . scirum est
quāc pauci fuerint Romē magistratus. Athene-
nies prope infinitos habuerunt. fuit enim
prēter Senatum quingentorum virorum , A-
reopagitarum curia, qua parem habuit potes-
tatem atque collegium decemvirorum apud
Venetos . hoc tamen interest quod hi ad breve
tempus illi perpetuū imperium habuerunt. ac
primum sub regibus ad capitales causas : dein
de rerum omnium speculatores sunt & legum
custodes ; à Spolone constituti, vt Plutarchus scri-
bit. sed quemadmodum Pericles Areopagita-
rum potestiam labefactauit non mediocri-
ter decemvirorum potestas est immunita x l.
virorum capitalium, deinde v i. virorum ac
x v i. virorum creatione. Sequitur collegium
nouem ~~αρχοντας~~, quod v i. viri Venetorum
non male congruit . item collegium x l. viro-
rum, qui de vi & iniurias cognoscabant. & E-
phatarum quinquaginta, qui cum x l. viris ca-
pitalibus Venetorum conferri possunt : sed E-
phetae de cede fortuita duxerat cognoverūt,
vt est apud Suidam, Pollucē, & Pausaniam in
Atticis, ubi copiosē genera iudiciorum expli-
cantur: neque enim ciuib⁹ tam⁹ ac peregrini
nis


pis, sed etiam brutis animalibus, & rebus in-
animatis ius dicebatur, quod apud Gr̄ecos con-
fueum erat. nam scribit Plutarchus in Timo-
leonte, post exactum urbe Dionysium iunio-
rem & Icetein, vñā cum Carthaginēsibus, sup
plūcium de statu tyrānorū, quāsi de tyrānis
sumptum fuisse. fuerūt etiam Arbitri c c xx.
qui ex vna quaue tribu forte quotannis duce-
bantur supra faxagesimum annum, vt Pollux;
vel quinquagesimum, vt Suidas tradit. his ferē
octoginta viri, ciuilium caufarum apud Vene-
tos comparari posseunt : x l. quidem inter ci-
ues & ciues; iotidem ciues inter & peregrinos.
Archon pr̄sudebat arbitris ciuium, Polemar-
chus arbitris peregrinorum. quo munere fun-
gebantur duo Pr̄tores apud Romanos; Vi-
banus & Peregrinus, vna cum Centumviris:
quibus decemviri litibus iudicandis pro Pr̄-
tore pr̄saeant publicis iudicis Pr̄tores que-
stionum, vñā cum decuria Senatorū, & equi-
tum; quibus lege Aurelia Tribuni atrari adie-
cti sunt. hoc tamen animaduersione dignum
est, quod Budaeum ac plerisque alios fecellit;
quod tametsi Senatus iudicia nulla discep-
ret, siue legitimis, siue iudicis effet: nihil-
minus ab eis tis regibus vñāque ad legem Sem-
proniam, Pr̄tores questioñum, ac paricidij
Questores, non alios quām ex ordine Senato-
rio fortiebantur. aliud est autem Senatum iu-
dicare;



dicare; aliud Senatorios viros à Prætoribus ad iudicia sorte duci. Apud Athenienses Phylachi decem, siue tribuum prepositi à Clitene instituti; plane similes erant sexviris Venetorum tribuum Præfectis; & Phratriarchi Atheniensium, Præfectorum fideliorum apud Venetos aut Curionibus apud Romanos; quales ferè sunt vbique ruris Demarchi Atheniensium nomine duntaxat, cum Tribunis plebis conuenient; potestate nullo modo. Propterea, Archontes, & Epiftatas Senatus, concionis, & iudiciorum, pares habent Veneti in quibusc collegiis, apud Romanos Cöfili, Senatus præferat: maior magistratus populo, Tribunus plebi, aut Aedilis (raro tamen) aut maior magistratus; Prætors iudicis, qui autem apud Athenienses vnde cimur *νομοφύλαξες* à Pollice appellantur, idem ferè apud Romanos triumviri capiteles, minores iudices multi sunt apud Venetos, quales nec Romani ullos, nec Athenienses habuerent, præter Epagoras, qui similes erant iudicibus mercatorum. sed hæc apud Contarenum. unum genus est magistratum apud Venetos, qui triumviri adiutores appellantur, ac fontium præhensionem & accusationem habent; ne, ut apud Romanos & Gracos, quenquam temere accusare liceat. talis est apud nos aduocatio triumviralis, in omnibus iudicium decurris. Logisti quoque

Athe-

Atheniensium, Syndicis Venetorum non male congruunt, quod utrius rationem gesti magistratus exigebant; sed illi de moribus ante magistratum quæstionem habebant: hi de provincialibus magistratibus duntaxat inquirunt: decemviri ac triumviri de urbans, ceteri magistratus qui ætarium curant, idem ferè apud Athenienses qui apud Venetos, habent hi Præfectos vestigalium ac tributorū, qui tam varij sunt, quam varia genera tributorum ac vestigalium: Præfectos pecunia mutuæ, tribunos ætarji, qui publicas pecunias recipiunt: quæstores urbanos, ad quos pecunia deferatur. apud Athenienses Apodecta, Hellenotamie, quæstores Palladis, quæstores urbani, siue Prætores, inquisitores, syndici, qui factas pecunias multæ nomine exigebat: quæstores spectaculorum, quæstores militares, quæstores seruum venalium, Epigraphi seu bonorum censores, & antigraphi, omnium autem maximus fuit quæstor populi. magistratus item annona multo plures apud Athenienses, quam apud Venetos aut Romanos, his quidem unus annona Præfector, aut ad summum Aediles duo. illis præter Agoranomum, Metronomi quindecim, totidem Sitophylaces, ac præterea curator emporij, reliqui sunt apud Venetos Præfectori salutis publicæ, Præfectori Monetæ, Aediles viarum, Præfectori clavis, Procuratores D. Marci,



Marci, qui pupillorum ac viduarum curam habent, apud Athenieſes prop̄ infiniti vrbis dignitatem ac ciuium ſalutem curabat, quos Aristoteles ἀγονόυσε vocat: vt Praefecti aquarum, murorum, operum publicorum. præterea Nomophylaces ceremonia p̄terant: Sophronifaz moribus: Gynaecocofni mulieribus: Oenopta coniuuiis: Gymnaliarchz palſtræ: Choragi choros: Liturgi curationibus extraordinaris: Conquifitores peregrinos à ciuibus dirimabant: Epifcoli magiſtratum actiones explorabant: Oratores cauſas publicas ſuſcipiebant: legati ad ſocios aut exteras gentes mittebātur. omittit militares magiſtratus, Taxiarchoſ, Hipparchos, Triarchos, Strategos: omittit pontifices ac ſacerdotes, qui cō plures apud Romanos fuere, quo religionem ac militarem disciplinam magiſtri coluerunt. Provinciales magiſtratus apud Athenieſes video nullos, cum ſociæ ciuitateſ ſuos magiſtratus haberentſe pronocandi ius erat ad magiſtratus Athenieſes, vt eſt apud Xenophontem ita quoq; apud Venetos & Romanos: fed hoc amplius, quod hi magiſtratus provinciales habent. Romani tres; Praefidem, Legatum, & Quæforem, nam Procōſules, Praetores, Proquaſtores, Praefidiſ appellatione complectitur Vlpianus. Si provincia laet pateret, legati plures adiungebantur. Veneti quatuor creare ſolent:

ſolent: Praetorem vrbana discipline, Praefectum militari, Cuitodem arcis, & Quæforem. hæc forma eft Rerumpublicarum quæ in ſtatuto populari magis clarerunt, excipio Carthaginem, cuius veſtigia ſunt apud Ariftotelen, Polypium ac Liuium, ſed valde obſcura. Ex hiſ planum fit Reimp̄ublicam Venetorum ante popularem fuiffe, fed paulatim in Aristocratiā mutari cœpisse, cum magna pars ciuium ac plebeiorum opificis intenta, ſponte ſe à rebus agendis ſubducere; peregrini vero & inquilini non admittentur, nec ius imperij cuiquam niſi de Republica bene inerito, & aware admodum tribueretur: paulatim familię veteres interire caperunt, et mulcè pauciores eſſent, niſi Gentienſi bello tringita peregrini ius ciuitatis emiſſent, cum ciuitas inopia premeretur. hoc idem contigifet apud Romanos & Athenieſes, ſi codem modū vicerentur quo Veneti. fed apud Athenieſes ciuium multitudinem auxit Clifthenes, qui omnes inquilinos ac manumiflos in ciuitatem recepit: Romani vero manumiflos omnes exceptis oppido pauſis, ac propterē Latinī, ſuos liberos feruilem in modum Romanis vēdere conſuecabant, auctore Dionyſio, vt manumifſi ius honorum adiſcerentur. poſt armis ſocialibus coacti, vnuerſa Italiæ ciuitatem confeſſerunt, tandem etiam exteris nationib⁹: poſtremo omnibus



nibus qui Romano imperio continebantur. Sunt igitur apud Venetos Citadini & Plebei, & quae ciues ac Nobiles: ut priuatus & quae ciuius est ac magistratus: fed illi ab honoribus & imperio summouentur. huc enim relabi oportet, vnde totius disputationis originem ducebamus, non enim quia Citadini Venetorum Cancellarius esse potest (quoniam suffragis tribuitur non sorti) aut etiam scriba, propter ea ciuius habetur, cum in tanta munera, quo in perpetuo sunt paucitate, vnius tamquam aut alter ciuius isto modo esse possit. ceteri peregrini, apud Athenienses, si Athenaei scripta sequamur, cum xx. millia ciuiuum imperium teneret, decē millia peregrinorū qui nati erāt ex peregrinis, tamēti ab honoribus & suffragiis arcerentur, nihilominus ciues sufficere oportet: cum libertate, imperij tutela, iuriis aequabilitate, domicilio perpetuo, ac patria denique in qua natī erant, fruerentur; nec ab aliis ciuitatibus aut principibus iure vindicari possent. fuerunt igitur revera xx. x. millia ciuium, quorū xx. millia popularem statum quebantur. neque enim oportet in populari statu ciues omnes imperij participes esse, sed maiore partem. quod enim pluribus placet, omnibus placere dicuntur.

Status op-
timatum.

Cum verò minor pars ciuium imperat, & prolege habetur, quod paucioribus ciuibus placet, optimatum potestas est. nisi ad verbo-

rum

rum subtilitatem omnia reuocemus, ut non sint optimates nisi optimi præsent: at ita ratione non solum apud Venetos, Rhagusios, Genuenses, Lucenses, & Germanos, vbi paucissimi imperium tenent; fed nulla omnino Aristocracia aliquam sufficere reperitur: & vitiosæ eiusmodi Reipublicæ videbuntur, in quibus nobilis, aut diuties, nulla virtutis aut eruditio nisi habita ratione, soli Rempub. gerunt: cum interim optimi ac prudentissimi propter inopiam vel generis obscuritatem rejiciantur. quod absurdum esse affirmabunt. ergo populariter loquamur, & optimatum imperia ciuium paucitate; paucitatem minore ciuium parte dividamus: siue duo (nam plures eo numero intelliguntur, ut Iurisconfulti tradunt) siue tres fuerint, ut cum Augustus Antonius, ac Lepidus triumvir Reipub. constituerent Républicam suo arbitrio gubernarent: quoniam statim in monarchias tres, ac paulo post in duas, postremò in unam concessit. siue plures tribus imperent, paucissimi tamen & virtute insignes, ut apud Hebreos ante regiam potestatem: apud Lacedemonios, sublatio regno: apud Pharaois, ante Alexandri tempora, siue paucissimi ac deterrimi, ut apud Megarenes & Athenienses sub xx. x. tyrannis apud Romanos, sub decemviris: apud Perusinos, sub Ottonibus: apud Senēses, ciectis patriciis.

v

finis



siue nobilissimi magno numero, vt apud Romanos patricij ante creationem Tribunorum, tunc revera imperium tenebant, popularis nomen inane erat: vel etiam apud Cnidios, Venetos, Rhagufios, Lucenses, & Norimbergenses. siue pauci diuites, vt apud Rhodios, Thebanos, Genuenes, sublata populi potestate, numerus verò infinitam adferit varietatem: vt apud Pharalios xx.apud Lacedemonios xxx, apud Hebreos lxxi. apud Germanos ducenti, aut ad summum trecenti: totidem ferè apud Rhagufios, & Lucenses, apud veteres Massilienses texcti, vt Valerius max. testatum reliquit, nunc apud Genuenes circiter mille quingeniti, apud Venetos numerus optimatum triplo maior est, sed illic numerus frustra definitur, cum à stirpe querantur optimates: si tamen electione aut forte ducatur, centesimum quenque cooptari melius est ad geometricam rationem, que optimatum imperio rectissime congruit, vt harmonica regno, arithmeticæ populari, quare si demus ciuium decem millia, centū optimates diligendi sunt; sic enim geometrica ratio constabit: quia hic numerus aequali ratione vnum ac decem millia complectitur, confimiliter ex x x, millibus ducenti, numerum implēt optimatum. at Lycurgus ferè millesimum quenque, scilicet è quinque Spartiarum & x x x. Lacedemoniorum milibus

libus

libus x x x. dūtaxat elegit. In Senatu cooptando multò pauciores desiderantur, quam in optimatibus eligendis, contra quam voluit Plato, qui trigeminum quenque in Senatum annum cooptavit, id est, ex millibus quinque & quadraginta, c. lxxx. quod veteri more factum opinor. nam Romulus trigeminum quenque se legit, id est, centum Senatores ex tribus ciuiis millibus, quos in coloniam sive vrbis deduxerat, at in consequentibus coloniis decimis quisque legebatur, vt I.C. scribit in l. pupillus, de verb. signific. Moses tamen videtur è decem millibus vnum dūtaxat diuitia sorte duxisse. cum enim censū sufficiat d. c. x. x. ii. millia hominū supra x x, & infra i. v. annos qui arma ferre poterant, vni & septuaginta Senatu præficit. qua ratio congruet, si minorum centum millia sufficie concedamus: reiatio seruos, senes, ac foeminas, quorum numerum duplo maiorem sufficiere est; cum ferè tot sint vbique foeminae quot viri, atque etiam vna plus Athenarum vrbis nomen dedit. sed hanc Senatus, & optimatum diligendorum rationem miror à Platone esse & Aristotele pretermisam: cum tamen numerum ciuium defiuerint; qui semper varie minuitur & augeatur. nam Dionyfius tradit primito censu Romuli tria millia ciuium: secundo Seruji, l. x x x. quinto c. x x. septimo c. x, octavo c. f. i. i. mil-

v 2

lis



lia, præter seruos, steminas, opifices, mercatores; quorum numerum triplo maiorem fuisse confirmat: numerus autem singulis annis facilè intelligebatur, quod nascens quisque, Lutoni Lucinae; moriens, Veneri Libitine nummum penderet, Serua lege, at in Aristocratis paucissimorum, idem optimates sunt & Senatores, ut apud Lacedemonios, Pharsalio, Hebraos. Atque haec de populari & optimatum statu.

Monarchia
status.

Reflat de Monarchia dicere, cuius tamquam genus est, varia tamen cōplectūtur formas, quinque ab Aristotele constitutuntur, in quo refellendo, ne longior fin, id cuique iudicandum relinquit. Monarchia appello, quum summa potestas est in uno, qui iure imperatur in iuriaria. hic tyrannus ille rex appellatur, finis huius honestas illius voluntas. neque enim verum est quod ait Aristoteles; Regem euadere tyrannum, cum vel aliquatulum imperat contra populi voluntatem. nam ita ratione nulli sint reges: ac Moles ipse infissimus & sapientissimus princeps, idem tyrannus omnium maximus iudicaretur, quod omnia penè iubaret ac prohiberet contra populi voluntatem. quanquam popularis sit non regia potestas, cum arbitrio populi Republica gubernatur à Rege: quoniam status à populo pender. Quare cum Aristoteles hanc definitionem tuetur,

tur, coactus est nullos vñquam esse reges confiteri. Tyrannorum igitur alius ali, iniustior, omnes tamen sceleri ac iniuria conuicti. Regum autem qui iure imperant, duo sunt genera: alteri quidem nulla tenentur lege: alteri legibus obligantur. primi generis sunt reges illi qui manu regia, sine ullis legibus, olim imperia iustissime gubernarunt: quales fuissi dicuntur, reges veterum Graecorum ante Lycurgum & Draconem, id est, antequam leges vñz sancirentur: tales quoque in Italia veteri regum status fuisse memorantur. cum nec regibus, nec priuatis leges vñz ferrentur: sed tota Republica iūique cuium in arbitrio principis potum est, ac manu regia, vt Pomponius scribit, sine certo iure gubernaretur. nam Iosephus eo argumēto colligit, Moses antiquissimum omnium fuisse legilatorem, quod Homenus in opere tanto rōp̄s verbum, nusquam usurparit, ac tametsi postea leges inuenit fuissent, priuatis tamen non regibus ferebantur: nec nisi ferò admodum principes legibus obligari voluerunt: at ne regibus quidem Urbe exactis Consules suum imperium ac potestatem lege teneri patiebantur. est enim ac semper fuit, vetus illa inter potentes ac tenues grauis controueria, quæ magnis imperiis exitus attulit valde calamitosos: quod potentes arbitrio suo imperare, ac legibus solvi, tenues a-



quabilium omnes teneri volunt. itaque Tercius Aes. Trib. pl. legem tulit ad populum, vt Consulibus leges concriberentur, ne plebs ab eorum arbitrio penderet: quia lex, inquit Dionysius, à Consulibus annos sex oppugnata, ad extremum perlatę est. hinc decentviri legibus scribēdi creati. sed longè aliud est magistratum lege teneri, aliud Regem: quia hic à seipso ille à principe vel populo imperium habet. nullum autem Reipub. interitus maius argumentum Platoni vīsum est, quām si magistratus legi, non magistratuī lex imperet. illud tamen valde periculōsum: Regem ita creari, ve nullis omnino legibus teneatur, sed omnia nūti arbitrii quoque suo gerat. atque hac disputatio grauitate est ab Aristotele tractata, vbi querit an præstabilitus sit imperium homini tribuere, quām legi. & cū sepius esse dixisset virum bonum imperare, si modò talis in Repub. futurus est, postea subiecit: Imperium Deo tribui, cū legi tribuitur: cū autem homini communicaretur, bellum adiungi: propterē quod homines variis perturbationibus ab æquitate distrahi solent. sed cū interprete lex egeat; nec omnia quæ ex infinita locorum, temporum, & causarum varietate occurruunt, possint legibus comprehendendi: necesse putat quæcunque possint, ea legibus complecti portare: cetera hominum æquitati ac religio-

ni dare. quæ ut vera sint, non tamen ad principes, aut eos qui sumimam Reipub. potestatem habent, fed ad magistratus pertinere videntur. nam qui iubent legem, superiores legibus esse oportet, vt eam vel abrogare, vel ei derogare, vel obrogare, vel subrogare possint: vel etiam sires ita postulat, antiquari patiantur. quæ fieri non possint, si legē teneatur is qui cult. Itaq; Demosthenes Leptinis legem ob id reiecit, quod duxeretur imperij flatum. tulerat enim Leptines rogationem ad populum, ne à populo cuiquam immunitatem dare liceret, & qui petiſſes, is capite puniretur. at cū Romani lege sacra decreuerissent, ne priuilegia cuiquā irrogare liceret, subrogarunt, nisi comitiis censuriatis: alioqui populus sua legis abrogandas potestatē non habuisset. quod absurdum est, cū nemo fibi legem dicere possit, quin ab earecedere ei licet. I. si quis in principe legat: 3. l. à Titio. de verb. obligat, atque hac via causa fuisse videtur, cur Augustus primū, deinde Vespasianus, accepta imperii summi potestate, legibus sunt à Senatu soluti: sed in eo tamen faxe fraus imperio fit. honesta quidem oratio est, oportere legibus superiorēm esse, qui legem iubet, propter ea quæ diximus: sed legē lata, sumimōque omniū probata consenſu, cur non teneatur princeps, ea lege quām tulit: hanc enim ob causā lata est lex Corne-



lia Tribunitia, qua cautum est, ut Praetores suis
ediatis obligarentur, nec femel fixa, refigere
aut mutare posse; cum ambitione arbitrio
que suo contra quam edixerat, decernere con-
fuerissent, vt Alconius scribit. que autem ra-
tio Praetoris est ad edictum; eadem Principis,
aut populi ad legem. igitur si æquum est, ut
quod quisque iuris in alium statuit, eodem ip-
se teneatur: quantum est æquius Principem aut
populum suis legibus obligari? quare populus
Róm. iurabat in legem quam ipse iusserat, ut
est apud Appianum lib. I. ac propterea Metel-
lus Numidicus, quod Appias leges non pro-
bat, nec iurare vellit, in exilium missus est.
cum igitur sua lege populus tantisper tenere-
tur, dum abrogari aequas esset; conlequens est
Principes quoque teneri. aspohimata adver-
sus populum vebantur, cum se legibus ita so-
lutos esse dicentes, ut non modò legibus supe-
riores essent, sed etiam ut nulla ratione iis obli-
garentur; quo dñe turpius est, que sibi pla-
cuissent, vim legum haberent. cui fane opinio-
ni, P. Ponius & V. pianus, plus aliquantò quam
Iurisconsultos deceat, blanduntur: Paulus gra-
uiter. Inuercendum esse Principem ex imper-
fecto testamento quid capere; tantumque Prin-
cipium maiestati decere, leges eas servare, qui-
bus soluti videntur. iisdem temporibus Ale-
xander Seurus, primus omnium id suo rescri-
pro

pto confirmauit: post etiam Theodosius &
Valentinianus, se legibus teneri oratione pla-
nè regali testati sunt; Digna vox, autem, maie-
statis regnatis legibus alligatum se Principem
prolitteri, adicò de auctoritate iuris nostra pen-
det auctoritas, & revera maius imperio est sub-
mittere legibus principatum: & oraculo pre-
sentis editi, quod nobis licet non patinur,
alii indicamus. sed pauci Principes legem hæc
sibi latam putant. neque enim Turcarum, nec
Periarum, nec Scytharum, nec Britannorum,
nec Abissinorum reges: at ne Pontifices qui-
dem Romani, legibus villis se teneri volunt; &
ut eorum verbis vtar, nunquam manus sibi li-
gant. cum igitur legum ac rerū omnium do-
minos se ferant, consimiles sunt regibus iis,
quos Aristoteles dominos appellat; qui veluti
patresfamilias, Républicam quasi suam tuen-
tur. neque enim contra naturam est, aut contra
ius gentium, ut Princeps in Republica rerum
omnium ac legum dominus sit, modò impe-
rium suis armis & fanguine partum iustè tecu-
tur: cum paterfamilias non modò bonorum
qua à se exequita sunt, sed etiam qua à seruis,
& seruorum quoque iure gentium dominus
sit. hoc igitur primum genus est. Principum.
Alterum est eorum, qui non modò magistratus
ac priuatos, verum etiam seiplos legibus
constringunt, ut Principes Christiani, paucis
exce-



exceptis, ac Pcen: qui cùm sacris initiantur, magno iureiurando verbis conceptis à Pontificibus & regni proceribus se obligant, ex legibus imperij & æquo bono Républicam gesturos . formula quidem initiationis regum nostrorum, non modo verborum & antiquitatis eximia specie, sed etiam pondere & gravitate sententiarum pulcherrima viâ mihi est: in eo maxime, quod Princeps ante Pontifices per Deum immortalem iurat, se omnibus ordinibus, debitam legem ac iustitiam redditum: & quanta potest integratate ac religione indicaturum . neque vero iuratus fidem violare facile potest, aut si possit, molit tamen. ius enim illi dicitur vt priuato cuique, & iisdem legibus teneatur . leges autē totius imperij proprias conuellere non potest, nec de moribus ciuitatum & ant'qua consuetudine quicquam immutare, sine trium ordinum conuenio. hinc illa grauis ac diuina cōtrouersia Regem inter & populum Narbonensem, de titulo possessionis antique, quam ex suis, iisdemque Romanis moribus, ut cogantur docere, inciule ac iniulfum esse aiunt . haec quæstio multoties ampliata est, ad extremum à Rege, vel potius ab adulatoribus & quadruplatoribus omisita. Ex his perspicuum fit, opinor, errare Aristotelem, cum reges eos qui legibus obligantur, reges non esse scribit, si enim summum imperium

riua

rum habent, sanè Reges sunt, aut ne populus quidem Romanus summum Reipublicæ ius habuit, cùm iureiurando legibus obligaretur. perniciiosius tamen Iurisconsultorum interpres, cùm Vlpiani ac Pomponij dicta de principibus Romanis (quos non modo legibus solūt, sed etiam eorum arbitrium legem esse aiunt) ad omnes Principes pertinere affirmantur: tamen quod Iafô caput legis bene à Zenone, coram rege Ludouico xii. interpretatus, omnia Principis esse temerè affirmat. qua interpretatio non solum abhorret ab huius imperij moribus ac legibus, verum etiam ab omnibus omnium Imperatorum ac Iurisconsultorum editis & responsis: alioqui omnes rerum vindicationes tollantur, si, nemmo rei cuiusquam dominus est. Ad Reges, ait Seneca, potestas omnium pertinet, ad singulos proprietas . & paulò post: Quemadmodum sub optimo Rege, omnia Rex imperio possidet, singuli dominio . omnia sunt in imperio Cæsaris, in patrimonio propria. Sit igitur hos discrimen Regum, inter ipsos qui iustè imperant, quodā alteri quibusdam imperij legibus obligantur: alteri sunt omnino soluti. Alterum est cùm creantur, aut nascuntur à stirpe Regum: quodā regni genus, Aristoteles barbaricum appellavit. atque hi quidem perpetui sunt . eorum vero qui eliguntur, alteri



alteri in perpetuum; alteri ad breve tempus: si
hoc Dicator Latinis, cum optima lege crea-
batur, Archus Thessalis, Atizymnetes Mityle-
nais, Harmostes Lacedæmoniis, Archô Athé-
niensibus ante popularem statum; Balis Flo-
rentinis: sed hac fuit multorum. hi enim sum-
mum imperium belli, pacis, pñnarum ac præ-
miorum sine provocatis habuerunt. si vero
perpetuum potestatem accipiunt ab optimis
aut plebe, Reges ab Ariftole vocan-
tur: quales fuisse scribit heroicis temporibus,
cum iustissimus ac prudentissimus quisque o-
mnium consenfù dux belli perpetuus, iurisque
ac factorum interpres eligereetur. tales etiam
eliebant Romani veteres, ac maiores nostri
Franci, Arabes, Scytha, Dani, Noruegi, Polonii, Hungari. nam Pyaftus homo rusticus, Po-
lonia rex, à suis creat⁹ est, anno Christi DCCC.
à quo ceteri ad Jagellones vsque, à quibus Si-
gilimundus hic originem traxit. Matthias vero
Corvinus Hungaria, Gostauus quoque ex pri-
vato, Sueciæ rex, non ita pridem electus est.
electionem vero Hunni Caros appellant, que
sit in Paſta campis, vbi exercitus cogitur. &
Aegyptiorum Sultan, Memmelucis, id est, à
Prætorianis militibus eligi solebant: non ali-
ter quam Pœnorum & Mauritania reges, nisi
adoptione superiorum regum, ac optimatum
consenfù in spem imperij vocati sint, vt Cæſa-

res

res olim ab Augustis ad imperium designari
confueuerant. quintum genus Regum posuit
Aristoteles in perpetuo belli duce. exemplum
affert de regibus Lacedæmoniorum, sed non
satis accommodatè, cum reges illi nihil omni-
no imperij haberent, nec bellum indicere aut
finire posse, vt antea dictum est, sed Arifto-
telē se felicit, opinor, nominis appellatio, quam
Lycurgus adéptæ potestatæ reliquit, ne Rem-
publicam perturbarent, at multò maiorem ha-
bent in regno magistri militū, aut eriam per-
petui Vexilli feri apud veteres Genueses, qui
tamen ex albo regum eximendū fuit, atque e-
tiam duces Thebanorum, Achæorum, Pho-
cenium, Lucensem, Rhagiusorū, ac veterum,
Gallorum, quos annos fuisse tradit Cæſar.

De Imperatoribus Germaniorum dubitari Status Ger-
potest, ad initio quidem, id est, intermortua manorum.
Caroli magni stirpe, cum primum electione
creari ceperunt, planè regiam potestatem ha-
buerūt; vt Henricus Auceps, Ottones, ac reli-
qui, exceptis admodum paucis vsque ad Ro-
dolphum, qui quod regia potestatis reliquum
erat, penitus amisi: cum feliciter noui Princi-
pes honoris quām imperij cupidiores, electo-
rum legibus sè confringi pateretur. nam Otto
tertius, sufragio Principem creari voluit,
non à stirpe duci. hinc optimatum fecuta
conuersio est, propterè quod imperij summa-
principi-



principibus & optimatibus omnino cessit; ut videre in aurea bulla Caroli 111. etenim Imperator, qui revera belli dux est, ut olim apud Hebreos, nec legem ferre, nec indicere bellum, nec magistratus creare, nec tributum imperiale potest. habet ipse quidem imperij dignitatem, aliquid etiam ex vestigialibus & portoriis, praeter nihil. nam creatione magnorum iudicium & imperialis curia, quæ XXIIII. viris & uno Praetore constat, Imperatori cum aliis principibus communis est. nec principem quemquā efficeri potest; sed ut apud nos principes à Rege, sic apud illos Imperator à principib⁹, ac principes quoq; creari confuerunt. denique imperiū ei abrogari potest; ut non ita pridem Venceslaus Caroli 1111. filius imperio spoliatus est. Atq; illud est quod queritur Iulius Flugus episcopus German⁹, Imperatoris qui optimatibus ac populo imperare debeant, eorum imperii ac iussi acquiescere. quinetiā principes habere plus imperij in cives quam ipsum Imperatore, quibus verbis aperte significat optimum statū. cestus autem principi & optimatum, ex electoribus, ducibus, Ländgraniis, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Pontificibus, & sociarum urbium legatis coalescit. illi imperij leges rogantur & abrogantur; illuc vestigalia ac tributa imperantur, bella decernuntur, exercitus attribuuntur, legationes admittuntur,

federata

federata sanciuntur. est autem ratio suffragiorum ex triplici comitorum genere, prima comitia comitat⁹ septem electoribus; altera principibus imperij, tertia urbium legatis. itaque si duo comitia, puta electorū & principū, aut principū & urbium consentiant, tertia comitia nullam vim habet: quod animaduersione dignum est, quia nusquam ea ratio comitorum habetur. non tamen vetus est hoc institutum, ut videtur est in concessione comitatus Burgundia, Philippo Burgundiz duci facta a Carolo 1111. Imperatore, folo suffragio Electorū, quod in re tanti momēti fieri nos posuit, si Principiū ac Urbium imperialiū consensione, si tunc iura suffragiorum habuissent. nec obstat quod Principes in suos imperium habent (quāquam imperiali lege moderatum est) cum iphi vitam, fortunas, agros, ac ius omne potestatis, ordinibus acceptum ferant. argumento est, quod Principum ac ciuitatum controuerſiz, graues & capitalia iudicia, vel in comitiis, vel ab imperiali curia dispensantur, & priuata quoque iudicia provocationum, si xx. aureorum summā excellerint, cetera sunt in promptu, & ex aurea bulla facilè intelliguntur. Præterea quod magis ad optimatum statū accedit, fæcda quæq; amplissima nobilitati nullatenet plebeis tribuitur, vt Iulius Flugus scribit. Ipse quoque ciuitates impe-



imperiales partim liberæ, cuiusmodi ferè sunt septuaginta: partim principibus quodammodo subditæ, suo tamen iure vt̄tes, optimatum imperio gubernantur: quod intelligi potest ex statu Norimbergæ, qua omnium maxima & domestica disciplina clarissima putatur.

Habet autem trecentos ferè optimates (neque enim certus est numerus) qui, ut Conradus Celtes scribit, ex octo & xx gentibus patriciorum confant, nam opifices ac mercatores tametsi ad suffragium, non tamen ad imperium admittuntur; contrà quām in aliis Germania ciuitibus fieri solet, in iis igitur summa Reipub. positi sunt. ab iis enim eliguntur Cenores, sive Senatus electores; quibus creatis, cæteri magistratus abicitur. Senatus autem constat xx v i. viris, qui antiquos octo sublegere solent; ac deinceps alios quoque magistratus, puta x i i. viros ex Senatorum numero, qui Scabini vocantur, & v i i. viros Burgomagistratos, qui parem ferè ac decemviri Venetorum potestate habent. creantur etiam quinqueviri capitales, qui de furtis, & damno iniuria dato perinde cognoscuntur x i i. vii de ciuilibus, vñ cum alessoribus iurisconsultis. cætera sunt penes Senatum. sequuntur septem viri militaris disciplinae Praefecti, Prætor rustorum. Quæfiores duo, summe apud ciues auctoritatis, Praefectus annona, Triumviri tuto-
lares,

lares, eodem munere ac potestate, quo Procuratores D. Marci apud Venetos: postremò collegiorum & corporum Praefecti. hæc forma est eius Reipublicæ, quam aliae ciuitates Germanorum ferè imitantur. tametsi nonnullæ popularem statum habent. ex quo perfricunt eos vehementer falli, qui Germanorum Imperatorem summū imperium habere putant, propter quod Carolus i i i. Principes & Electores, ipso in aurea Bulla (quæ tamen ex parte abrogata est) suos pinternas, dapieros, coquos, armigeros, stabularios appellat; qui omne imperium habent, Caesar nihil penitus. nec maius argumentum est, quām quod Imperator non alter renuntiatur, quām iuratus in electorum fidem. neque verò illam publicæ pecunia potestatem habet: fed æratum omnino triplex est, vnum Argentinæ, alterum Lubeci, tertium Auguftæ: vbi tributa seruantur.

Atque hæc imperij forma, consimilis est Achæorum Achæorum imperio, quod ex urbibus x i i. i. status. nitio constabat. cum enim ab Oreste usque ad Sigem tyrannum regiam potestatem perculissent, cælo tyrrano statum optimatum stabilierunt: tum variis Demetrij & Antigoni artibus ab amicitia mutua disiuncti, in tyranorum potestatem relapsi sunt: sursum in libertatem seipso vindicarunt, cum Pyrrhus in Italiam



exercitum transmisisset. deinde Iseas Cerauniorum tyranus sibi mettens, urbem Achaeis sponte reliquit. post accepit Carinia, Leonia, Pellene: tandem finitime quoque r̄bes tyrannis electis, in eam societatem venerantur: scilicet Argiui, Sycionij, Arcades, Corinthij, Lacedemonij, & vniuersa Peloponensis, propter virtutis & iustitiae opinionem, quam Achaei de seip̄i in disceptatis Graecorum controvenerunt excitarunt. cum enim cœtus Pythagoræorum in Italia sublati essent, tanta Res publicarum perturbatio fecuta est: ut potentissimis ac fâpiissimis quibusque principibus interfectis, Italæ ciuitates uno consensu seip̄as Achaeorum potestati permiserint, tamet' armis & opibus multò magis florenter Athenienses ac Lacedemonii. postremo conspirationis fide & consensu tot utilitates adepti sunt, tot r̄bes in suam amicitiam pertraxerunt, ut quod incredibile videatur, verum tamen sit: tota Peloponensis iisdem legibus (sic enī Polybius tradit) iisdem moribus, iisdem ponderibus, iisdem mensuris, iisdem nummis, iisdem iudicibus, eodem consilio, eadem religione, eodem imperio vteretur: & cum ea benevolentia longè latè diffusa, toti populo ac ciuitates complexa souereret, nihil aliud restabat, quam ut iisdem moenibus clauderentur. hoc etiam præclarus, quod sua virtute tantum perfecerunt,

vt non modo se iniuctos hostibus prebuerint, sed etiam tyrannorum censores ac magistrorum (quod de Helvetiis quaque prodicunt est) appellarentur: nec prius à Romanis vinci potuerint, quam illorum fraudibus ab amicitia nullius diuincti fuissent. cœtus annos vi Generani habuerunt, & annos Imperatores illi perpetuos. Ex quo intelligitur, eos bellum duces falso a Aristotele reges appellari. Rex autem is dicitur, penes quem legum; magistratum, belli, pacis, ac provocacionis summum ius est: que si defuerint, regis inane nomen est. cætera que in populari & optimatum statu videmus, paria sunt in monarchia.

Est enim post Principem summa potestas Monarchia in Senatu, quod priuatum consilium apud nos, ordo. regale apud Hispanos, Diuaphapud Turcas dici coniugevit. quanquam præter hunc alius est visus Senatus, quem Hispani secerunt, nos strictius appellarunt: consilium autem quatuor aut quinque viris, amicitia cum Principe coniunctissimis, qui arcana imperij tractant: quæ le est apud Venetos decemvirale collegium. apud Hispanos, regale consilium, duo decim viiris ferè constat: qui de legibus, de bello, de pace, de quo toto Reipublice statu cum Principe decentrunt, vt Alfonso Vloa scribit: alterum consilium est Indicari rerum: quartum quinque virorum, ubi de nobilium ordinibus, de quæ-



expeditionibus & bello sacro agi consuevit, quinatum est inquisitionis, vbi de religionibus deliberatur, sextum belli proprium, quod cum Imperatoribus ac regni proceribus haberet, apud Polonus duplex est, vnum quidem sanctius, alterum maius: vbi admittuntur iij omnes qui Pontifices aut Caffellani sunt, aut maiores magistratus geslerunt, vt scribit Sarius Polonus, apud Anglos Senatus x v. circiter virorum ab Odoardo i. constitutus est, ex iis qui summa auctoritatis ac prudentie videtur, idque factum sua Roberti Canturbiz Pontificis, ad tyrannidem principum coercendum, apud Turcas principis Senatum confari a iunt ex Bassis quatuor, duobus Cadileschieris, & octo Bellerbeis, apud nos in Senatum admittuntur Principes Regis consanguinei, deinde maiores magistratus, puta Cancellarius, magister militum, magister palati, magistri bellorum, Marechalii, Praefectus maris, magnus Scutifer, cæteri Principis arbitrio leguntur, puta Cardinales, Pontifices, tribuni quidam ærii, & maioris curia: Praefides: aut vi quicunque legationibus diuturnis, & vii renun agendarum præstare videtur. Post Senatum proxima dignitatis sunt duo magistratus, puta magister militum, & Cancellarius, qui in omnibus monachia consimili officio funguntur, olim quidem sub Romanis regibus Tribunus

busunus celeru, sub Dictatoribus magister militum sub Imperatoribus, Praefectus Prætorio dicebatur is, qui legum equè ac armorum moderator erat; cum idem esset bonus Senator, fortis imperator, & dexterus orator, vt tempora ferebant, talis fuit Themistocles, Aristides, Pericles, Demetrius Phalerœus, Demosthenes, Cato, Cæsar, Brutus, Antoninus, & innumerabiles alii, postea verò quād legum multitudine Republicas inauisit, militaris ac urbana discipline diuina ratio est, & vbiique duplex virtusque magistratus cōstitui cœpit: alter qui dem togatus, alter fagatus: nam qui apud nos, Hispanos, Britannos, magister militum sive Conestabilis, olim magister palati: idem apud Pannonos Munafidus, quem male Iouius Niphatem, vt apud Sultanos Edegnarus (sic enim Leo Afer) prie Diadarium vocat, apud Turcas Balla Vîtr, id est, conflii princeps: apud Abissinos Betudeta, id est domesticus. Atque horum quidem imperium maius semper fuit, ac magis gratiosum quam togatorum, propter et quod Reipub. talus & domestica disciplina beneficio militaris & armorum conficit, tam eti illa decernit ac iubet: haec iussa exequitur. Cancellari quoque munus, vbiique ferè idem est, vt iuris ac legum interpres, & sacri signi cultos sit, absurdum est enim quod Macatellus Cancellario Gallorum, tribuit liberam in



cives necis ac vita potestate, idem apud Abissinos, magna iustitia vocatur; vt Aluarecius tradidit apud Turcas Cadilechier, siue princeps iudicium: unus quidem Asiae, alter Europe; qui ordine Basas ipsos antecedunt, habent enim in iudices animaduersionem, ac summanam iudiciorum potestatem, nam qui Mofti, seu Pontifex maximus est, diuinaz quidem legis interpres habetur, catenus ne quis in legibus humaniis a religione aberrare possit. reliqui militares ac togati magistratus sunt illis inferiores, vt Marechalli, pares Tribunorum multum sub imperio Consulari. & qui apud Persas Sarap, apud Romanos Praefides, apud Turcas Belerbei, apud Abissinos Negui, idem apud Germanos, Gallios, Britagnos, Hispanos, duces olim & comites, nunc gubernatores provinciarum dicuntur, qui apud Turcas Sangiachi, paulum admodum differunt a nostris Seneschallis, Dicimus quid ciuis, quid Republica, quid ciuitas, quid magistratus, quid imperium, quid status Reipublicae, nec plures esse tribus. Nume ad Rerum publicarum conuersiones veniam.

Conversio-
nes Rerum
publicarum.

Vt ergo progrediamur a prima illa origine societas, ad eam que latissime patet omnium inter omnes, infinitos propè gradus & conuersiones reperiemus: nam prima societas qua est viri & virorū, omnium antiquissima putatur;

251

2

pro-

propterè quod animi corporis, omniumque fortunarum communitas quedam est, tunc liberorum coniunctio, pauulum a prima discedit: deinde fratru inter ipsos: post agnatorum & gentilium; qui cum tisdem tecitis capi non possint, in alias domos emigrant, quibus sunt res rationeque distincte, sequuntur affinitates & noua connubia, ex quibus plures propinquai ab agnatis gentilitate difuncti. cum vero ab affinitatis coniunctione difcesseris, proxima est amicorum virtute parta societas: tum vicinorum, qui propagata sobole, in plures vicinias coniunctis edificis coalescunt: hinc phratris & pagi, quod ex ιερων οφιαλος, id est, puto, τηταιζει, id est, fonte biberent. sed aucta vicorum multitudine, quo tuiores essent a peregrinis, qui maiore multitudine oberrantes, ut est apud Thucydidem, cultos agros & aedificia disiectis possefloribus occupabant: fossa primū scipios cinxerunt, vnde oppidi nomen & παλαιας, quod illic fruges & opes collocarent, vel opem in iis speraret, vel communius habarent. est enim παλαιη & παλεύει habitare, aere, gubernare. cum autem non factis esset in fossa praefidii, varris primū ut credibile est: hinc vall nomen præca literarum mutatione: deinde in omnibus oppida secesserunt, quo propterè urbes a Latinis dictæ sunt, vel ab urbo, ut tradit' est: vel ab orbe, ut Var-

x 4

10



ro : quia interiore fulco siebat orbis ad muro-
rum descriptionem . Graeci Astu & πύργοι
Germani Purgum dixerunt : virique ab arce-
tutori . Iam verò cùm ciuius numerus aug-
retur , pomceria proferri oportuit : quòd ne-
minis fas erat apud Romanos , auctore Tacito ,
nisi qui agro de hostibüs capto , rem Romana-
nam auxiliet : vel colonias alio mutti ; que quòd
iisdem moribus ac priores vtereruntur , vna & ea-
dem ciuitas dici coepit . est enim ciuis , opinor ,
quasi quiuis (veteres enim littera q caruerūt)
propterea quòd quiuis eodem iure cum reli-
quis omnibus vteretur . sic paulatim amicitia ,
societatis humane vinculum , ab una domo in
plures diuisa , familias , viros , vrbes , ciuitates ,
nationes , eisque propagata est , quoad omne
genus humanum complexa tueretur . Sive igit-
ur ista , sive alia principia fuerint hominum
confocationis , sive homo sua se voluntate (vt
si apte natura societatis est appetens) sive co-
gentie necessitate contulit ad aliorum cœtus , à
quibus parata sibi videbat adiumenta vita ; iu-
cundius commodiusque degendæ ; constat o-
mnem coniunctionem & communitatem , quòd
longius absit ab illa viri & vxoris societate ,
magis ac magis imminentia . sic enim natura com-
paratum est , vt quod quaque plus amerit , hoc
magis suum esse velit , & quidem totum suum ,
nec cum aliis communicari . itaque non diu
tulit

tulit natura promiscuos rerum usus . quia ta-
men amicitarum ac bonorum ratio dissimilis
est : quòd hac minuntur , quo pluribus com-
municantur . amicitia vero quasi lumen eo ma-
gislucet , quo plures ea fruuntur : propterea
fratres sororibus , parentes liberis , matrimo-
nio iūgi natura vetus , vel potius , lex omnium
gentium communis ; qua vel apud barbarissi-
mos Americanos inuicibiliter feruari dicitur :
vt domesticæ societas in ciuietate , & amicitia ,
qua iisdem teatris concludebatur , in finitimos
omnes longè latè propagaretur quemadmodum
scribit Augustinus : verius sanè quād In-
nocentius Pont. Max. qui consanguineorum
nuptias quarto gradu definiit , propterea quòd
in corpore , quatuor sunt humores , in cap . pe-
nult. de confanguin . quòd mirum videri non
debet , cùm ne ipse quidem Plato , vim huius
affinitatis propagandi intellexisse videatur ,
qui libro v. de Repub . solam parentum ac li-
berorum coniunctionem vetaat . cætera per-
mitit . Sed hac vix dulcedo , quād homines
ex iunctua societate capiebant , diffidis violari
cepit , cùm scilicet tenues à potentibus oppri-
metur : quod vniuersitate natura Varro tribuit ;
Qui potè plus vrget : vt pifces sape minutos
magnum comedunt , vt aues eneat accipiter . quād
vix effugerent debiles ac tenues ; alii qui-
dem ad robustissimos & potentissimos , alii ad
iustitiam



justissimos quoque configiebant, vt se abiliata iniuria vindicarent. hinc duo genera Rerumpublicarum orta sunt: alterum vi constitutum; alterum æquitate. ex altera parte regnum, aristocracia, democracia: ex altera tyrannis, oligarchia, ochlocratia, quam Cicero cum verbo Latino carceret, tyrannidem quoque appellavit. sed cum imperia scelere parta sine iustitia retinere non posset, ipsi tyranni iustitiam, non propter seipsum, sed propter seipso colere coacti sunt. hinc opinio iusticie inclaruit: cum ad justissimum quenque ac prudentissimum ciuem reliqui confluget, eumque laterum suorum obiectu, quod minus ei noceri posset, tuerenur. is igitur æquitate ciues regebat. Ex quo perpicuum sit, etiam si ab historia dicitur ceterum, plenam omnium libertatem, id est potestatem viuendi ut velis, sine legibus aut imperio, à singulis ad unum esse delatamus. Reipublice primum genus penes vnu fuisse, qui quid iustitiae fruenda causa creatus esset (vt Apud Athenieus principiò factum scribit Demosthenes: apud Medos Herodotus) iudex appellabatur. argumento est quid apud Homerum & Hesiodum, iudices, id est δικαιάποντες, sapienti dicuntur δικαιέστε, δικαιέσθε, κοινωνοί, melius etiā ποιητέρες, seu pastores populorum: qua verba nec imperium, nec dominationem significant, sed

sed curam, sollicitudinem, gubernationem, & in iudicando æquitatem. ac propterea Ammianus Marcellinus lib. xx ix. imperium nihil aliud esse tradit, quam cura aliena salutis. quod Plato lib. v. de Repub. scripsit, Δικαιόσυνα την τε γνώσην ἀλλοτριον των οὐτι τε κριτικών τε καὶ φιλοι Σοφίου. ac multa ante Homericum ætibus, Minos & Aracus, qui maxima imperia gubernarunt, non aliter quam iudices sunt appellati. consimiliter septuaginta viri, qui Rempublicam Hebreorum tenuerunt, iudices dicebantur, id est δικαιούμενοι. Cœsules quoque eiusdem regibus iudices dicti sunt, vt videatur apud Liuium & Varronem, qui accessum consulis utriusque delectum habuit, sic locuentes inducit; Omnes Quirites in licium huc visite ad iudices. nec mirum debet videri, si Augustus tam assidue ius dixit, vt etiam eger in lectica iudicem ageret: ac reliqui quoque Cesares de rebus levissimis cognoscere: cum etiam numeri reges nostri cum initiatur, hoc primum iurât se iuste iudicatoresvit sui creationis hec precipua causa esse videatur. Fuit igitur primus Rerumpublicarum status in monarchia, que vel iusta fuit sine legib⁹ illis, sola regis æquitate constituta vel iniulta, cum potensissimus quisq; latronum manu stipatus, tenens feruite prameret, vt Moses de gigantibus ac Niueotho scribit, quem primum omnipotens seruit.



seruitutem homines adegitse ferunt: deinde imperium scelere quæsumus, ut diuturnum eset, oportuit æquitati moderari, & in eo quidem omnes omnium historiarum scriptores consentiunt, nec vñquam optimatum, multò minus populares status initio constituti reperiuntur. Reges autem à stirpe quærebantr, quod qui virtibus plurimum poterant, liberis imperium relinquebant; qui iustitia charierant, non modò viui, sed etiam mortui colebantur, eorumque liberi reges à populo fiebant, quod parentibus similes futuri putarentur: vt Polybius scribit. sed cum imperia libidine ac vñlitate, non iustitia metiri cœpissent: secuta est conuersio regnorum in tyrranides. hinc potentissima querela, post etiam tenuiorum, cum ab iis à quibus seruari debuerant, feciddissimè diriperentur, ac torquerentur. Itaque saxe factum est, vt potentiores coniuratione facta, tyrranium occiderent; vel ob crudelitatem, vel libidinem, vel vñrunque. ob crudelitatem, Phalaris, Alexander Pheræus, Caligula, Nero, Domitianus, Vitellius, Commodus, Eclinius Patauinorum, Io. Maria Mediolanensis tyrranus. sed pluribus exitiis a libido fuit quam crudelitas; quoniam hæc ciues in officio continet, ac metum parit; illa contemptum: quod imperio videatur indignus is, qui fuit libidini imperare nequit. nam Alexander Medi-

Medices Florentinorum tyrranus, occisus est cum alienæ vxori stuprum inferre conaretur: & Pisistratus ab Harmodio, cuius fororè confusparat. oī eam quoque causam, Aloysius Placétiñorum tyrranus, Galeaces Maria, Rodericus Hispaniar rex, Tarquinius, Sardanapalus, Heliogabalus, Appius Claudius, & innumerabiles alij, tyrranidem amiserunt. Ac sexipinimè odio tyrranorum, primum imperij datum est principi coniuratorum. sic Artaces sublato Sardanapalo, regnum Asyriorum adeptus est. Brutus vterque confulatum & exercitus: Ludovicus Gózaga imperium Mantuanorum, cœlo Bonacollio tyrranno, illud autem vñvenire solet, vt sceleratissimum tyrranum sequatur iustissimus princeps. quorum enim exitus perhorreſcit, eorum vitam imitari turpæ periculorum ducunt. itaque Nerone Galba princeps optimus fecutus est: Nerus, Domitanus, Alexáder, Heliogabalum: Pertinax, Commodum: Gordianus, Maximinus: sed paulatim lapsa cōsuetudo, de via defleſcit, quoique princeps alijs ad vitiorum extrema recurrit. atque hec mutua conuersio est omnium que vñquam exterum monarchiarum. falsum est enim quod Plato primū, deinde Polybius ac Cicero, de populari & optimati necessaria conuerſione scriperunt: cū nulos vñquam populares aut optimatum statu habuisse



bosse fecerant Scythæ, nec Australes, nec Asiaticæ, nec Euphratenses, nec Amorici quaque; in media regione duxerat Occasum verius, video Democratis & Aristocratis, sècò locum habuisse, nec diu tamen floruisse; & ad extreñum in monachias legitimas vniuersæ nature congiuentes recidisse, exceptis oppido paucis principijs Cretenes deinde Carthaginenses; post Athenienses ac Lacedæmonijs, in vniuerſati Graciam populares & optimatum statu inuenientur. hos fecerunt fuit Siculi: tandem Itali, Galli, Hispani postremò Germani & Helvetii. Atque haec vna tatio vña milie est, quod clara media regionis homines ad res agendas nati sunt, ut superiori capite diximus, omnes imperio se dignos arbitrantur: maxime tamen occidentales, qui quod animi magnitudine orientalibus preflant, non facile tyrannidem ferre possunt: quare aut re ges ipsos legibus parere cogunt (quod nihil diuinus optari potest) aut tyrranos de imperio deturbant: & populi sine optimatum imperia Itabiliunt: quod ex historiarum lectione planius est, quam vt egeat exemplis.

Duplices in-
perij con-
uersio.
Conueriones autem imperiorum, externæ sunt aut domesticæ: sic enim distinguiri necesse est: exterñam sit ab hostilibus, aut al amicis. haec quidem cum Republica sponte, nec villa vi coacta, se alterius imperio permittit, vt Mèdiala
nenes

nes liberi ab imperio Germanorum, dicent Eriphrandum Angleræ gentis nihil tale cogitatem acciverunt, eiùsq[ue] potestati se permis-
erunt: similiter Mæmeluci, cœsis pluribus Sulta-
nis, Cipionem Caramanicæ principem, exter-
num ac renitentem Aegypti præfecerunt. ita
quoque Thebani ac Phœcœs urbem à se con-
ditam, colonia deducta Platoni permisérunt, vt
eam arbitratu suo legibus informaret, sed hac
ratio accidente: quia peregrinorum imperia
difficillimè feruntur. id tamen armorum vi se-
pe contingit, vt vieti victoris imperia sequan-
tur. sic Atheniensium popularis statu in Ari-
stocratis vi mutatus est a Lacedæmoniis du-
ce Lyandro, idem iudicium est omnium. do-
mestica vero conuersio duplex est: altera qui-
dem fine vijaltera violenta: prior à recta delle-
bit ad prauam sine villa vi, propter ea quod ex
est hominum natura, ut de orfum ad vitia labi
conueriant: quid enim illustrius quinquennio
Neronis? quid Salomonis adolescentia diui-
nus? quid Caligula iniitius præclarus? contrà
vero, quid sine turpius? cum enim ad vitorum
extremum peruenierunt, inde sursum reuocari
fine maxima vi non possum: quod sit vt regnum
in tyrannidem, Aristocracia in Oligarchiam,
Democratio in Ochlocratiam sine villa vi fer-
re semper mutatæ sint: at conuersio tyrranidem in
popularum statum semper violenta fuit, scilicet



cet casō tyrāno: eo tamen sine liberis mortuis,
quid sepe contigit, optimates imperium
lēscipere solent, verū in rursus in tyrannidem
recasuri sūnt, prīmū igitur Républicam summa
æquitate ac iustitia moderantur, vt initia
rerum gerendarum præclarā effe confuererūt,
sed inter optimates; qui amicis, vel gratia, vel
opibus, vel rerum gemitū laude præstant,
magistratibus etiam & imperiis superiores ef-
se conantur. atque hinc oligarchia, quām Ci-
cero factionem vertit, cūm pauci multorum
opes & honores malis artibus inuidūt, ex quo
potentiorum inter ipsos coniuratiōnes, ac ca-
des parantur; quounque plebs, imperium per-
tæla sceleratorum, facile dissidentes, inuidit,
spoliat, occidit. sic tandem statu factioſorum
mutato, sequitur popularis. nam populis recu-
perata libertate, facile perfuaderi se patiut ho-
minum popularium oratione, vt ad lepta liber-
tate fruatur. ac ferē fit vt plebs à cāde tyran-
norū, ad aliud extremū, id est, ad popula-
rem potestatem, velut impetu feratur. hoc etiam
natura quodammodo insitum est, vt inuitus
nemo pareat; at ne iusta quidem præcipiant,
sed aut ipso duci, aut imperare viciſſim ac pa-
rete velit. igitur noua Républica forma con-
stituta, populus imperia cupit à ſe peri, vt ſin-
guli, tūm priuati, tūm magistratus, vniuersit
multitudini obsequiātur. Illud autem ferē ſem-
per

per contigit, vt poft adeptam de hostibus vi-
ctoriam, factiones & optimatum ſtatus abiret
in populares, aut hi viciſſim in ochlocratis:
contrā vero acceptis offendionibus, à populo
ad optimates imperia relaberentur. vt confe-
cto bello Tarentino, magistratus onnes plebi
communicari ceperunt. at Punico bello cūm
Annibal Italiani armis quereret, Tribuni lan-
guere: eo victo & Antiocho magno, Tribuni
furere, plebs infurgere, agros poſcere. conſi-
miliat Ahenies non ante imperium po-
pulare stabilierunt, quām vičis Perfis ad Salam-
inem: at eo ipſo tempore quo à Syracusis
viči sunt, imperium ad quadringtonos opti-
mates redit. contrā vero Syracusis ex eadem
victoria, popularem ſtatutum artipuerunt, vt
Diodorus ſcribit, ratio eft in promptu. plebs
enim, velut indomita bellua, rebus propteris
infolentiū exultat; aduerſis repente deuictus:
& ex euentis confilia metitur. at optimates
qui pericula ſunt propiores, velut in tempe-
ſitate gubernacula luſcipiunt. Cūm igitur po-
pulus, temere nulla prudētia feratur ad res
agendas, facile eft oratoribus imperiis plebis,
animos quo velint impellere, ac deducere vi-
de velint: tum vt quicquid ex celo eft ingenio
& gloriæ cupido (neque enim in languoribus
animis, ſed in erectis mentibus, ac maximis in-
geniis dominandi cupiditatem oriuntur) ita

y plebem



plebem conuiuiss, largitionibus, & spectacu-
lorum voluptate pascit, vt honores & imperi-
nullo suo merito consequatur, ac si quis inter-
cedere velit, muneribus corruptipur, aut falsis
criminibus accusatus, de vita; vel de sententia
decedere cogitur. sic Ephesi, Hermodorum
Athenienses, Aristidem at Thucydiem; Ro-
mani, Camillum, Rutilium, Metellum, Cice-
ronem eiecerunt, his exactis, populus quasi vi-
ctor de virtute triumphare, accusatoribus ho-
nores & magistratus prorogare; qui cum im-
periis dulcedinem diu gularunt, tot ac tantis
opibus & praefidiis potentiam stabilium, vt ab
imperio nunquam diuell possint. id autem fe-
rè semper contigit in popularibus imperiis, vt
plebs eos haberet tyrannos, quibus se, Ré-
nque publicam commiserat. atque hunc in modum
Corinthi, Cypselum tyranum pertulerunt:
Syracus, Diomysum: Atheniens, Pisistratum:
Leontini, Panarium: Argiu, Phido-
nem: Agingentini, Phalaridem: Romani, Ce-
farem: Lucelles, Castricum: Pisani, Fagiolam:
Mediolanenses, Napum Torefanum: Senen-
ses, Pandulfum: Florentini, ducem Athenarum,
vt autem erupum populo imperium facilius
retinerent, detestabiles tyrannidis aries exco-
gitarunt, que tametsi à multis intelliguntur,
à pluribus tamen intelligi vtile est, vt quoquo-
modo caueri possint. primum satellites & qui-

deta

dem barbaros ac peregrinos; ad corporis cu-
stodiā adhibent: propugnacula muniunt: ar-
ces occupant: ferocissimos quoque interficiunt:
potentiores quasi eminentia papuera
truncant: peregrinis honores ac præmia lar-
giuntur: fidalitates & collegia tollunt: ciuium
amicitas omnino dirimunt: discordias inter
nobles ac plebeios occulte ferunt: deinde ex
eorum iniuriis ac mutuis cædibus sicutum im-
plent: & exploratores vbique col-
locant: honeftis artibus ac disciplinis bellum
indicunt: plebem labore ac propugnaculis ad-
dicandis, ne otium ad altiores animi cogita-
tiones habeat, occupant: bella pecunia cogen-
dit: causa fulciunt, & externo milite vtuntur;
oblatas inducias, aut pacis actiones simulant:
nouos magistratus & honores excogitant, cæ-
que præcio addicunt, vt plures habeant: obli-
gatos: fures & improbos publicis munieribus
ac tributis exigendis præficiunt, vt eorum o-
pera, populi opes ac sanguinem exugant: post-
ea vero quam fures diu faginarunt, ad suppli-
cum trahi jubent: nihil autem miserius, quam
cum plebs imperita magna cum voluptate sup-
plicia spectans, tyranum æquitatem laudat. hoc
indignus ac feleratus, quid impietatem re-
ligions specie tegit, templaque deorum fini-
git se reuerteri, vt ore ipso ac vultu simulacrum
virtutis præse ferre videatur. que omnia duo-

y 2 bus



bus omnino arcanis sunt cōprehensa: primum est vt populo sibi nocendi omnem admittat potestatem: alterum vt etiam eripiat voluntatem. potestatē admitt ablatis opibus, armis ac p̄fidiis: neque verò tyraanni potestas augetur, quin plebis opes & commoda minūtūr: non aliter quam catena membra tabescunt, vt Adrianus de fisco dicebat, cūm lien intumeficeret. nocendi voluntatem eripit, inimicitias ac discordias occulēt ferendo: ne cūm ciues sibi difidunt, cōspirare vlt modo possint postremō facit vt nihil omnino aliud, quām tyraanni voluptatibus parere condiscant. Sed vt malus custos est diutinaris metus, vt ait Cicero, sic nulla tyranis diuturna esse potest, nam domestica vi facilē collabitur, quia vñ omnes meuant ac oderunt; vñ omnes metuit & odit: qui verò illum occiderit, in maxima & gratia futurus est & gloria. facilē etiam externa vi dissoluitur: quia boni ciues, in quibus summa fides esse debuerat, cum holibus ad vñius tyraanni exitium mirabiliter conspiravit. itaque Aratus ac Timoleon breui, tyraanos innumerebiles fregerunt. ea verò tyraannis quām Dionysius vinculis adamantis se colligasse iactabat, paulò post à Dione familiari dissipata est. nec ita pridem Ludouicus Sforzii ab iis ipsis quibus plurimum confidebat proditus est, ac de imperio turpiter deiectus. Sed plurimum

refert

refert vtrū Republica interiore malo, an extrema vi corruat. vt enim quedam res à natura sic temperat̄ sunt, vt nunquam intentura videantur: quedam verò tam malē sibi coherēt, vt solo flatu dissipari possint ita quoque Republica quō melius est ab ortu sui primordio temperata, eo facilē vim externam repellit: à se ipso verò difficillime labefactatur. Illud tamen admonēti sunt qui in Rerum publicarum administrationē verantur, seruiti veterum, de Republica sublata, religiones recētūm inuectas, & clientelarum ac feudorum iura conuencionis occasione incredibiles peperisse, quā veteribus ignotæ fuerunt. olim quidem metus era, ne serui ad pileum vocarentur, & Rempublicam perturbarent, vt apud Tyrios, Siculos, Romanos, maximas clades ciuitatis insulerunt: postea verò quām tyranides graſari coepерunt, seruorum libertas augeri visa est, ac dominorum imminui potestas: maximē Tiberij temporibus, qui statuā serui asylum proposuit apud Ephesios Diana templum: apud Atheniensēs Thesel sepulchrum: apud Cyrenenses status Ptolemaei. postea necis potestas dominis est erupta temporibus Adriani: ac tyrannide premēta, serui à dominis coepurunt metu, ne illos apud Tyrannum maiestatis incusarent. postea Christiana libertas secessit, non putauit humanum, seruos quasi bestias

y 3



stias op̄is ac vinculis vrgere: partim etiam
metuentes Christiani, ne in Paganorum po-
testatem delaberentur serui ciuidem religio-
nis, eos assiduè manumiscebant. atque hec
quod in promptu sunt, testibus non egit: quæ
sequuntur, ex obscuris antiquitatibus eruenda
fuerant: quia cùm seruitia nulla sint, quando
desierunt intelligi non facile poterit; vt ex co-
conuersione imperiorum hauriamus. extant
enim leges Caroli magni, Ludouici Pij, ac Lo-
tharij, de seruis, in libro legum Caroli magni,
& in libris legum Lōgobardorum, sunt etiam
de seruis & ancillis fugitiis cōstitutiones Gu-
ielmi regis Siciliæ ac Neapoleos, & Friderici
II Imper. in placitis regni Neapolitan. vixit
Fridericus anno M. C C X I I . sunt & Alexandri
I I I . Pontificis, Urbani I I I . Innocentij I I I .
decreta de coniugis seruorū. Alexander cre-
atus est Pontifex anno M. C L V I I . Urbanus
M. C L X X X V . Innocentius M. C. X C V I I .
igitur à temporibus Friderici esse desierunt.
nam Bartol. ad l. hostes: de captiuis. scribit, suo
tempore seruitia nulla fuisti, ac iam pridem de-
fuisse, nec homines Ch̄ristianis moribus vi-
quam vendi. vixit autem anno M. C C C I X . id
que Panormitanus animaduēstione dignum
scribit. Illud etiam non minus omittendum
quod in curiæ monumentis legi, decreto Sena-
tus, Catalaunensem Pōtificcm prohiberi, quo
minus

minus feudum possidere aut seruos etiam con-
fentiæ capitulo manumiscente. decretum est
anno M. C C L X X V I . antea quidem seruile
bellum Hispanias grauitate affixerat, sub Au-
relio Alfonso regis filio; anno salutis D C C I -
X X X I . ac mihi hi verisimile Christianos Arabum
exéplo seruitia futuſilis; propterè quid
Muhamedes, vel potius Homarus, seruos suæ
religionis ad pileum omnes vocauit, quod in
imperio Christianorū graues tumultus com-
mouit, vt videre est in legibus Caroli magni
de coniurationibus seruorum, lib. I I . cap. V I I .
concessa libertate est miseranda illa, quæ
Respublicas euertere solet, inopia: hinc furta,
latrocina, cades, & publice mendicantibus
merces constituta. Religionum quoque varie-
tas imperia cœtitique hominum vehementer
labeſfacta: quæ olim ab omnibus quæ cole-
bantur, præterquam à Iudeis. hinc igitur infi-
nitæ Rerum publicarum conuersiones: ac ple-
riique sola religionis specie maxima regna in-
valuerunt: Arabes, inquam, Perſe, Mauri, Pon-
tifices Romani. nam Iosippi gens imperium
Mauritanie Marinis ademis, eo modo quo Iſ-
mael Periarum regnum concionibus & reli-
gionis specie recuperavit. id quoque tentauit
Carolus V. in Germania, vt nuper quidam a-
pud nos. Ipsi Pontifices Romani non modo
Vrbem, sed etiam Latium, Picenum agrum,



Vmbriam, Flaminiam, Aemyliam, cum magna Hercuriaz partem: neque hoc tacum, verum etiam Regna Sicilia, Neapoleos, Aragonia, Angliae sua ditione vestigialibus imperatis subiecerunt: legi, nec sine admiratione legi, que & qualia essent ecclesiæ Romanæ predia: quia beneficia seu feuda: quo vestigialia regibus imperata: ac profeciones Pontificibus factas ab illis quos dixi regibus: quo mihi spectada exhibuit ex archetypis Vaticani descripta, Carolus Motta collega meus antiquitatis studioissimus, ac optimus interpres. Quintenat Gotofridus Bulionus, Syriam vtranque suis armis subiectam, Pontificum Romanorum beneficio tulit acceptam. In quo videtur principium Africae exempla fecutus, qui regna, imperia, vita, & fortunas omnes Pontificibus Imaclitarum accepta ferebant.

Conuer-
nes Rerum-
publicarum
ad numeros
collata.

His explicatis, videamus utrum ex numeris Pythagoricis, conuersiones imperiorum haberi possint. absurdum sane mihi videtur quod Plato Rerum publicarum, exitus & vicissitudines sola numerorum potestate metitur: tamen enim Deus immortalis, omnia numeris, ordine, ac mensura mirabiliter colligavit: non tam numerorum viribus, multò minus fate tribuendum illud est, sed maiestati diuina, quo ipsa, vt Augustinus scribit, datum est, aut nullum omnino aliud existit. itaque cum Aristoteles

teles

teles causis consequentibus omnia tribueret, Platonis numeros tristis, libro quinto de Republica, quo nihil melius est in tota illa disputatione, aut acutius ab eo tractatum. causas autem conuertronum multas affert, quas mihi videntur generibus omnino cointineri. sunt autem iniuria, honor, metus, contemptus, nimiae paucorum opes, nimis multorum inopia. quo quid ab illo copiosè disputata sunt omitti. sed cùm Plato in illa Republica quae propriè Socrati tribuitur, modis omnibus prouidisse fingatur, ne quis alteri villam iniuriari inferret, ne quis alium metueret aut contemneret, n'ye honoris aut lucri caussa. Rempublicam perturbaret: postremò pestes illas antiquissimas ciuitatis, scilicet opes & inopias, de sua Rerum summissuissimis: non poterant illa quo sunt ab Aristotele allata, interitum Reipub. afferre, si demus talen esse, qua nulla melior fingi potest. interitum tamen sentiet, inquit Socrates, sua ipsius vetustate: quoniam eiusmodi est omnium rerum natura. miror tamen cur Plato, qui mundum diuinam bonitate perpetuum fore putauit, alioqui suopte morbo ac senio ruitum: non etiam de optimo Reipub. statu idem iudicari. Platonis interpres exitium Reipublicæ tum demum fore tradiderunt, cùm harmonia numerorum labefactaretur: non igitur est optimus ille status, quem Socrates ani-

mo



mo concipiebat, si morbo interiore, aut concentu perturbato Respublica ruitura sit. illud autem numeris acceptum ferre absurdum videatur. vt enim numeri male sibi cohærentes; discrepantiam ingratam efficiunt; proprieatè quid ex his foni conflati misceri non possunt; & cum alius alium pellat vtriq; vi quadam aures subire conantur. concentu verò sonorum suauiter confuso, id est, cum ratione congruentibus numeris aptè miscerentur, nihil discrepare potest: si Respublica suauit semper concentu tēperata consuetaque, vbi nullum diffiduum, nulla sonorum discrepantia est, neque ex hypothesi esse potest, non video quomodo labefactari queat. Quare falsum est quod ad Foresterus, voluisse Platonem Respublicas initio bene constitutas, & eam præstrium quam nobis proponit ad imitandum, temporis decursu, veluti numeros initio bene sibi congruentes, paulatim discrepare: idque fieri putat, cū à sequentia ratione disceditur. sed ab eo tam multa peccantur, vt quid maxime dici non posse, primū quid rationes harmonicas tripla & quadrupla ratione connectit, que paribus & imparibus numeris dupla triplaque ratione debent copulari, vt ipsa numeri nuptialis natura docet. itaq; suauissimus ac primus omnium concentus, cū ab unitate discesseris, est ea quæ ratio lessqualiter dicitur duorū ac trium,

qua

quæ nullo interiecto medio copulantur. postea nouem & quatuor, vehementer discrepant, quia sicut in medio coherere non possunt: igitur senarius vtrunque & qua ratione copulabit: & cum utroque suauiter concinet. consimiliter **xxxvi. cum vxi. et eadem ratione qua superiores coniunguntur, duobus interiectis mediis, scilicet xii. & xvi. nec si in infinitum progrediare isto modo, vlla discrepantia futura est. itidem in ratione sequentia trium & quatuor non quidem iusta est harmonia, vt ille voluit: cūque neque veteres, neque nostri concentum illum ferre possint, sine tercia aut quinta. sed tamen is concentus suam quoque feruunt venustatem, sive in prioribus, inter medios numeros queramus. quid enim ineptius quam eandem rationem constituere trium ad quatuor, que est **xxxvi. ad lxiii.** demus igitur veram rationem inter vtrunque **xxxvi. & xlvi.** idem erit proximi cuiusque concentus ad alterum, qui est trium ad quatuor. hæc autem harmonia concors perpetua futura est, etiam si in infinitum progrediare. vt si demus **ccxi. & m. xxxiiii.** qui in numero nuptiali dupla triplaque ratione sunt quadrati, in concentu & que discrepabunt, ac **xxvii. & lxxiiii.** sin rationes medias inferueris: scilicet **ccxxiiii. cccccc. xxxii. d. lxxvi. d. ccclxxvii.** proximus**

quique



quisque finitimo tam bene concinet & coha-rebit, quam tribus quatuor; quia in omnibus felicitatis ratio est. In hoc etiam vehementer labitur, quod aliorum opinionem fecutus, magnum Platonis numerum duodenarij cubum facit, quod quidem si verum esset, cur Plato altera parte longiore tam quare voluit plerique ad hunc scopulum suum natus affixerunt? Sed quoquam nihil obscurius ac difficilis Platoni-
cis numeri videtur, nihil temere affirmabo: illud tantum quod ad cōuerfiones imperiorum pertinet, vobis Platонem Resplicas quantumvis bene constitutas, etiam domes-
tico vi-
tio, vel externa vi certo quodam annorum de-
cursu labefactaribz adamis & aurum, tanta na-
ture vi ac præstantia colligata sunt, ut cum per
seipsa violari non posse videatur; a se tamen vio-
lantur, id quod ex nature principiis collat: cum
etiam externa vi, puta diuturnis ignibus, aut a-
qua chrysolita, paulatim effluunt & corrumpuntur. Sed mirum est ex omnibus Academi-
cis tum Græcis tum Latinis, neminem hacte-
nus numerorum præstantiam illam ac digni-
tatem, quæ ad statum imperiorum pertinet,
vilius ciuitatis exemplo docuisse: præterim
cum illud non modo pertineat ad status, sed etiam ad incremen-
ta, conuerfiones, & exitus Re-
publicarum: tum etiam Epicureos confi-
teri cogat, res humanas non temere ac fortui-
tō;

tō, sed præpotentis Dei maiestate ac pruden-
tia gubernari, quod igitur ab aliis omittim est,
aut fortasse consulte prætermisum breuiter
complectamur. Hoc primum intueri licer, fe-
narium perfectum numerum, sc̄minas; septen-
tarium vero, mares immutare: tum etiam v-
tusque periculorum esse morbos, qui in septen-
tarium aut nouenarium incurunt: & in tota re-
rum natura magnam esse talium numerorum
potestatem: septimus quisque annus, ait Seneca,
et atque signum imprimit. hoc tamen de ma-
ribus dictum oportuit, ita quoque Rerumpu-
blicarum conuerfiones, aut septenarius ac no-
uenarius multiplicatis, aut eorum quadratis in
se ductis, aut perfectis, aut sphæricis numeris
contingere, non sine admiratione variis exem-
plis animaduertiri. hominum quidem interitus
in septenariis ac nouenariis incurrere, nemini
dubium est in eam rem penitus intuenti: ut
XIIII. XVIII. XXI. XXVII. XXVIII.
XXXV. XXXVI. XLII. XLV. XLIX. LVI.
si vero septenarius cum nouenario concurreat,
annum periculissimum esse omnis antiquitas
comprobauit. hinc Augustus in quadam e-
pistola gratulatur amicis, quod annum LXII.
quem ipse fatalem omnium seniorum appellat,
securus easit. proximus est LXX. quo mor-
tuus est Petrarcha, eo die quo natus erat in or-
ben recurrente. deinde LXXI. quo mortuus
est



est Epicurus, qui tanto studio sive saluti confusus
lebat, hunc sequitur LXXXVII, quem feret attigit Augustus; impleuit Fridericus III. hic
annos LIII. ille LV. imperauit, vixit; mortuus est XIXI. Cal. Septemb. sequens qua-
dratus est nouenarius LXXXI. quo mortuus
est Plato, eodem die quo in lucem venerat re-
currente, neque hunc numerum egreditur Da-
vid, cum describit hominum vitam, pauci ad
LXXXII. accedunt, qui septenarii duode-
cies ducto coalescunt, atque hunc annum ini-
pleuit Theophrastus, qui moriens de natura
questus est brevis sibi vita spatiu, longum cot-
nicibus dedit, hoc quoque anno Paulus II.
& IIII. Pontifices mortui sunt, sunt tamen
qui nonagesimum, id est, nouenarii decem
expluerunt; vt Fr. Philephus, Io. Apostolus
vixit nouem & nonaginta vt historia testatur.
D. Hieronymus vnum & nonaginta vixit, id
est, XI. septenarii. quinetam illi ipsi qui
diuturnum illud tempus vixerint, quod in li-
bris nostris ac litteris testatum habemus, se-
penarii aut nouenarii ferent omnes explue-
runt. Lamechus septuaginta septuaginta
septem annos vixit. Methusalem nonagesimum
ac septuaginta annos attigit. Abrahamus
CLXXV. id est, XXV. septenarii impleuit. Ia-
cobus CLXVII. id est, X. XI. septenarios. Iacobus
CLXXX. id est nouenarii x. ac tametsi vio-
lenta

lenta mors interdum ob violentos fortasse ra-
diorum concursus & traiectiones contingat;
sapientis tamen in septenariis aut nouenariis
incurrit, nisi diuina voluntate natura prohibe-
atur. moriuntur enim innumerabiles anno
XIII. Ariofoteles, Chriippus, Boecius, D.
Bernardus, Erasmus, Lutherus, Melanchtho,
Sylvius, Alexander, Iac. Sturmius, Nicol. Cufa-
nius, Th. Linacer, omnes affecti morbi se eodem
anno Cicero celus est. Alexander Pont. max.
LXXII. venenum maleficium hausti. Hippocrates
nonagesimo non accepta Clade Cheronenii
sepius inedi peremit. Plinius quinquegesimo
festo suffocatus, Cesar occisus, Oecolopadius
mortore cotubuit anno XLIX Attic' ine-
dia septuagesimo septimo. Idem igitur iudi-
cium admibeamus in conversionibus Rerupu-
blicarum; sed ita vt quadratos & cubos septena-
rij ac nouenarij, aut altervtrius cubi vel qua-
dratum in radice alterius ducamus: aut etiam
perfectum numerum: aut denique sphaericos
& solidos cubos magno numero comprehen-
sos, postrem quadratum & cubum duode-
narij, qui ab Academicis magnus numerus Pla-
tonis appellatur. Quadrati quidem septenarii
ac nouenarij LIX. LX. XXXI. cubi CCCXLIII.
DCXXXI. quadratus septenarij ducens in ra-
dice nouenarij CCCCLII. & nouenarij qua-
dratus in radicem septenarij DLXVII. perfec-
tus



Etus numerus **ccccxcvi.** nam **v i.** & **xxviii.** perfecti minores sunt: reliqui perfecti, ceterum & octo milia superant, ac maiores sunt quam ut ad Respublicas accommodari possint. quadratus duodenarij **c x i i i.** cubus **M. D C c x x v i i.** quem numerum annorum nulla Respub. superauit. quare numeri maiores rejicien di erunt. Sphaericu numeri magno numero comprehenſi quatuor sunt: puta **c x v . c x v i .** **D C x v . M C C C V I .** Hac numerorum paucitate in tam infinita multitudine, qui neque perfecti sunt, neque quadrati, neque cubitati tales quidem, sed ex paribus digitorum, non ex imparibus compoſitior aut etiam ex imparibus, sed non ex septenariis aut nouenariis, qui in infinita multitudine sunt admodum pauci: licet mirabiles omnium penè Respublicarum conuerſiones intueri. Ac primum ut auſpicemur à cubo duodenarij, quem Academici nonnulli magnum & fatalem numerum Platonis esse aiunt, reperiemus monarchiam Assyriorum à Nino rege vñqu ad Alexandrum magnum, hunc numerum ad vnguem impleuisse, ex ipſius Philonis, quem Melanchtho, Faneſcius, ac doctissimi quique ſequuntur, opinione. neque verò longius repetendum eſt, quam à Nino, à quo Diodorus, Herodotus, Ctesias, Trogus, Iuſtinus auſpicātur: propterea quod primum imperandi formam stabilit, ac

Baby-

Babylonem cōdedit. Aſyriorum verò & Perſarum verius eſt vt vna sit, quam monarchiae plures: aut Caldorū, Medorum, ac Parthorum monarchias ab Aſyriis & Perſis dueleſe oportet: qui tamen eiusdem penè regionis incolaſunt ac ciues. Alexander verò iurē monarchiam nouam efficit, cūm ab Europa in Aſiam homo planè peregrinus, nouū genus hominum tranſmisferit, Darij copias deleuerit, mores deniq; ac leges immutari. fed hęc ſuo loco. Rursus ab elutionib; aquarum, vñque ad euerionem tépli ac Reipub. Hebreorū, numerantur anni à Philone. **M.D C X V I .** Iohannes ducentos amplius; alii multo pauciores complectūt: ut puto ego tum ex historiarum veritate, tum etiam ex ipſius numeri magni praestantia. **x i.** annos ad Philonis calculum addi oportere, vt duodenarii cubo nihil deſit, aut ſuperfit. nam eo ipſo tempore defect Aegyptus à regibus Aſyriorum: Scythe Aſiam minorem inuaderunt: Pifistratidē ab Atheniensibus; Tarquinii à Romanis eleſti ſunt. Ex eo quoque Danielis hebdomades plurimū illuſtrantur. cūm enim maxima ſit inter omnes ſcriptores varietas de natuitate Christi, Philo tamen qui omnium antiquorum certissimus habetur, colligit annū tria milia **D C C C x i i i.** cui Lucidus tres adimit; Io. Maria ſex addit; idque ex multis coniecturi, quibus ma-

z

gis



gis assentior. propterea quod numerus ille est ex quadratis septenarii ac nouenarii multiplicatus, puta ter mille D C C C X C IX. mirum in modum congruens conuercionibus rerum maximarum, quae postea fecute sunt. tum etiam Christi morte ea ratione incidit in annum mundi quater millesimum, quo sane pertinent seputingita Danielis hebdomades, quae annos capiunt C D C X, quod si auctoritate ab anno septimo Datii Longimani, propterea quod Eldras rurum missus est Hierosolymam Reipublica constituenta causa, id est anno sexto ante tempus Hebdomadarum: senarius ille folius inter digitos perfectus, cum hebdomadibus LXX. id est septies seputingita annis (diē enim pro anno sumit scriptura) cōficit alium numerum perfectum C D X C V I. qui mirabiliter cōgruit conuercionibus Rerum publicarum. quod ut planum fiat, ne incertis conjecturis ducamus, exempla ex Romanorum fastis consularibus, quibus nihil certius esse potest, eruamus. nam ab V.C. usque ad eum annū quo Iulius Octavianus viēto ad Aelium Antonio primus à Senatu Augustus est appellatus, ac totius orbis imperium ei delatis, anni sunt D C C X X I cubus nouenarij. ab Augusto ad Augustulum qui postremus Romanorum Imperator in fastis appellatur (est enim ab Odoacre rege Gothorum cīctus) anni sunt C D X C V I. perfec-

ctus

ctus numerus. ab V.C. usque ad imperij euercionem illam, numerus annorū quadratus est, scilicet M. C C X V. & ex integris septenariis constans. M.Varro apud Cenforinum scribit, Vecium augurio nobilem audisse cum dicebat quoniam annos C X X. incolunis praterfret, pop. Rom. ad M. & C C. peruenturum. totidem annos comprelio à Nino usque ad Arbaicum primum regem Medorum. Funcius tres amplius annos complecit: alij pauciores. sed illud mirabile mihi visum est, quod non solum ab Augusto ad Augustulum: sed etiam ab exactis Urbe regibus usque ad Caesarē Dictatorem, idem numerus annorum C D X C V I. recurrat. neque id tantum, verum etiam à Constantino magno ad Carolum magnum, quo anno primum Imperator Roma creatus est, anni C D X C V I. ab Onuphrio studiosissimo Romanæ antiquitatis colligitur: tametsi magnam temporum, nullam numerorum rationem haberet. neque id solum, verum etiam ab Alba condita, usque ad eius euercionem à Tullio Hostilio, nec plures sunt, nec pauciores anni C D X C V I. hoc etiam amplius quod à Saule primo rege Hebraeorum, usque ad captivitatem numerantur anni C D X C V I. tametsi Genebrardus tres addit: Garceus vero decē, Talmodici centum ferè detrahunt: sed sū dicti nullam necessariam afferunt rationem. à redi-

Z 2

tit



tu populi, & secunda templi constructione sub Zorobabeli, vñque ad eum annum quo Herodes à Senatu rex est appellatus, sunt anni C D X C V I. confimiliter ab Arbace primo rege Medotum, vñque ad Alexandrum magnum C D X C V I. regnum verò Macedoniarum à Carano primo rege vñque ad obitum Alexandri, to tideum annos capit. Funcius octo detrahit. alij x i. addunt. putem ego medium esse feriendum plura tamen huius numeri conuersiorum argumenta proferemus in Repub. Gallorum. confat autem numero Danielis, senarij que perfecto perfectus evadit: præterea solus in magno numero ex nouenariis & septenariis conflatur, vñitate vtrobique deficiente; arque hic numerus est quem veteres innuere voluerunt, cùm dicenter Rerum publicarum periodum esse annorum D. cùm nullam vim numerorum perspiceret. est enim numerus ille incepitus ad terum humanae aut naturalium conuersiones, quippe nec perfectus, nec quadratus, nec cubicus, nec sphæricus, neque ex nouenariis aut septenariis, neque ex eorum radicibus aut quadratis conflatus. si quis autem diligenter animaduertat bella ciuitati Romanorum, secessiones plebis, ac cædes ciuium inter ipsos, reperiet annorum numerum septenariis, aut nouenariis, aut utrisque constare. nam ab V. C. vñque ad refugium, anni sunt C X I I I.

à regi-

à regifugio ad parricidium, C C C L X V I I I. à regifugio ad secessionem plebis in motem sacrum, anni X V I I I. ad fecundâ L X I I . à terciâ C C X V . ad seditionem Gracchanâ, C C L X X V I I I. ab hac rursum ad bellum ciuile Marianum, L V. hinc ad alterum Cæfaris & Pompeij, X X X V I. ad cædem Cæfaris, V I. à parricidio ad bellum ciuile Siculum, V I I. hinc ad bellum ciuile Aetiacum vltimum V I I. numeri omnes ex integris nouenariis aut septenariis, aut ex utrisque conflati. Vrbs autem ipsa capta est post eius conditionem anno C C L X I I I. qui ex integris septenariis æquè conficitur. ab V. C. vñque ad cladem Cannensem, anni sunt D X X X I X. qui numerus ex septuaginta septem septenariis conflatur. tunc enim imperium Romanum penè deletum est. à clade Cænensi ad Varianâ, anni sunt C C X X I I I. ex integris æquè septenariis, & utraque clades contigit I I I. Non Aug. Confimiliter Athenarum moenia solo exequauit Lyfander anno septimo ac septuageſimo post victoriā Salaminiam. addit Plutarchus in Lyfandro, utrumque contigisse sexta die mensis Munichonis. Ita quoque Poeni cùm anno Christi D C C V I I. Roderici regis anno septimo Hispanias invaserint, anno post septingentesimo septuagesimo eiecti sunt, ut ex ipso Tarapha Hispano scriptore colligitur. De cubo septenarij multa

z 3

quo-



quoque sunt exempla. est enim numerus ille à Moſe in magno Iobelæo constituendo ſelecitus. itaque a victoria Iudorum aduerſus Amamum auxilio Hefteris, vique ad victoriam aduerſus Antiochum, anni fuit cccxi. iiii. & vii. & vii. victoria obtigit : i. Idus Mart. qui Hebreis Adar dicebatur. ex quo Hebrei hunc diem magno habent in honore. totidem anni fuit ab Augufto, ex quo imperium ſolus obtinuit, vique ad Conſtantinum magnum, cum ſolus imperium accepit. Regnum Perſarum à Cyro vique ad Alexandrum ſtetit anni cccx. qui numerus ex integris ſepetenariis x x. conflat. totidem anni imperarunt Longobardi. Paulus Diaconus tres anni detrahit. qui reflant vique ad necem Desiderii. tandem Caleum tenerunt Angli. Reges Syriæ & Asia minoris à Nicanore primo rege vique ad Philipum ultimum, totidem anni imperarunt. Ab exiū Hebraeorum ex Aegypto, vique ad euersionem templi ac Reipublicæ, numeratur anni noncenti, qui numerus ex duobus quadratis nouenario ac ceterario in ſe duciſtis conflat. non plures ſunt ab Eurifhene primo rege Lacedemoniorum, ad Nabida tyrrannum, quem Philopomen de imperio deiecit, ac flattum Reipubl. Laconice omnino immutauit. Lycurgi verò leges ſublate ſunt, ac Lacedemonii Achæorum mores accipere coacti, an-

no

no poſt D L X V I I . quām latè fuerunt à Lycurgo: numerus ex quadrato nouenarii in ſepetenarium dučto. Ptolemei verò à Lago vique ad Auguftum, qui Aegyptum in prouincias formam rededit, imperarunt anni cccxc iiii. qui ex integris ſepetenariis coſta. Hebreorum Republica iacuit anni ſeptuaginta: totidem anni imperium Græciæ tenerunt Atheniennes, ut ſcribit Appianus: Gothi à Theoderico primo rege, vique ad Totilam, regnauerunt anni ſeptuaginta ſeptem, ut Onuphrius in fatis ſcribit. Lacedemonii x x. anni, Græci omniibus imperarū. auctōre Appiano. hunc quoque numerum magni numeri radicem explavit Alexander magnus: nam ſex anni ante Darii mortem, totidem eo caſo imperauit. poſtea eius imperium, repente in plurima, veſtuti fulgur in partes deſiliit. Ac ne vetera quartantur, domellicis vtemur exemplis, & exactissima temporum collatione Io. Tilius cum Faſis coniuncta. Gallia Romanis paruit à Cœfariſ extrema de Gallis victoria, vique ad Marcomerum dum Francorum (cuius opibus freta Valentianino tributum imperanti denegauit) anno cccxi. qui numerus ex quadrato ſepetenarii dučto in nouenarium conficitur. hinc ad Viaramundum nouem annis ad eius regnum, ter nouem. ex quo verò dux eſt appellatus, vique ad Pipinum, qui ex magistro palati re-

z 4

gnūm



gnum inuasit pullo rege Hilderico, anni fuit
CCCXL IIII. cubus septenarii. à cæde Syagri,
 qui Romanorum ultimus Gallia præfuit, vi-
 que ad Caputum, qui genero Gallicus, tamet
 negant Germani, natione Andegauus, impe-
 riū Francis ademit, perfectus est ille numer-
 rus. **CDXCVI.** ab Vuaramundo vique ad Ca-
 petum, anni **D LXXII.** numerus ex quadrato
 nouenarii in septenarium dueto. rufus ab
 Vuaramundo vñq; ad Hugo magni, ac prin-
 cipum defectionem à rege Ludouico **III.**
 ipsiusque captiuitatem, anni fuit **DXII.** foli-
 dus cubus. hinc ad alteram Caroli Bourboni
 defectionem à Franciso, etiisque captiuita-
 tem, quadratus est dupli duodenarii; puta **D**
LXXVI. totidem quoque numerantur à Cape-
 to, ad sacram hoc funestāque bellum, quod
 ciuii sanguine nuper gestum est. nec plures
 sunt nec pauciores à captiuitate Caroli ducis
 Lotharingi (quem Capetus de legitima regni
 successione copulit in carcere Aureliorum)
 ad Carolum illum Lotharingum, qui regiam
 potestatem adeptus, Capeti stirpe Aurelio-
 rum carceribus conclutus; & vtroque tempore
 infelix Aurelia fuit genti Lotharingorum.
 confusiliter à Carolo simplice, quem bona si-
 de Peronam profectum, Hebertus comes ca-
 ptiuim detinuit, vsque ad Ludouicum **XI.** mi-
 nimū omnium simplicem, qui tamen sua se vo-
 luntate,

luntate, vel potius temeritate Peronam con-
 tutus, & in eadem arce captiuus est à Carolo co-
 mite retentus, annos habemus **D XI.** numero
 ex integris nouenariis constantem. rufus
 à Capeto vique ad Caroli octauī memo-
 rabilem in Italiam expeditionem, perfectus
 est ille numerus **CDXVI.** ab euerione imperii
 Longobardorum, & Insubria à Carolo
 magno capta, vique ad consimilem expeditio-
 nem, & Insubriam à Ludouico **XI.** receptā,
 planè cubus est nouenarii, scilicet **DCXXXIX.**
 anni. quibus temporibus Respublica Veneto-
 rum grauiissimas clades accepit. docimus Ve-
 netos ante Carolum magnum stabile impe-
 riū nullum habuisse, sed pacis Nicephori &
 Caroli magni libertatem accepisse. steterat i-
 gitur Respublica Venetorum annos **DCCXX-**
I X. cum eius cursio penè secuta est. eodem e-
 nem tempore Maximilianus Imp. Ludouicus
XI. rex Alfonsus, Iulius II. Pont. in eius
 Reip. ruinam coniurarunt. quinetiam cum tot
 ac tantis hostibus Turcarum princeps ipsaque
 fortuna confirare visa est. vrbis enim Sulphu-
 reis pulueribus fortuitè accēsis plurimū de-
 formata est, ac aut vis infinita naufragio amis-
 fa. & quidem eo tempore Veneti lumen inge-
 nii, consiliique sui magnificè ostentabant. hoc
 etiam animaduersior dignum, quod à Gode-
 frido, qui Persas memorabili clade fregerat,

ac



ac Syriam seruit ut liberarat, vtque ad Baldini-
num vitium, qui captus est à Saladino, anni
sunt x c. numerus ex integris nouemariis con-
flans. Græcorum quoque imperium Galli te-
nuerunt annos LVI. à Balduno scilicet vtque
ad Paleologum. Pontificatum verò annos
LXX. numerus vtque ex integris septemariis,
sed infinitus sit, si omnia perséquar conuer-
sionum momēta. his tamen propositis exem-
plis, licet iis qui abūdant otio, rerum omnium
publicarum conquesiones, ab incorrupta fide
historiorum deriuare, & futura (quamquam
cognita soli Deo) verius ac melius augurari,
quam Cardani leuisimis & falsissimis conte-
cluris, putat enim ab extrema cauda Helice,
scu maioris Vrsæ, omne magnum imperium
pendere. vt cum verticalis effe naescit Ro-
ma, illuc imperium detulerit: deinde Bizan-
tium: posseā in Galliam: inde in Germaniam
desilierit. quæ tam vera siuit, quam quæ de se
ipse scribit in sua Genesi, nunquam effe men-
titum, idque admirabile sibi videri affirmat.
sed vir bonus hoc præstare debet ne mentia-
tur, id est, vt Nigidius interpretatur, scienter
fallum dicat: prudens verò ne mendacium ei
excidat, hoc est, vt ille voluit, ignorante fal-
sum enuntiet, quid autem homini vel medio-
criter perito eius artis quam ipse profiteatur, a-
liud est mentiri nisi hoc est: cum enim intelli-
geret

geret innumerabilibus populis & vrbibus hæc
stellam verticalē fuisse ac semper futuram,
adiecit Solem in vertice quoque meridiano
vrbī naescenti effe oportere, cum ea stella con-
iunctum. ac tameñ viam illam in omnes eius-
dem parallelī populos effundi fatetur, vni ta-
men loco imperium deberi tradit. atque hoc
modo cornicū oculos configere se posse pu-
tauit. fed cū illa stella quinquaginta quatuor
partibus abit: ab Aequatore, & circulum Ar-
cticum describat, vt quantuncunque ex motu
trepidacionis declinet, XI. partibus ab vrbis
perpendiculo recedat, perpendicularē effe
non posse planum est. doceamus ne in meri-
diano quidem, nec, vt ipse scribit, cum Sole
coniunctam effe potuisse; quod longitudine
tantum, & hora meridiana fiat oportet. id au-
tem ex Varrone intelligi potest, qui, vt Plutar-
chus scribit, L. Tarutium Firmarium nobilem
mathematicum, iustis Vrbis & conditoris
diem & horam natalem si fieri posset, descri-
bere. igitur diligenter syderum peruectigatione
comperit Vrbis fundamenta iacta fuisse anno
tertio sextæ Olympiadis, in quo Dionysius &
Varro consentiunt, quinto Idus Pharnuti men-
sus, fine x. Cal. Maii; qui dies Palilia vocatur,
Mense Aprili, hora ferè tertia post meridiem,
Ious in Pisibus, Saturno, Venere, Marte in
Scorpio; Sole Taurum, Luna libram decurren-
te,



te, anno Romuli duodecimeno. illud etiam didicit Plutarchus ex Antimacho Lyrio. Virgmaioris nusquam meminerunt. erat autem ea stella in dodecatemorij Leonis parte x v i i l. scrupulo. t. vi. vt perficuum sit ex ipsius Copernici tabulis, & accuratissima motuum doctrina: his verò temporibus in x x. parte Virginis scrupulo t. quæ cùm ita sint, quo modo fieri potuit vt Romæ nascantur verticalis effet? cùm pars duodecima Geminorum cor celi teneret? ab eo enim Leonis pars x v i i l. quinquaginta quatuor partibus absit: quanto minus Soli coniungi potuit, qui Taurum percurrebat, extrema verò Virgma Leonem? aberat igitur x c. partes in longitudinem; x t. v. in latitudinem, quo minus Soli coniungetur vlo modo. hoc verò inepius, quod Bizantio verticalem dixit, cùm imperium illuc à Romanis translatum est, cùm tamen Vrbs illa prius esset condita, quam Romulus natus, vt ex Polybio constat. multò magis absurdum, quid è Graecia in Galiz verticem desiliit, hinc in Germaniam, contra naturam sui motus & inclinatio- nis. sed hac risu magis quam confutatione digna videntur. cur enim Scandi & Liuones, qui non modo caudam, sed etiam totam Virgam, perpendiculariter Soli habent, nullum vnumquam imperium eo pertraxerūt, sed contraria patentes incursionibus & imperiis finitimorum? Aut si

perpe-

perpendiculares stellæ imperia tribuant, cur illa quæ illustres ac regiae à veteribus dicuntur? Regulus, inquam, Pallidium, Virgilia, Antares: cur ille x v. quæ ipse Cardanus regias vocat; cur Spica, Fidicula, Arcturus, atque adeò placent omnes, qui penè Soli Africæ perpendicularares sunt; illuc imperia non trāstulerunt? nam Europæ & Asie legionibus semper Afri cescerunt. Alter Copernicus, qui imperiorum conversiones ad centrum eccentrici parui circuli, eiusque motum pertinere iudicavit, vt eius discipuli scripserūt. parvus autem circulus non Solis est, quem immobilem ipse iudicauit, sed ipsius terræ, quam motu cieri voluit. nemo tamen incisitæ tāz fuit vñquam, vt à centris cirkularum coelestium, multò minus terrestriū, vim vilam influeret putaret: neque id Copernicus scribere ausus est, sed eius discipuli somnium illud pro certa & explorata tradideruntque cùm ex historia falsa competerantur, nec motus centri eccentrici, sive terræ, sive Solis, cùm imperiorum conversionibus vlo mo- do congruat; fatendum est ab immortalis Deo totum illud pēdere: aut si ad causas consequentes conversionem imperii cuiusque referamus, Deo syderibus veluti instrumentis viente, ad insignes illos syderum concursus, de quibus su- periori capite diximus, pertinere iudicandum erit: sed quia veteres illud animaduertere non posse-



potuerūt, propter ignotos cœlestium orbium motus: posteri vero penit' neglexerunt: nulla facilius ratio vīa mihi est, quā illud ex numeris quodammodo colligere: ab radice cuiusque imperij (quam Ptolemaeus ēποχή, Alfonius Eram, id est radicem Hispanico verbo appellat) initio ducito: velut in febricitantibus solemis ex ipsis decretoris diebus salutem, aut παρέβολος augurari: ita vt dies vna & eadem, si plures variis temporibus laborare cœperint, alii quidem fatalitas sit, alii extrema interdum tamē syderum ac maleficia traiectio[n]is tanta vis est, vt sine di[stinct]imine dicimus, plures vno hauriae & eodem momento: ita fuiseriam morbis imperia laborant, vt Polybius scribit: & vt violentos interdum: ita natura quoque congruetes exitus habent, certis quibusdam ac decretoris numeris comprehensos, nec me mouet quid Aristot. libro v. de Repub. & extremo τῶν μετὰ τὰ φυσ., nihil omnino in numeris momēti esse putauit: cur ergo septimus maſcul⁹ ſtrophilus medetur? cur pars⁹ septimo ac nono mense viuit⁹, oclauo nunquam: cur ſeptē planetæ, nouem orbes? cui Illiorum ad hominis longitudinem ratio ſeptplex: id enim Ambroſius Paratus Regius chirurgus mihi cōſfirmauit, cur dies septimus inedia necat? hoc quidē Plinius diurna experientia cognit⁹ scribit. cur Luna mirabiles cōuerſiones


fones septenariis omnino conſtat: cur ſeptem neruorū paria? cur philomela ſep̄te dies, totidemq; noctes affidit⁹ nouem di[stinct]imina vocū ingemintat: cuius miraculi me admonuit Iac. Bojus Praefes curia Arimoricorū, vir optimè à natura, vberius etiā à doctrina politiore informatus, cur deniq; ſeptenarius Eupri fluxus ac refluxus Aristotelem, vt quidā prodiderunt, ad fuorem, vt alij, ad precipitum adegit? quia nō cœperat Aristoteles Eupri, Euprius Aristotele dicitur cepiſſe, at ſapietissimus Moses & Prophetæ, omnia penē oracula ſeptenariis cōcluferūt, celebriterates ſeptimo die, ſeptima hebdomade, ſeptimo mēsi indicat: ſeptimo anno agrorū quies, ac feruorū manumilisio: poſt annum vero ſepties ſeptim⁹, magnus lobeclus, & liberatio omnium debitorum, agrorūmque ad pristinos dominos reuerſio, hinc ſeptenari⁹ ab Hebrais ſacer numerus eſt appellatus: atque haec significant res humanas non temerē ac fortuitō ferri, vt Epicurei iactant, nec inutile labili fato, vt Stoici: fed prudentia diuinata: que tamet⁹ res omnes, admirabili ordine, motu, numero, concentu, figura colligant, nphilominus eas voluntate, arbitrioq; suo interdum mutat: vt Iefayas de Ezechia scribit, cui predicandi Deus vitam prostravit, & Solem retrogrefium ostendit, interdum verò tempus maturare dicitur in scriptura ſacra, propter ſelebrum



rum vltionem, vel commiserationem, vt Paulus de oraculo Helic scribit. argumento sint eluviones aquarum, quae Dei iussu citius facte sunt, quam numerus magnus ordinis nature congruens expleri potuisset: id est, anno conditi orbis m. d. c. l. v. i. cui numero si addantur octo nouenarii, scilicet, x. x. conflatur cubus ille magni duo decanarii: vt homines intelligent nullis numeris, aut illa necessitate obligari Deum, sed naturæ legibus solutum; non a Senatu aut populo, sed a seipso. nam cum naturæ leges ipse iussit, nec ab alio quam a seipso imponerum habeat, consentaneum est suis legibus esse solutum: & aliter atque aliter decernere de rebus iisdem. sic enim Ambrosius scribit, non semper improborum sclera vindicari, ne putent inferorum nullas esse penas, nulla præmia bonorum: neque tamè flagitosos omnes impunè vivere, ne illud iactent; mortalia nulli sunt curata Deo, ita quoque de bonorum & imperiorum Republica iudicandum est, ne fatis aut fortunæ quicquid tribuere cogamur. Hæc breuiter sum à me de conuersationibus imperiorum ex intima Philosophia disputata, tum ut eruditos ad pulcherrimam earum rerum contemplationem excitarem; tum etiam, ut in imperiorum mutationibus nos ipsos affligemus; quod magnis sapè viris accidit, etenim nulla è Pompeius è clade Pharsalica dilapsus,

ac Reipub. casum acerbissime lugens leniri potuit, quam Secundi Philosophi oratione, qua perfidius est certos effe à Deo immortali ambitus imperiorum constitutos.

Nun ab historia conuersiones & exitus Conuersio-
Rerum publicarum, quæ olim magis clarue-
runt, cum nostris comparemus, vt ex utrisque
veritas magis elucescat. Omnia autem clari-
fissima fertur esse Romanorum, quæ cùm ali-
quandiu sub regibus florueret, in tyrannidem
prolapsa Tarquiniorum: deinde his exclusis in
optimatum ac patriciorum potestatem sæ-
pius repugnante plebe post in factionem de-
cimvirorum; quibus cœcis ac prostratis, popu-
lus aliquandiu legitime ac temperanter impe-
rauit, quoisque in homines incidenter rerum
nouardarum cupidos: hinc ochlocratia, vel po-
tius anarchia turbulentæ plebis à seditione
Gracchanæ vlique ad Marium & Syllam, qui
Vrbem civili sanguine crudelissime fecerunt:
festo denique ac trigeminè post anno, à Cæ-
fare & Pompeio partium ducibus miserabile
iactata fuit Respublica, quoisque legitimo vi-
uius Augusti dominati gubernaretur. hinc va-
riè ab optimis principibus, mox etiam à tyran-
nis suscepimus, tandem aliquando dignitatem a-
misimus, cum Imp. Confatitus magnam partem
Senatus, ac fedem imperii Bizantium transtu-
sisset. postremò in Gothorum, Gracorum,



Gallorum, Germanorum, Hispanorum potestatem peruenit, & alienis imperiis aut Pontificum libidini ad hanc vique tempora feruunt. Idem fere procellis iactati sunt Athenieses.

Conuersio-
nes Imperi-
pida forterebat, regnum adeptus esse dicitur, ab eoque re-
gnatum est vique ad Aeschylum annos circiter CCC. post Aeschylum mortem, qui per-
petuum imperium tenebat, optimates magi-
stratum quasi Dietaeorem decennalem crea-
runt, sed cum is magistratus nimia potestate
abuteretur, anno definierunt. primus Creon
annus magistratus, qui ἡράκλειον à Gracis; iudex à Latinis dicebatur, electus est: eoque ma-
gistratus tantisper vii sunt, dum Pisistratus eodem modo quod Dionysius ad corporis secu-
ritatem impetrata cohorte aduersus Alcmeo-
nidas, perpetuam potestatem inuasit, tum Hyp-
parchus & Hippias Pisistratida, imperium annos sepe uaginta, vt Aristoteles scribit, vi te-
nuerunt, quoique alter casus est: altero mor-
tuo secuta est popularis potestas à Solone prius instituta: sed legitima, tamen ac iusta,
nam quinta classis, id est, infima plebs, & popu-
li pars longè maxima, lege Solonis ab honoribus & imperiis arcebatur, primus Aristedes legem illam abrogauit, postrem Pericles fla-
tum popularem in turbulentam ochlocratiam

muta-

mutauit, cum Areopagitarum sublata, aut valde immunita potestate, qua Reipublice salus & dignitas continebatur, ad plebem infimam omnia iudicia, confilia, totiusque Reipub. gubernationem propositis praemis ac largitionibus, quasi escam imperij detulifet. eo mortuo, deinde electo Alcibiade, exilio Nicias cum exercitu, imperium ad optimates cccc. de-
latum est: paulo post tamen Thrafuli factione plebi restitutum. tandem amissa classe ad Assyriopotamos, Athenieses cum focus omnibus in Lacedaemoniorum potestatem vene-
runt, à quibus optimatum potestas est vique pro populari constituta: hinc xx. delecti optimates Atheniensium Rempublicam gubernarunt: qui statim euaserunt factiosi tyrranni, his igitur paulo post à Thrafulo casis ac profratis, summa potestas rursus ad populum reddit, ac tadiu stetit, quoad Antipater Lamia-
to bello populare imperium paucis optimati-
bus, qui sua iussa exequabantur, permisit; intet
quos princeps erat Demetrius Phalereus. sed
quarto decimo post anno, Demetrius Po-
liorces electo Phalereo, specieque proposita libertatis tyrrnidem inuasit: eo tamen ab hostibus capito, Athenieses rursus popularem libertatem vique ad Syllar tempora retine-
runt, is enim urbem Mithridati fauentem ex-
pugnauit, tamque hostiliter, tantisque cum ci-

A 2

volum



uium strage diripiuit, vt riui sanguinis tota vrbē decurriffe ferantur. antea quidem populi Romani beneficio libertate fruebantur, quam postea quoque eodem beneficio recuperarūt, vt Plinius scribit: nihil tamē præter vimbram libertatis habuerunt, cūm tyrannorum ac magistratum libidini ferirent. sed animadu-
tione dignum est, quid imperium Græci annos duntaxat septuaginta tenerunt, vt Apianus scribit. tametis Demosthenes olinthiaca 111. duntaxat annos x l. v. Athenieses impe-
rafe putet.

Conuersio-
nes Imperij
Lacedemo-
niorum.

Imperium Lacedæmoniorū à regibus (qui annos circiter c c. ab Euristhemis usque ad Lycurgum regnabant) in tyranidem, vt Plutarchus tradit, conuersti cuperat, cūm Lycurgus popularem potentiam instituit, sed valde moderata, vt antea docuimus: anno post x x i i i i. Theopōpus ac Polydorus optimatum imperium omnino stabilierunt, atque in eo statu floruerunt annos l x x v l. usque ad Nabida tyranum, quem Achæi duce Philopremen imperio spoliarunt, sublataque Lycurgi disciplina, ex Achazorum institutis Lacedæmonios viuire coegerunt. tandem Achæi quoque à Romanis fracti sunt: & vtrique Romanorum imperio accesserunt. & quoniam methodum scribētem decet vniuersa non singula complecti, ac veluti digitos ad fontes in-
tendere

tendere vnde illa hauriantur, prætermittimus Reipublicas obscuriores, Thebanorum, Corinthiorum, Messeniorum, Siculorum, Sicyoniorum, Arginorum, Cretensum, Corcyraeum, quarum conuersiones tradidit Pausanias accuratè, si quis subtilius inquirere velit: qui-
bus planè perspectis, similes in Italia Rerum publicarum exitus reperiemus.

Postea quād enim Gallorum imperio pul-
Conuersio-
fis Longobardis accrescet: Italia, tum etiam nes Imperii
Germania, Saxonia, Pannonia, & Hispania bo-
na pars, imperium inter liberos Ludouici Pij
diuifauit est. Carolo Calvo primogenito Frâ-
nacia imperij caput; Lothario Italia primum,
deinde Lotharingia; Pipino, Aquitania; Ludo-
uico, Germania cessit: sed ita, vt aliorū imperio
minimè tenerentur. deinde vario bello-
rum euentu, idem Germaniæ & Italiæ regnum
coaluit: quoque inter mortua Caroli magni
firpe, Germaniæ reges de principum confen-
su crearentur: qui per legatos & vicarios Ita-
liam & Helvetiam; per feipso Germaniam
regebant. cūm vero in tyranides lapſi fuissent,
Germani excusa feriuitate imperium optimatum:
Helueti populari: Itali Pontifici & Im-
peratorum odis in partes Guelorum ac Gi-
bellinorum distracti, ex legatis Pontificum &
Imperatorum, partim reges načti sunt; partim
tyrannos, reliqui populates & optimatum sta-



tus probarunt . vt enim Pontifex Urbanus regnum Neapolitanū & Siciliam Gallis : sic Ludouicus Imp. vrbes ecclesie Romanæ p̄fēctis dono dedit . plures etiam pertulæ frēuitatem peregrinorum, imperia domētīca subire maluerunt. ita Mediolanum & magnam Insulæ partem , comites Anglerie gentis occuparunt: Veronam Scaligeri: Patauum Eclini: Mantuam Bonacolli: tum his expulsi gens Gonzagarum: Bononiā Bentivoli: Fauentiam Manfredi: Ariminum Malatestæ: Perusiam Baleones, deinde his eiectis Ottones: Tifernum Vitellij: Ferriam, Rheimum, Mutinam Atellini: Camertium Veranij: Vibinatium Feltrij: Pisaurum, Foroliuum, Forocornelium Sforzæ: Picenum agrum, Vmbriam, Flaminiam, Aenyliam, Latium, cum maxima Hetruræ parte. Pontifices tenebant. Interim Veneti, qui à Carolo magno & Nicephoro libertatem impetrarant, Itiam primum, deinde Liburniam (Insulas omitti) Tarufum, Vicentiam, post etiam Patauum, Veronam, Bergomum, Brixiam, Creman, Nouocomi, Rauennam aliis sénis admerunt. Florentini quoque empta libertate à Germanis, Pisani, Vollaterano, Pistorios, Aretinos & finitima oppida subegerunt. Lucenes, Senenes, Genuenses, se quoqu in libertatem iisdem temporibus vindicarunt. hæc tam multa oppida,


tot

tot vrbes ac multò plures, imperiis & finibus diuīz, à regibus in tyrannos: hinc in optimates: mox in factiores & populares statutus, interdum etiam in puram anarchiam inciderūt. neque enim villa pars orbis terrarum plures habuit Rerum publicarum conuersiones, postremò res omnes publice, quarum memoriam vlam habemus, in monarchias relapſa fuerunt, pr̄ter Venetos, Lucenes, Genuenses, Rhagutios, Heluetios, Germanos. de Venetis ac Germanis antea dictum est. aliarum quoque statutus & conuersiones quām breuissimè complestanur.

Heluetij quidem cùm Imperatorum Legatos & Vicarios, comitescque Haſpurgenses, qui statut & cōpostæ duces Austriae fuerunt, diu pernūlissent, uerſiones, tyrannidis euertendar causa, societatem inieuntr anno M. CCCC XV. primū Suecij, Vrani, Vinteraldi: deinde Lucernates, Tugiani, Tigurini, Bernates: post etiam acceſſit Baſilea, sed non tanta necelliuditione coniuncta: tandem Leptonij, Veragi, Rheti, Seduni, Sāgali, Multuliani, Rotuillenses; postremò Geneua: quas vrbes imperiis esse ac finibus diuīs antea docuimus. omnium autem status popularis est: sed quinque minores pagi, qui mortani vocantur, nescio quid habent magis populare quām Bernates, Tigurini, Baſilienses, & qui ab imperio Germanorū postremi defecerunt. vñ-

A 4

tug



tur etiam in ferendis suffragiis veteri $\chi^{24} \rho \tau^{\circ}$
 $\gamma \epsilon \eta \sigma$, cum populus simul cogitur in unum locum, hoc igitur omnium commune est; quod magistratus anni sunt, contrà quam plerique putant: sed interdum et bene gesta in biennium aut triennium imperium prorogatur. montani quidem, summum magistratum unum habent, qui Man appellatur. huic adiungitur legatus, seu Cacellarius: tum Carmalingus, quasi Tribunus aerarium postea consiliarii duodecim. atque hi omnino xv. viri omnis domesticæ militariæ discipline curam gerunt. sunt praeterea provinciales, seu municipiorum magistratus ac indices, à quibus ad x. vi. viros prouocatur. Bernates sumnum magistratum Auerium: Basilenses ac reliqui ferè Burgomagistros; præter Genueates, qui Syndicos appellant, quibus si imperium minus dederunt. sed in eo plenique falluntur, qui Bernates, quorum imperium latissime patet (habent enim oppida circiter x. l.) tum etiam Basilenses, Tigrinios, Genueates, & eos qui à Germanis defecerunt, optimatum imperio gubernari putant: quod Senatus vident trecentorum viororum, alibi quadringentoru de Republica consilium capere, at eorum decreta, si ad statum Reipublicæ pertinent, rata non sunt nisi populus inferat. id autem sit conuocatis collegis & corporibus opificiis in sua queaque comititia, quae

Schaffæ

Schaffæ vulgo appellantur, ab eo qui princeps est omnium collegiorum. deinde collegii cuiusque Syndicus ac Tribunus populi iusta referunt in Senatu maiore. est enim triplex vbique ferè Senatus, quadruplex etiam apud Basilienses: in quibus sane versatur Reipublice salus: propterquod rerum omnium curam gerunt, nec quicquam fertur ad populum inconsulto Senatu: nec ad Senatum maiorem, nisi decreta sunt fuerit in minore Senatu. nusquam vero gentium leges maioren vim habent: neque enim ad populi voluntatem mutantur, nec impune violantur. quæadmodum autem de quinque generibus popularis imperii, qua ab Aristotele traduntur, nullus pernicioſius est, quam si populi voluntas legibus superior fit, ac pro lege habeatur, vt de Athenisibus Xenophon scribit: ita nullum moderatus ac laudabilius esse potest, quam si legum vinculis plebs induta coercetur. non mirum igitur si iam annos c. c. l. in summa rerum gestarum gloria floruerint. duabus etiam rebus imperium illic populare conservatur, equilibitate iuris, & frequentia coniunctionum. nobiles enim, qui populari statum apud Megarenes, Romanos, Florentinos, Senenses, Genueates, sapient labefactarunt; nulli sunt apud Helvetios: aut si qui plebis furorem olim inuaserunt, qui pauci sunt admodum, eiurata nobilitate cum insima plebe



be versantur, nec ferè summos magistratus, quibus laniōnes ac cerdones fruuntur, adipisci possunt. conuiuiis autem, quæ in Schaffis perpetua sunt, non modò contentiones & oda prohibentur, verumetiam incredibili amore inter se citas & cum Republica coniunguntur. hic autem finis est legum omnium humana- rum: ac tametsi Bernates, Tigurini, Basilienses mutata religione, compotationes illas tollere conarentur, non potuerunt tamen. Geneuates qui minùs populares sunt, ab eiusmodi moribus abhorrent. nullis enim conuiuiis publicis vuntur, præterquam facris, que tertio quoque mense religiosissime coluntur. illas verò perpotationes Heluetiorum, priuatis rebus ac pu- blicis, tum etiam religionibus ac virtutibus i- unicas esse putant, habent vtrique sūi consilii causam probabilem, nec magnorum virorum auctoritas aut exempla defunt. nullæ tamen apud Heluetios similitates. Geneuates verò priuatis & occultis odia laborare dicuntur, ac metu magis in officio, quam amore contineri. nihil autem quod metu fiat, diuturnum esse posse. argumento fit illa coniuratio que superiorebus annis penè Rempublicam opprefxit, fortasse tamen ciuianim à peregrinis abalienati causam coniurationi præbuerunt. sed illud apud Geneuates laudabile, si quid vsquam gentium, quodque Républicam efficit, si non opibus

opibus & imperij magnitudine, certè virtuti- bus ac pietate florente: illa scilicet Pontifi- cum centura, qua nihil maius ac diuinus cogi- tari potuit ad coērendas hominum cupidita- tes, & ea vitia quæ legibus humanis ac iudiciis emendari nullo modo possunt. hæc autè coēr- tatio ad Christi normam dirigitur, latenter pri- mū & amicè: deinde paulò acerbius: tum nisi pareas, sequitur interdictio facrorum grauis & efficax: interdictiōnem animaduerſio magi- stratum, ridiculum est enim, ut ait Seneca, ad legem bonum esse. ita sit ut quæ legibus nu- quam vindicatur, illic sine vi ac tumultu coē- ceantur ab iis censoribus, qui summam viru- tis opinionem de fē ip̄si excitarat. igitur nul- la meretricia, nullæ ebrietates, nullæ falta- tiones, nulli mendici, nulli otiosi in ea ciuitate re- periuntur.

Genuefes populi rerum quondam gesta-
Genuëfum
num gloria, & finis imperio clari, cùm Vene-
flatus & cō-
tis dominatum & vibrem ipsam penè ademis-
serunt, tādem ab illis fracti, leipſos primum Ca-
rolo sexto Gallorum regi; deinde Mediolani
comitibus fronte dediderunt, quibus tempori-
bus cum Fregosij & Adurnij Rempublicam
in partes diſtraherent, plebs arreptis armis pa-
tricis omnes eiecit: Tribunos pleb. octo crea-
uit: praefidia Gallorum expulit: arcem vi rece-
pit: ducem fullonem creauit, quem postea Lu-
doui-



douicis x i legit in crucem, & vrbe expugnata ciues grauiissime multabantur. sed cum infibria Carolo v. Imperatori cefulset, Andreas Dorius, à Gallis ad Calorū se recipiens, Rempublicam omni bellorū ac tyrannidis metu liberatā, quasi Aratus aut Lycurgus alter, optimis legibus ac institutis informauit. optimatum imperium quod ante populare fuerat, vel potius plebeium, ex generis antiquitate opibus ac splendore instituit, & in tribus octo ac xx. diuisit, sublati partium noninibus quoq; Rempublicam perturbarantea lege vt singulis annis decem optimates ex plebeis creaturant, vii quiske virtute vel opibus praestaret: qua tamē lex antiqvatur; vt à Genuensibus accepi, & pauci ad ius honorum admittuntur. collegium optimatum ciuibis c c c. implevit, quorum summa potestas esset, vt optimates omnes, qui fere sunt mille ac ducenti, vicissim imperarent. ciuium autem numerus octo ginta milium esse putatur: neque enim certò sciēre potui. optimatibus igitur summum imperium permisit ut legum, belli pacis summa provocations, ac magistratuū omnium creationem; imprimisque Senatus, cuius etiam annua potestas est. Ducis autē imperium, quod antea perpetuum erat, biennio definit, adiecō præsidio militum Germanorum D. atque hic solus optimates & Senatum cōuocare poterit.

test. exacto magistratu, in numerū procuratorum (hi summam habent in consiliis de Republica sufficiendis auctoritatē) cooptatur, postea quam suę integratit ac innocentia testimoniū Syndici tulerunt. Ducis autem eligendi formam valde perplexam omittit: eiusmodi tamen est, vt nemo nisi summa integratit & patrie nobilitatis (cum ante plebei dūtaxat veteri lege crearetur) eum magistratum capere possit, nullus enim fortis locus est. huic adiunguntur octoviri semefretes, eadem potestate qua septemviri apud Venetos. vt quinqueviri Syndici ferē parem cum dec̄viris Venetorum auctoritatē habent. hi Republica curam gerunt. sequitur magistratus qui vniuersit̄ iurisdictioni praeſt, quem potestatem vocat. solet autem ex peregrinis honesto præmio in vrbe acciri, cum tribus legatis, ab eo prouocatur ad Senatum in capitalibus caufis. deinde septemviri semefretes, qui extraordinarii vocantur, quod lites arbitratu suo dirimendi ac tutores dandi ius habent. prætereat quinqueviri caufarum ciuilium peregrini homines, quorum potestas biennio definitur: vulgo Rotam appellant. postremi sunt Cenforez qui collegiorum Præfētos cogunt, ne quis theratura, ponderibus, mensuris, opificis abutatur, militares autem magistratus singulis annis creatur x L. centuriones, quibus imperator



tor vnius præficitur. Aetarri vero cura defertur ad collegium Georgianum, tantopere ab omnibus laudatum, quod centuviris & octo Tribunis aetarri conflat, vnde incredibilis vrbis opes & vtilitates, quas ex portoriis & vectigalibus prædiorum publicorum & oppigneratorum conflantur.

*Status Lu-
censem.*

Est etiam Lucenium statu in optimatum potestate. cum enim censu fuerint in ciuitate non ita pridem XXXI LIII. hominum milia, duo circiter imperio præfunt vicissim: tenuim annuum collegium ex optimatibus LX. conflat, penes quos summa Reipub. potestas est. ab his decemviri creantur cum imperio triennali, quorum maximus vexillifer appellatur. his capitale est vrbem deseruisse. creantur etiam Senatus octodecim virorum, qui vna cum decemviris de Republica consilium caput. sequuntur minores magistratus; Rota triumviralis, ex uno Praetore ac duobus Aſſessoribus: quorum alter publica iudicia discepit, alter priuata: omnes tamen peregrini. post etiam nouemviri, cum Proptore peregrino, iudices mercatorum. tum Praefecti annonæ, falutis, commeatus. præterea octoviri, qui peregrinorum curam gerunt. postrem sex aetarri; totidem militum Tribuni. sed nihil præclarius collegio Censorum, qui homines improbos, & licentius vitiis indulgentes sepius notatos,

da

de magni concilii sententia triennali exilio puniunt. Neque tamen Lucenses, neque Genuenes planè liberi sunt, sed Hispanorum regi acceptam ferme data pecunia libertatem. Genuenes quoq; vt inſula Chio fruerentur, Turcarum principi XXX. aureorū milia, vt Veneti XII. Rhagusi XIIII. tributi nomine pendebant antea, vt liberi essent à vectigalibus & portoriis: fed nuper omnes iniulae, paucis admodum exceptis, in Turcarum potestatem venerunt.

Est etiam imperium apud Rhagusios ex optimatibus constitutum, adhuc enim gentes antiquæ nobilitatis XXIIII. reftant, ex quibus costat optimatum collegium: sed omnes, vt apud Venetos, simul coguntur. ab his creantur Senatus LX. virorum: potestæ decemviri, quibus Reector quasi dux ciuitatis præfesse conuenit: deinde quinqueviri eadem fere potestate qua Venetorum decemviri. tum fexviri consulares ciuilium; quinqueviri criminalium causarum iudices, à quibus ad curiam XX. vi. rotum provocatur: fexviri nocturni. reliqui sine imperio creantur, vt triumviri aetario curando: quatuor Quæstores: diuumviri monetales: curatores vrbis, annonæ, falutis: postrem Propterus arcis, qui quotidie mutatur. vt olim apud Atheniensis qui Senatus præterat, arcis & aetari claves habebat. habent autem magnum cum



cum Venetis Reipublicæ gubernandæ rationem. hoc tamen valde diuersum, quod prætorianas cohortes ex Pannoniis, et Genuenes ex Heluetiis ac Germanis confribunt ad imperium exequendum. Sed renum omnium publicarum quæ vñquam extiterunt, nulla tam breui tempore magis incredibiles conuerſiones perullit, quam Respublica Florētinorum: id est, c c c x x i, annis. ac pervile viſum mili est, ea cum tum à Florentinis, tum ab ipſorum historicis; Pogio, inquam, Maciauello, Antônino & Guichardino didici, breviter explicare ut ex varietate Rerū publicarū, de opimo statu verius ac melius iudicare queamus.

*Status &cō
uersio In-
perii Florē-
tinorum.*

Cum igitur Pontifices ac Imperatores de imperio Italæ contéderent, vt ante diximus; Florentini ſcipoſ in libertatem vindicarunt, anno m. c c x v. & coacto ciuitum creta magistratus x i i. quod antiquos appellabant, duos Prætores, urbanum ac peregrinum, cum annua potestate crearunt. fed cum omne imperium ad paucos detulissent, repete in factionem inciderunt. his itaq; abrogato imperio, x x v i. viros Reipub. conſtituenda, quos reformatores vocabant, elegerunt; qui opificum collegia stabilierunt, eisq; magistratus quasi Tribunos dederunt. fed cum potestiores Gibellinorum partibus fauerēt, eieclis omnibus Gibellinis, x i i. viros elegerunt, quos bonos homines

hes appellabant, rati nomine mutato mores immutari, deinde l. x x. senatores confilis de Republica capiendis: summum verò imperium totius Reipublicæ optimatibus c l xxx. permiferunt, qui magistratus ac legum summa potestate haberent. atque in eo statu annos ferè x x. acquireuerunt: poſtē in oligarchiam conuerſi, nobilibus factiosis imperium à populo abrogati est: deinde triuīti creati, quos priores appellauint, vñā cum vexillero, cui legiōnem prætoriam ad Reipublicæ præfidium dederunt, præter quatuor legiones urbanorum & ruficorum, ſi ab hostiis urgerentur. & quia vexillifer maximus popularis erat, nobiles ab honorum petitione ac fortitione summoūt. poſtē fecutæ fuit grauissimæ ſeditions nobilium, à quibus populus in variis partes distractus est: & cum ciuii sanguine diu ſcipoſ foedalient, communi conſenſu petierunt a Pontifice maximo, vt regi stirpis hominem mitteret, cui libenter parent. itaque Carolum Valesiū Siciliæ regem, qui tum Romanum venerat, Florentiam militis igitur aliquandiu tumultus compofuit, exiles & opprefſos armis ciuibibus reſtituit. fed à suis ipſe reuocatus, nondum vrbe quieta difceſſit. hinc maiores quām ante tumultus ac caedes, adeo ut omnes penit Lucenes vicinorum calamitate permoti, & ad ſeditions componendas ef-

B

fuiſ



fusi ex vrbe Florentiam venerint: non prius tam
men quieuerunt, quam bellis externis cog-
rentur. Itaque anno M. C C C I I I. formam
Reipublice mutarunt, ac pro uno vexillifero
tres crearunt, quos Pànonieros vocabant; cum
summa & planè dictatoria potestate. Igitur
coacto ciuium omnium cœtu scrutinia insi-
tuerunt, quibus postea semper vñ sunt; id est,
delectum quandam ciuium habuerunt, qui ad
magistratus & honores capiendos idonei es-
sent: atque eorum nomina in vrnas, sive cru-
menas conicerunt, vt singulis annis forte du-
cerentur. atque hic delectus decimo quoque
anno renouabatur: interdum sepius. octoviros
forte duxerunt, qui bimestri potestate cum an-
nuo vexillifero Reipub. præferebat. conflixi ve-
rò capiendi causa Senatum elegerunt et c. l. vi-
rorum, partim nobilium, partim popularium.
optimatum verò collegium ex ciuibus trecentis
constituerunt. sed ne in ea quidem statu,
propter ciuiles discordias & odia intesina;
diutius acquieuerunt. itaque communi con-
senstu acciuerunt Galtherum Brennensem du-
cem Athenarum, cum qui postea magister
militum clade Picciuensi cœtus est ab Anglis
cui optimates annuum imperium permis-
serunt, sed plebs acclamatione gratissima, perpe-
tuum principé esse iussit. hic igitur c. c. milia-
tes ad vim imperij retinendam sibi adiunxit.
sed

sed cum nimis imperiosè se gerere videretur,
vix decem menses imperium retinere potuit,
quoniam ab omnibus ordinibus ex vrbe cum ma-
gna clade suorum ejaceretur. rufus vexillife-
rus & octoviro, vnā cum Tribunis plebis si-
ue collegiorum ducibus crearunt, & nobiles
quos ab honoribus anteā prohibuerant, resti-
tuerunt. hinc factio nobilium potentior, po-
pulares & plebeios opprimere coepit: hinc te-
niuum & popularium querelæ; quod vnus e-
uerfa tyrranida, plures Rempublicam inua-
scent: & eosque discordias creuerunt, quoad no-
biles magna ex parte casi, aut fracti, aut exilio
pulli, popularibus cessissent, & ab honorum
petitione omnino summuoverentur. igitur im-
perio planè populari cōstituto, anno X. C C C
I I I. cum nullæ aduersus nobiles discordias
intercedere possent, populares inter se de im-
perio certare ceperunt. quemadmodum Bu-
delmonti cum Vbertis, deinde Donati cum
Cerchiis, omnes patricij, Rempublicam diu-
tissimè perturbabant, deinde patricij à popula-
ribus electi fuerant: ita Ricci & Albizi popularis
homines, Guelphorum & Gibellinorum
seatas renouarunt. inde cades & exilia fecuta,
quousq; plebei opifices accepta occasione, ad-
uersus populares arma coperunt, ac diutissi-
mi ciuiisque domum diripiuerunt & incende-
runt. ita populari potestate omnino sublata,

B 2 secuta



secuta est ochlocratia seditione plebis, vel potius anarchia. nam toto triennio, latrociniis, cades, incendia, in media urbe flagravunt. ad extremum, plebei seditiones furentes, inter se quoque crudelissime pro imperio demicarunt, tandem lassae potius & fracti quam satiati, proposita amnestia magistratus veteri more crearent, ac ex anno fine bello ciuii exegerunt, cum scilicet nulli omnino magistratus affererent, & oblatos timide caperent, iulfecque imperant. postea diuturne quietis impatiens, Cosmum Medicem, cum qui patria parentis usurpatur, nulla de caria dammarunt: idem tametи postea vi & armis ciuitibus est ab exilio reuocatus: & aduersari eius magno numero eiecti, ex quo gens Medicorum summa in Republica auctoritatem sine imperio adepta est, cum scilicet prudentes ac viros bonos habi adiungeret, quorum ope Republica & magistratum fortissimo regebat. sed mortuo Cosmo, Republica gubernacula tenebat, ad cades & exilia prolapsi sunt, quo ad factiosis quibusque pulvis, Medicorum auctoritatem recuperarent: quam annos circiter xx. retinuerunt, tametsi Pacci coniuratione facta, Julianum Medicem ante aras maetarunt, ac Laurentium fratrem grauiter vulnerarunt: hinc coniuratorum sumplicia, cades, exilia. altera ex parte exiles Sixtum Pontificem & Alphonsum, cum legionibus

bus

bus acciuerunt, ut patriam, in qua regnare non poterant, hostium subiicerent potestati. tandem liberata grauissimo bello Republica, Se-natum l. x. virorum stabilierunt, cuius consiliis tandem Respublica stetit, quod Petr. Medices, mortuo patre Laurentio, non contentus auctoritate, monarchiam invadere conatus est, ex quo maiores quam antea seditiones oborti: que non prius exitum reperire poterunt, quam potentiores urbe penitus eiecti es-sent. itaque cotigit anno M. CCCC XC IIII, ut plebs hoc illuc, quasi pecus sine pastore vagaretur, hominum infidias metuens ac ferarum: sic enim Maciauillus tradit. tandem Senatus agre coacto diu certatum est de confor-mando Respublica statu; cum alii optimates, alii populum mallent. ad extremum seditionis Sauronarole ac Soderini concionibus peruersi, popularem statum acceperunt: ea lege ut summus in Republica magistratus, qui apud eos Confalonierius dicuntur, perpetuus esset, ac ne negotiationes ad populum (femota feci plebis) vila ferri possent, praterquam de legibus & magistratibus, deq; pecunia publica. non multo post Petri Soderini, deinde Fr. Valori potenti oppresi, rursus arma ceperunt, ac potenti vi & armis de imperio deturbarunt, ipsumque Valorium in Praetorio & in summo magistratu trucidarunt, cum prouocationem

B

3

ad



ad populum impediret. Rursum anno M.DXXI. sumnum magistratum annum fecerunt, & Senatum octoginta virorum semestrem. paulo post tamen Leo Pont. max. princeps Medicæ gentis, simulans se velle Rem publicam in eum statum reficere, quo fuerat ante annum M. CCCXCIII. contulit imperium populare quinqquaginta viris, vulgo Galani vocabant; ac perpetuum potestatem erupta, populo libertate stabilit, nihilominus tamen capto Clemente Pontifice max. qui alter princeps erat Medicorum, Res publica in pristinum statum redit. tandem res ad vnum delapsa est. nam Caroli Imperatoris legionibus, coacti Florentini, Alexandrum Medicem cum praesidio militum in urbem repererunt. is igitur Clearchum Heracleotarum tyrannum imitatus, sui nominis hostes ac potentiores occidit, proscriptis, exegit; tandem a Laurentio Medicæ occisus, imperii successorem habuit. Cofcum: qui cum incredibili prudentia, coniuratorum manus sapientius erat. hoc igitur in illa Repub. vitiosum erat, quod populare imperium quam optimatum maluerunt: deinde quod octoviris bimembribus & vexillifero permiserunt Reipublicæ totius imperium: nec Senatum nullum habuerunt, nisi extremis temporibus, & nullius penè auctoritatis: quod perinde est ac si corpus mœte careret. nam in Senatu falso

falus Reipub. versatur. iam vero XVI. viros collegiorum & opificium duces, veluti Tribunos plebis nullo interiecto medio maioribus magistratibus ita oppoauerunt, vt neceſſe fuerit perpetuis diffiditis Rem publicam turbari. postremo plebeios, & ex peregrinis in urbe natos ad honores forte admiserunt, quod Res publica magis efficit popularis. Sed ab externis ad domestica veniamus.

Maiores nostri sub regibus primùm diutissim floruerunt; vt Cesar libro VI. Lituus liber. v. testatur: quibus temporibus vniuerſam Imperii Gallorum, penè Europam & Asiam minorem armis domuerunt, colonias deduxerunt, urbes condiderunt, viči regionibus gentilia Celtarum & Gallorum nomina dederunt. inde Celtiberia, Celtoſcythia, Portogallia, Gallicia, Galatia, Gallia Transalpina, Gallia Britannorum: hinc multe a Boii & Helvetiis, quos Tacitus Gallos vocat, regiones subacta: quæ quod ab aliis explicata sunt omitto.

Cum autem reges impotenter dominarentur, optimates imperium suscepserunt: id quod sium statutum, Massiliensium, qui à Phorenibus coloniam in litus Celticum deduxerant, exemplo fecisse videantur: quia Massiliensium sexcenti optimates, Reipublicæ prærantur. ex his quindecim magistratus singulis annis creabantur, inter quos tres viri quasi Praefides, maius imperium habebant,




bant, ut Strabo scribit. igitur reliqui eorum exemplo populum in tres ordines naturae congreuererat, hoc est, ad rationis, iras, ac libidinis formam distribuerunt. Druidæ à militia vacationem perpetuam, & omnium munierum immunitatem habuerunt, ut Cæsar scribit. domesticum vero imperium, sacra, leges, summaque iudiciorum potestatem tenebant: equites rem militarem vna cum Ambactis & Soldariis curabant: plebs agros & opificia, ex his tribus ordinibus, comitia collecta vniuersitate Reipublicæ sumnum ius habuerunt. Druidarum vero tanta fuisse dicitur sapientia, tanta vis ac maiestas imperandi, vt cum haberet annua comitia, solo religionis metu ac facrorum interdictione, quasi acerbissima omnium pœna, sine vi, potestimmo quodcumque suis edictis ac decrevis parere cogerent, & in suo quenque officio concinerent. ex quo intelligitur id quod scribit Cæsar, quantus antiquæ religionis cultus esset. at vbi numinis metus est, illis pietatem, iustitiam, virtutes omnes florere oportet. omitto summam rerum celestium ac naturalium cognitionem, quæ illis tribuitur omnium scriptorum consensu. de Republica dūtaxat dispiro: quam optimatum fuisse ex eo colligimus, quod cum duas factiones essent potentissimæ Heduorum & Aueuromorum inter Celtes: Belgarum vrbes imperio diuisæ optimatum

matum habebant conuentus, iisdemque imperiis & legibus comitiorum ac iudicis curæ Druidarum obligabantur: tametsi plurimi cœfserent vbiique reguli. prætereà vrbis ferè cuiusque sua fuit Ariſocracia, vt Germanorum ciuitatis, quæ imperij legibus obligantur. ac si quis tyrannidem affectaret, viuum cremarios erat: quam pœna vt effugeret Orgetorix reus tyrannidis, affectatus mortem sibi conficiuit, vt Cæsar ipse in Commentariis scripit. iam vero sive quisque familiae princeps erat: neque in feruos tantum, sed etiam in uxores & liberos ius viræ ac necis habebat, vt idem Cæsar testatur. fallunt enim cum Iustiniano plerique, qui in capite de patria potestate nullos populos exceptis Romanis, tantum iuris in filios habuisse tradidit, cum id quoque Periarum & Hebraeorum cōmune fuisse constet, ex Aristotele & legibus Mois. intelligebant tantum esse parentum erga filios amorem, vt abuti potestate si maximè velint, non possint. nihil autem maius esse ad virtutem, & cultum liberorum erga parentes. quod vero singulae vrbes statim optimatum tenuerunt: ex eo colligitur, quod plebs ab honoribus & consiliis prohibetur, & summi magistratus singulis annis non sine magnis contentiomibus crearentur, quod Cæsar cum labore incolis didicisset; Gentile est, inquit, factiones in Gallia feri: idque vetus



vetus est, nec temere institutum, vt tuta plebs esset à potētiorum iniuris: nusquam gentium plebs alioqui contemptior, quippe qua olim seruit loco penè haberetur, omnis consilij publici expers. hoc illi quafi arcānū imperij veteris testatum reliquit. fed miror cur Cæsar factiones illas, quae Reipublice exitum attulerūt, plebi salutares fuisse putet. fateor quidem tūtum esse id quod Aristoteles tradit, magistratus in Republica discepantes creari, ne quemadmodum in familia, serui nimis inter se conspirantes rem familiarē: illi publicam dīcipiant. cūm verò se mutuū odii appetat, sua scelerā detegunt: ita plebs à rapinis, magistratum inter se dissidentium, tuitor est. fed factiones principum, sine magno plebis incommodo nequeunt excitari. quicquid enim delinquunt reges, vt ait ille, plectuntur Achius: nisi princeps virus multò potētior exifat, qui partium duces cūm velit coērcere possit, sine gratia cuiusquam. nam si alios in aliorum perniciēi tueri velit, metuēdum est ne imperium amittat: vt Henrico v i. regi Anglia contigit, cūm partes Lancastrorum aduersus Yorkos tuendas suscepisset. ab his enim fractus est, & in carcere carcer, nihil tamen contra Cæsaris sententiam affirmare velim. illud modò, Reputūlīcarū ferè omnium interitus à principū factōnibus initium habuisse; jdque certius

tius vnicuique esse, quām vt res exemplis ege-
re videatur. atque id de maioribus nostris Cæ-
sar testatur; apud Heudos principum factio-
nes Reipublice perniciēi attulisse, cūm alijs
Germanorum, alijs Romanorum copias euoc-
arent. ad extērnum Respublica diuturno Cæ-
sarī bello frāta Romanis cestis: fed ea lege vt
magna pars ciuitatum suo iure ac libertate v-
teretur, vt Plinius libro v 11. tradit. quadri-
gētēsim post anno Romanis, Gothis, & Hun-
garis dissidētibus, paulatim Franci, coloni ve-
teres Gallorum, vniuersitati Galliam inuase-
runt, & hanc regiē potētatis formam ita sta-
bilierunt, vt militari dīciplina pauci, domesti-
cani lī diutius floruerint. de militari quidem
constat Carollo Carolo magno duce, magni
Germaniam, Pannoniā, Saxoniam, Italianā, &
Hispaniā partem cum imperio totius Galliæ
coniunxisse: Syriam vitranque & Cypriū cru-
delissime seruitute liberatam, annos x c. gu-
bernatā: Longobardorum imperiū fregisse:
Pontificibus Romanis bonam Italia partem
dono dedisse: Venetiis Cretam & Pelopone-
sum conceplisse, cūm imperium Græcorum in-
uasissent, cui annos l. praeferunt: quæ sanè
militaris dīciplina magna sunt argumēta. do-
mesticā verò nullum maius est, quām quid
reges ac principes exteris ab extēris Germani-
z, Italia, & Hispaniā oris, ad Gallorum Se-
natū,



natum, velut ad sacrum æquitatis asylum magno concursum confluebant. vt Fridericus II.
M. CCXL. III. Imp. controvferias quæ illi cum Innocentio
M. CCC. IIII. intercesserunt de regno Neapoleos, ad hunc Senatum detulit. & comes Namurcensis causam egit in hoc Senatu aduersus Carolum Valemum, pro comitatu Namurcensi, non veritus gratiam tanti principis, quem iudicio superauit. confimiliter Philippus Tarenti principes Burgundiaæ ducem in hoc Senatu vicit, cum ageretur de sumptibus factis pro imperio Grecorum recuperando. idem tamen ailio iudicio mulctatus est. pari voluntate dux **M. CCC.** Lotharingus & Vetus Caffillionæ eius fortiorius, familia hercifundar iudicium in hoc **XLII.** M. CCC. Senatu acceperunt. quinetiam Delphinus & comes Sabaudiaæ, cum de Marchionatu Salutarum inter se contenderent, & sua se volitate **M. CCC.** huic cõtulissent, comes iudicio victus est, ac rur suus alio iudicio fructus & omnē causam restituere damnatus. post etiam Cameracenses liberi populi in ius vocati, vt rebus à Senatu iudicatis acquefcerent, se iudicio stiterunt, fatigique fecerunt. sed exemplum illustrius nullum est, quam quid reges Caffellæ & Lufitanæ percutiis inter se foederibus, ea non prius vim habitura iudicarunt, quam ab hoc ordine facientur, & patetibus portis promulgantur. Infinitum sit omnia persequi. Rex autem æquæ

M. CCC.
III.

III.

ac priuati legibus & iudicis acquiefcit. lex autem imperii omnium antiquissima dicitur esse Salica, vt videre est in legibus Saliorum: quæ scimus summouit à regni successione, quanquam dubium est lata fuerit necesse. vt vñ fit incepit sanè Baldus ac plenique Jurisconsulti, qui in Salica lege interpretanda, cum imperii maiestate successionum iura confuderunt, quasi de prædis & bonorum possessione agebatur. neque vero huius imperii propria est, sed communis Alsiorum, Periarum, Hebraeorum, Aegyptiorum, Græcorū, Romanorū, Abissinorū, Pœnorū, Germanorū, Scytharum; qui scimus ab imperio longè repulerunt. nec ita pridem Arragonii Petronillam, Caffilli Isabellam, Mātuani Mathildem, Neapolitani Ioannam vtranque, Noruegi Margaritam, deinde Nauarri & Lotharingi ad scimus quoque summum imperium detulerūt: tamet Rodericus historiarum scriptor, aperte scribit, lege antiqua Hispanorū imperii scimus ademptum, ac propterè populū graues sepe querelas auditas esse, quod Isabelle splendor & gratia leges violasset id quod etiamnum Guichardinus testatum reliquit. postrem Britanni, qui antea semper abhoruerat à γυναικεστρια, nuper Mariam ciuitate foro regnare permererunt, in quo sanè violantur non modò diuinæ leges, quæ scimus



nas imperio virorum disert̄ subiecerunt, sed etiam ipsius naturę, quę masculis imperandi, iudicandi, concionandi, belligerandi potestatem dedit, fēminis ademit. neque solum naturę iura conuellūtur, sed etiam omnium gentium, quę nunquam fēminas regnare permisérunt. Zenobia quidem cum xx. x. tyranus Palmyrenem inualit, sed paulo modo de imperio dejecta est ab Aurelianio: ipsaque Hirenē à Nicephoro in monasterium pulsā, cūm Græcorum imperium suscepisset: Thomyris, Semiramis, ac Thalestris filiorum nomine imperarunt. Tenetur etiam princeps agraria lege, qua publicos agros alienare prohibetur sine ordinum cōfēitu: & vt maximē velit, alienare nullo modo possit, quin regius procurator mortuo rege perpetuata habeat manus iectionem. itaque cūm principes legem illam pertrumpere sape sint conati, non potuerunt tamen altero capite legis agrariae prohibetur princeps agros vacantes, aut villa peregrinorum, vel dominatorum prædia fibi vindicare, nisi proximè pendeant a prædis dominicis, ne priuatorum fortuis, velut eīa malorum illectus, ad crudelitatis & rapinas feratur, at in piersique Gallia locis bona dominatorum legitimis hæredibus relinquuntur: alibi princeps ea donare, aut constlatam pecuniam in zarium publicum inferre tenetur: quemadmodum

dū

dū lege Valezia Franciso patre lata coitum erat. ex omnibus tamen imperii legibus nulla sanctior est, quam quę vetat principum rescriptis villam rationem haberi, nisi æquitati perit de ac veritati consentanea sint: quò sit vt pleraqüe à magistratibus respuntur; nec impe trata venia profit sceleratis. sape enim audita vox est magistratum, nihil posse principem contra leges. & quidem Henricus huius pater, cūm Italum seruum in carcere duci iussisset non adiecta causa, iudices hominem libera runt, prius tamen admonito rege, qui iustitium codemnari, quum dicere te hominem in sceleri turpisissimo deprehendisse, quod euil gari nollet. iudices nihilominus reūm damnare noluerunt, tametsi princeps optimatus religiosè ac sanctè iuraret in sceleri a se deprehendim, ac iudicibus succenseret, quòd fibi affirmanti fidem non haberet. liberatus est tamen à iudicibus, & carcere eruptus: sed postea iussa regis in flumen Sequanam noctū demersus, ne insolentia facti populum perturbaret. tametsi putant Iurisconsulti principem ex animi conscientia judicare posse, adl. illicius. §: veritas. de officio prefidis, atque ea re commo tum Paulum II L Pont. max. supplicio affectile nobilissimum virum qui ei confessus erat, dum adhuc Cardinalis esset, homicidium se perpetrasse. nec verò curiæ superiores villam habent legum



légum rationem, nisi quas sua promulgatione
comprobant, nec se cogi posse aiunt: tameth
lapa confuetudo fessim de via deflectit. atque
vitam maiorum virtutem imitaremur: illi de
vita quam de sententia decadere malerunt:
posteri Rempub. & famam quam magistratū
perdere malūt. cūm enim Ludouicus XI.
(*qui primus reges seruitate liberasse dicatur*) exiūtū curia Pariforum intentaret, nisi
leges à se latas promulgaret: patres re intellexerāt
et purpurati regem adeūtūtū ille: Quæ cas
fa vos hoc impulit? ut mortem, inquit Laua
carius, potius oppetamus, quam leges iniquas
ferri patiamur. Rex oratione Praefidis, & mi
rabili constatia magistratum perterritus, eos
humaniter accépit; & leges, quas promulgari
iustarāt, coram lacerari mandauit, iuratus te
nil posthac nisi quod equitatē congrueret edic
turum. eius pater Carolus V I. iudicio Sena
tus syham vrbī proximam cädere, ac prætio
dicto sententia Senatus vendere iussus est, nec
iussa recusauit. Alia quoq; lege, vel potius iure
cōstituto, Rex obligatur; ne scilicet magistratū
aut imperium citiū abrogare possit, nisi sceleris coniūctus ac publico iudicio
damnatus fuerit: quantuis in renunciacione
magistratum à principe usurpari soleat for
mula vetus, QY OAD NOBIS VIDEBI
TVR. quæ lex iniuiolabiliter seruat, & in
vsum

vsum abiit, tameth annuum illud iūsūrādum,
quod Iudices prætare solebant pridem Idus
Nouemb. fatis indicat non ita pridem annuos
fuisse magistratus, vt Budaus quoque tradig.
quem morem Philip. Pulcher atque his tem
poribus multi ac magni viri renouandum pu
tant: fed Ludouicus XI. legem de perpetuis
magistratibus tulit, ne postea cuiquam impe
riū nisi morte, aut libera celiōne, aut publi
co iudicio abrogaretur. at Henricus II. cūm in
Senatum vna cum magistro militum aliquan
do venisset, promulgandæ legis causa, quam
cutia improbarat, nescio cuius oratione im
pulitus, dixisse fuitur; curiam Pariforum lege
agere non posse, nisi ipse iuberet mādata iuri
dictione in singulos annos ad Idus Nouēbres.
vtrum verò præstabilitus sit perpetuum impe
riū dari, an verò tempore definiiri, cūm ma
gna diuiditionis sit, planè definire non au
tem: sic tamen opinor, ad tuendum popule &
opumatum imperium, magistratus ad breue
tempus tribui oportere, vt Aristoteli viūm
est, sed in regno aliter sentiēdum putem. quid
enim contra principū viam ac libidinem au
deant magistratus, qui sibi honores adimū me
tuent? quis tenues à seruitute vindicabit? quis
populi commoda tuebitur, si exacto magistratu
tu patent iniurias potentiorum? præterea ma
gistratus imperium nullius fere. Et auctorita
tis,



tis, quod ad breue tempus tribuitur: neque facile paremus iis, neque cum dignitate imperant, quos vita socios habuimus, & qui postea priuati sunt futuri. quem verò populus de imperio sine scelere deturbari non posse intelligit, hunc ab improbis metui, à principe coli, & virum bonum eiudare necesse est, vel gente pudore, vel etiam penè metu, ne simul cum fama vitam, caput, & fortunas amittat. quippe censores & exploratores habet omnium actionum. Est autem puerile quod Alexander, alioqui bonus auctor ad l. principalib. de rebus credit. ait, imperium seu officium priuato tributum, cum ha clausula, quoad nobis videbitur, perpetuum conferi: idque fieri putat ex l. Jurisperitos. de excusat. ut. & ex l. sufficit. de rebus creditis: sed ~~pro~~ ⁱⁿ ~~rebus~~ ⁱⁿ ~~tempo~~ ^{tempo}. hoc verò maiori est pondere ac momenti, & huic imperii arcana salutare, quòd regis potestatis plurimum detrahitur, cùm honores magistratus perpetui tribuntur. nihil enim ad tyrannidem principis coercendam efficacius esse potest. contrá verò in frequenti magistratum mutatione, principis potestas omnium maximè augetur, ut Aristotle scribit: aucta tyrannis etiadit, at quòd plus detraxeris imperio principis (neque verò in eam partem pecari potest) eo iustius est imperium ac stabilius futurum, vt Theopópus rex Ephoris potestate

testate concessa dixisse fertur. qui verò malis artibus principis imperium augere se putant, non recte putant, quia reges & regni euercionem moluntur. & quidem maius imperio est vt Theodosius Augustus rescripsit, legibus summittere principatum. itaque fallit Macianellus, qui Regem nostrum ararij dominum esse tradit. certus est enim modus in largiendo legibus definitus, vltra quem si progrediatur sine Senatus decreto, non pareatur, nec rationum iudices. Quaerituribus sine graui causa acceptū ferut. Et enim lata lex est Carolo VIII. rege ad 11. Cal. Sept. anno M. CCCCXCI. ne principis largitiones ac dona vilam vim habent, nisi rationum magistris donationis tabule probantur. excepta sunt exigua dona centum libellarum, non tamen alter valitura nisi cum Tribunorum ararij assensione. hanc legem ex archetypis delcriptam habeo, quæ diu immobilius extitit. Illud etiam huius imperii magnum est arcana, quòd princeps omnium in Repub. præriorum arbitri est, nec tam viles infiligt penas: sed hæc magistratus velut odiofa permittit, quòd sit ut omnium amore, nullius odio dignus habeatur, nec potentiores a iudicibus damnari, cauam habent cur illi irascantur, propterea quòd nullam suscipit cognitionem; sed rebus iudicatis omnes acquiescent, aut si quis potentia fretus impe-



rium recuset, prouinciarum gubernatores ac Praefecti Marechalorum, armis parere co-gunt, & omnes in vnum armatur: contrà quām fit apud Germanos, apud quos imperialis curia decreta nullam ferre vim habent, si aduersus potentiores iudicatum sit, propterea quid gubernatores prouinciarum armis tentare no-lunt, quod exequi se posse diffidunt. nihil apud nos frustra decernitur, quod non facilè execu-tioni mandari possit. sic igitur curiae superio-res, que magna sui parte ex plebeis confundantur, nobilium ac potentiorum viri iustissimis de-cretis coércent, ac veluti summos cum infimis incredibili concordia tuerintur: qui verò carum dignitate labefactare sunt conati, profecto Reipublice interitum quaesiverunt: cum in illis posita sit domestica disciplina, legum, morum, totiusque Reipub. salus. sunt autem eiusmodi curiae leptem, quarum quæ maxima est, iudicibus centu & quadraginta constat, à quibus prouocare non licet: nec sine graui multa principi temere supplicare. Aliud quoque huius imperij, vinculum magnum est in nobilium clientelis. cùm enim in omnibus Græcorum Rebus publicis, tenues & plebei à patriciis opprimerentur: aut patricii à plebeis im-petu factō sèpius eiicerentur, ac perpetuo in-ter se diffiderent, diuina quadam bonitate fatum est, vt promulgatis feudorum legibus, nobiles

nobiles infimos veluti cliētes ab iniuria tuean- tur, atque hæc vna fortasse ratio est, cur impe-ria sint apud eos diuina, qui his legibus utun-tur. Sed hoc amplius habemus, quod nobiles primogeniti apud nos, vt etiam apud Britan-nos, magnam capiunt partem totius heredi-tatis, ac perpetua maiorum successione auitas hereditates tuetur, ne in plures distractis pre-diis, decus nobilitatis, quæ militarem discipli-na tuetur, intereat. atque illud est quod Ly-curgus primum apud Spartias, deinde Plato in utraque Republica tantopere commendat, sed hic portiones hereditarias, I I I. M. X L. ille I. x. m. statuit: nos certum numerum mul-lum habemus. ac si morem maiorum tenere-mus, quem soli Germani mordicus retine-rent, id est, vt fœmina à feudi omnino repel-lerentur, & proximis agnatis Salica terra (sic enim in veteri quodam testamento apud Bul-degalenses feudum appellari proditum est ab eo qui primum libellum de lege Salica scripsit) nec Lycurgi, nec Platonis leges de succelsio-nibus desiderarem. sed primum Capetus apud nos concepsi ducibus & comitibus prouincia-rū domino, legis violadę præbuit occasiōne, post enim facilè impetratum est à parentibus, vt feminis Salicam terrā capere licet. Quod si ita est apud nos imperium cōstitutum, pro-fecto capitalis est Iouius, qui ridiculè Gallos



infectatur, quod diuinum quandam animi vi-
gorem regibus inesſe putent, quid si Anglos
vidisſet ante ſedem regiam, tametſi vacuam,
prætereunteſ aperire caput? ac maiore contu-
milia dignus eſt ipſe, qui toto vita decurſu,
domini ſui pedes pluſquam femuliter oſculari
non erubuit: quod adorationis genus, non mo-
do Perfarm ut Turcam reges, ſed etiam
ſuperbifimi Caliphæ Arabum templer abhor-
rueunt. eſt igitur, ac ſemper fuit (atque uti-
nam perpetua fit futura) principis & populi
Gallici tanta conſpiratioſis fides & conuenſus,
ut nusquam populus maieſtatis obſequio principi-
pem, nec princeps amore ſato populum com-
plectatur: populus autem quantum diuinitatis
in Princepe eſe putet, aut quāta libertate frui-
tur, ex eo intelligi potefit, quod non ita pridem
Ludouicus XI. in ſcenis ac theatris, antiquæ
comediæ morem renouari permiferit, & facie-
tis dieteris vitia cuiuque notari, quod vbiq[ue]
ac prefertim Venetiis ſemper capitale fuit, ac
ne ſibi quidem parci voluit, cum diceret re-
rum getarum fidem non aliter à principibus
haberi poſſe. ò Princepem excellū & orbis
imperio dignum; qui vitæ integritatē ac inno-
centia fretus, maledicta non extumuit impro-
borum. iam verò ante Henrici tempus inaudita
vox erat maieſtatis apud nos in rege appel-
lando. que idcirco à me commemorantur,
quod

quod ab Ital[is] & peregrinis multa de noſtriſ
moribus & imperio alter quām decuit prodi-
ta fuere. Iam verò incredibile videatur, ve-
rum tamen fit, tot feculsi, in tanta regum mul-
titudine, nullum omnino populi coniura-
tione cæſum. unus vxoris adultera dolo ne-
catus eſt. Carolus verò ſimplex ab Heriberto
Veronandu, tametſi hoſte acerimo ca-
pituſ, nulla vi, fed morto ac ſenio perire: eius
tamen filius Ludouicus, Heribertum in cru-
cem egit. Neque verò Reipub. inuolabilis ar-
gumentum maius extitit quam nuper bello fa-
cro, quo Gallia rota conflagravit. cum enim
partium duces cædibus ac incēdiis omnia mi-
ſerent, curiarum tamen & urbium maxima-
rum splendor ac dignitas mirabilē in modum
aſſulſit. deinde paulo momento tot bella tan-
tique tumultus, optimi Regis editō, quaſi a-
pum examina pulueris exigui iactu comprehenſa
quierunt: ac Princep[es] iniuriarum omnium o-
blitus eſt, tāta naturæ bonitas eſt inſita in ge-
nere Valeſiorum: neque id nouū, fed à maioribus
acceptum iuſtitutum. Nam Carolus y 1.1. im-
perio planè ſpoliatuſ, & indignus omnino iu-
dicatus in curia Parifiorum: tandem Atreba-
tico ſedere in ſpem meliorem creſtus, An-
glos qui dominatum tenebant, fudit ac pro-
ſtrauit. plerique putabant illum animi dolores
vlturum: fed ab uitione tantum abſuit, ut Cæ-

C 4 faris



fari clemētiam imitatus, Senatum poplūmque Parisiōrum in fidem humaniter receperit. Hac faciunt imperia diuturna, cūm Principes alienas iniurias vindicant accerrimè, suarum verò penitus obliuiscuntur. neque verò villum imperium diutius in eodem statu floruisse reperiemus, præterquam Aſyriorum, iam enim ducentesimus circiter ac millesimus labitur annus ab hiū imperij primordio, quod coepit ab Vuaramundi familia, deinde ad Meroueos, tum ad Calorum magnum, postremò ad Capeti gentem delatum est: neque tamen bellis ciuiibus potuit, neque exterminis violari. at reges Aegypti, si loippo credimus, vix annum millesimum attigerunt, omisito quām fabulosè multa dicuntur de Aſyriis & Aegyptiis, quānque facile fuit imperium illis temporibus stabilitate ac retinere, quibus nulli hostes regnare prohiberent. Illa verò quæ feruntur antiquissima regna, Lydorum, Tyriorum, Argiiorum, Corinthiorum, Lacedæmoniorum, Atheniensium, nienibus vrbium circumscripta, Plutarchus in Theſeo ac Diiodorus, magna sui parte fabulosa fuſſe affirmant: & vt vera ſint, quæ tamen diutius fleterunt, annos DCCC. non fuperarunt.

Conuerſio-
nes Imperii
Caldorū,
Aſyriā,
Perſātūm,
Parthorū,

Caldorū, non fuperarunt.

Caldei quidem poft aquarum eluiones anni CCC. x. in ſumma quiete vixerūt: quod ſeculum aureū à Catone in originibus, ſi mo-

dō

þo eius libri auctor eſt, appellatur. deinde Ni-
p̄us armis Afiam minorem inuafit, à quo xxx-
VII. reges annos M. C C X X. vſque ad Sardana-
pali exutum imperarunt. eius imperium Arba-
ci & Belocho praefectis eſſit. itaque imperio
bisariam diuīſo, Medos inter & Aſyrios tre-
centis ferè annis demaciatum eſt, quoad Perſe
imperium arripiuerunt. hinc gubernacula te-
nuerunt vſque ad Alexandrum, qui Perſarum
imperium ab India vſque in Hellē pontum la-
tē patens longius propagauit. Alexandro mor-
tuo, Seleucus Afiam maiorem: Antigonus mi-
norem: Ptolemaeus Aegyptū: Antipater Ma-
cedoniam: Lysimachus Thraciam diuīſo im-
perio accepérunt. dein grauiſſimis bellis attri-
ti, mutuisque odii ardentes, ducentesimo cir-
citer poſt anno in Romanorum potestatē
peruenérunt. Afia maior Parthi eſſit, poſt
Alexandri mortem anno CLXXII. atque ita
imperium ab Arsace vſq; ad Artabanum cum
magna gloria militaris dīſciplina, flouruit
anno circiter D. hinc Artaxerxes Perſa caſo
Artabano regnū ſuſcepit: idque Perſe tenue-
runt annos amplius CCC. quodūq; Homarus
princeps Arabum, Perſiam & Syriam inuafit.

Catera conſequentes atatis imperia videa-
mus: id eſt, ab Iuitianō, qui erepta Vandalis nes Imperiū
Africa, Gothis Italia, Parthorum quoque re-
Grazianū.
prefis incuſionibus, imperij dignitatē ſum-
ma



ma cum militaris ac domesticæ discipline gloria refutuit. Hispaniam Gothis, Galliam Francis, Britaniam Germaniam superiorem incolis relinquens, imperij Græci limites, Alpibus, Danubio, Euphrat, & Africæ patentiibus oris circucripsit. in eo statu floruit imperium annos serè centum ac viginti, hoc est, vique ad Constantem Heraclij nepotem, cuius temporibus Arabes, Asgyptum, Syriam ac Ciliciam post etiam Africanam Romanis ademerunt: & in Italiam vique exercitus & colonias transmiserunt. ex altera parte, Sclaui, Pannonias & Illyricum inuaserunt: antea Longobardi fedes in Insulam posuerat, & bonam Italia partem occupabant. secuta sunt bella ciuilia pro imperio Græcorum, cum aliis à militibus, aliis à Senatu Imperator eligitur. nam Leontius, Iustinianum minorem in exilium egit: Absimarus, Leontium naribus truncatum in carcere compulit. Iustinianus, barbarorum ope restitutus, aduersarios de imperio deturbavit. hunc Philippicus exceptit, qui ab Artemio crudelissime est excacatus: nec tamen diuturnum fuit hius imperium. paulo post à Leone Tiberius Imperator electus truncatur. maior etiā Constantini III. crudelitas, qui expugnata Constantinopoli, Artabasidum vñā cum filiis excacauit: sed maxima clade à Bulgariis accepta miserè interit. ex quo imperium ab Hirone suscepimus.

sceptum est, quæ filio excacato Caroli magni nuptias appetit, in monasterium à Nicephoro traditur: ipse Imperator factus à Bulgariis postea cæsus est. succedit Michael vterq; quorum postremus à Basilio crudeliter occiditur. quibus temporibus imperium Græcorum angustis regionibus definebatur, cum Illyricum & Italianam penitus amisissent, & bonam Afiz partem Turcæ & Arabes occuparent: ipsi vero Græcorum principes, mutuis odii ac bellis ciuilibus tandem iactati sunt, quousque Gallorū armis imperium occuparetur: his tamen sexto & quinquagesimo post anno pulis, Græci rufus imperarunt, sed Palæologi & Cæzareni dissidentes, Turcas Afiz dominos cuocarunt, à quibus fui paulo post de imperio deieci.

Arabum quoque imperia languere ceperunt. cum Turcæ in Europam exercitus transierunt, cum enim à Græcis defecissent, annis Imperii Arabicæ.

Cum enim à Græcis defecissent, annis Imperii Arabicæ.

non salutis circiter dicitur breui Syriam, Asgyptum, Perfiam, Africam, usque ad Oceanum: post etiam Hispanias, Cratam, Siciliam, Peloponensem & Italiam patrem occuparunt, tanta virorū celeritate, ut tot ac tam multis regiones ante domuisse, quam peragrasse videantur. ac tametsi obscura est eorum, & fabulis confusa historia quam nostri literis mandarunt; facile tamē intelligi potest ex Leone Afro, & Guillermo Tyriotum episcopo, qui antiquis illo-



illorum ac regiones penitus inspicerunt, nullum ferè imperium excepto Romano maius anteā extitisse. Ipsi Pontifices, qui Caliphae dicebantur, sola religionis opinione tantum valuerunt, ut leges omnes diuinas & humanas arbitratu suo moderarentur. ab his enim Imperatores & exercitus, velut à diis pendebarant: reliqui Principes vitam illis, caput, fortunas, imperium denique acceptum ferebant. sed cùm de religione inter se discrepasse cœpissent, propter Hali cedem, Pontifices quoque Aegypti, cum Babylonii ac Damascenisi, grauissima bella gesserunt: deinde Gallorum viribus de Hispania viterione, post etiam de Italia, Cypri, ac Syria decadere coacti: tandem à Peris quoque, Tartari, ac Turcis repulsi, vires in Aegypto & Africa collegerunt. anno salutis centesimo circiter ac millefimo, hinc Tunetani reges à prima incursione Arabum in Africam, regnum ad hæc vísque tempora gubernarunt, id est, ut Mulealles coram Paulo Pont. max. iactabat, annos D C C C C. Sultani verò Aegyptum à Saladino vísque ad Tomobéium, quem Selimus Turcarum Princeps a crucem egit, annos C C C X X V I. obtinuerunt. sed tantis odisi ac cadibus exarserunt cum Mauri Tunetani reges, & inter se Mauri, post etiam Sultani, vt Hispanorum ac Turcarum frācti, viribus nunc seruire confuerant.

Iisdem

Iisdem ferè tēporibus quibus Aegyptum Saladinus occupauit, duo potentissima Imperia paulatim adoleuerunt; Tartarorum felicet Turcarum. scribit enim Hayto, Cangiuscanum Tartarorum, qui olim Scythæ dicebantur, Principes, imperium in Asia maiore longe latè propagatis: & ex eadem gente Turcarum vinam legionem, quæ Peris auxilio venerat, accepta religione Arabum, in Asia minore conquisuisse: ac fensum Arabum & Grecorum discordis in tantam potentiam creuisse, ut ex quod, Selimus homo priuatus, Cappadocie principatum aripuit, anno M. C I I I . ad Selimum hunc patrem, omnination modo Græcorum & Arabum imperia, sed etiam prouincias omnes à Danubio vísque ad Borysthenem, horum ferociissimorum, & vtranque Pannoniā atque Illyricum occuparint: tametī Periarum, Christianorum, ac Tartarorum maximis bellis implicantur. Sed quoniam de Republica Turcarum multi multa scriperūt, mihi satis est ealeuiter attingere. Hoc tamen ab illis quod maximum erat prætermissum est. Sic enim Ioānes Huraldus sacri cōfiliij Senator, & Ludovicus Martinus, vterque diuiniis legationibus, & rerum gerendaribus vītu clarissimus, mihi narrauerūt, omnia prædia, paucissimis admodum exceptis, militibus, quos ipsi Timariotas ἐγένετο παῖδες τοῦ, ut opinor, vocant.



cant. ceteri censuales sunt, qui militibus agrorum vestigalia dependere solent, ac decimo quoque anno censualis prædia reconducere. mortuo Timariota, Principis beneficio tribuitur milicia ex casu, vt colim feuda seu beneficia dari confieverant. si bellum indicitur, præto sunt sine stipendiis Timariotæ. Prætorianæ vero legiones circiter septem, stipendia ferunt ex æario publico, quod ex capitulatione conflatur. Hęc disciplina in uitam Rempublicam facit. eadem lege vsus est Carolus V. Imperator aduersus Indos, excepta duntaxat capitulatione, unde infinita vis auri (nam levia sunt vestigalia quæ ex portoriis coguntur) ad æram deferunt.

*Conuersio-
nes Imperii
Polonici*

Interè Poloni à Germanis imperio diuisi, regnum à Pjato duce conditum, anno salutis DCCC. feliciter administrabant. neque enim ante hoc tēpus certa narratio ab historicis colligi potest. ex eo tamen Polonorum gesta lucent, quod cum Turcis, Germanis, ac Mofchowitz grauissima bella diu geserint, sive tamen imperij dignitate haec tenus conferuarunt, ac Prussiam Germanis ademerit, scilicet ipsis aduersus Turcarū opes etiānum fortissime tuerint. crevit autem imperiū illud tum maxime, cum Pyatti gens in Heduvige regina defuissest. tum enim Jagello Lithuanus rex accepta religione Christiana, reginam Polonię duxit uxorem

rem

fem, anno M. C C L X X X V I. ab hoc Jagellorum gens imperium legitimo iure suscepit, quorum postremus restat, is qui nunc imperat Sigismundus. nam Marchio Brandenburgicus & Vainoda Transylvanix ex scemini Jagellorum originem traxerunt.

Eodem tempore quo Pyastus in Polonia, Conuersio-
Carolus magnus⁹ in Gallia, Nicephorus in Gre-
cia, imperium inierunt: simul quoque Gotri,
Danie¹⁰ ac Sueciæ.
Danicæ regnum armis æ legibus stabilit, ab eōq; ad Nubam regnum eit annos CXL.
tum Henricus acceps Imp. Germanorum, re-
gnum illud in prouincia formam rediget. sed
cum ab imperio polscæ Dani desciuisent, rufus
ab Ottone vieti sunt, atque iterum rebel-
larunt Siemone rege, qui à Valdemaro fratre
deiectus est: à quo regnum successione dela-
tum est, anno post CXL ad Margaretam,
que Danicæ, Sueciæ, ac Noruegiæ præfuit im-
periis: & quæ Pomerania ducem adoptauit.
trigesimoquinto post anno Engelbertus à Da-
niis deficies, Sueciæ regnum inauit, quod post
ea ciuili editione coactus reliquit. rufus tri-
plex illud regnum unius imperio Bauari paruit.
post hunc Christianus electus est, à quo ceteri
consequentes ad hęc usque tempora impera-
runt. regnum tamen gens Sueciæ Goftaus Chri-
stiano II. non ita pridem admisit, ex quo ma-
xima bella inter Danos ac Suecos oborta,
nondum



nondum conquererunt: licet Henricus Suecicus rex à his captus est ac imperio spoliatus, conspiratione fratris junioris cum cunctis Hostiis comitibus, eo ipso die (res admiratione digna quo Carolus IX. rex armis suorum penè opprefuit est in agro Meldensi, id est, anno M.D.L.XVII. ad XII. Cal. Octobr.) Illud autem animaduersione dignum est, quod ab Holstero Suco accipi, ex pluribus liberis ius esse principibus eligendi quem velint. id quoque fertur communis esse Polonis, Lithuanis, Hungaros & Abissinios. Ac revera dici potest Aristocratis Danorum & Polonorum, apud quos nobilitas legum, pacis armorum, virtutis ac necis ius habet: Principes electi nihil horum per se ipse efficiere potest, at ne nobilis quidem villus à Principe aut ab alio magistratus, quam ab optimatibus iudicari potest, ubi agitur de illius capite vita vel fama.

*Conquerentes Imperii
Britannici*

Sequentur Britanni, qui regiam potestatem initio, ut omnes ferri populi, pertulerunt, Polydorus enim reges octo & sexaginta, ex antiquis seu veris, seu fabulosis scriptoribus, mille circiter annos ante Cesarem, Britannis imperasse scribit: Romanis vero, postea quam à Cesare vieti sunt, annos quingentos parvus, sed est, ad Theodosium viisque juniorum: quibus temporibus cum à Scottis & Pictis grauius premerentur, ac de Romanorum auxiliis

de-

desperare ceperissent, Anglorum & Saxonum opes è Germania evocarunt: hi pulsi Britanni, imperium facile occuparunt: fedita vt fētem reges diuini imperii dominantur, ac perpetui bellis in seipso gloriantur: quoad Egbertus post annos circiter CCC. quiam Angli Britannos in Galliam expulerant, id est, anno salutis M.CCC. penè solus imperauit. postea Dani ac Scotti mox vieti, mos victores Insulam more prædonum annos ferre C.L. diripuerunt vsq; ad Eduardum maiorem, qui D^onis pulsi imperium recepit. centefimo post anno bellis intestinis flagrantibus, Gulielmum Normannum evocarunt. is Haraldo caso, ac Republica confitura, regnum successione ad suos detulit, qui amnis fere centum ac decem fortiori imperarunt. fecitus est Stephanus comes Blesensis genere Gallus, qui regnum legibus ac domestica disciplina humaniter informauit, anno salutis M.CXXXVI. post Henricus II. genere quoque Gallus, & Stephani, ut plerique aiunt, filius; paterno iure comes Andium, Cenomanorum, ac Turonum: Stephani adoptione & materna successione, Angliam & Normanniam, uxoris dote Aquitaniam & Piémontiam cōsecutus, maximum imperium diutissime rexit, ac deinceps eius posteri florens il lud regnum, ac bellicis laudibus abundans, annos CCC. ita gubernarunt, ut vniuerlam pe-

D

ne



nè Galliam, partim legitimo iure, partim vi, partim fraudibus, cum ciuii bello Galli premerentur, occuparint. tandem aliquando conspirantes Galli, & victoriarum incredibili celeritate vii, Anglos de tota Gallia possessione deiecerunt. hi verò cùm hostili bello carerent, ciuilia cum tanta crudelitate gesserunt, vt ludicra videantur, que de tragica Thebanorum feritate prodiit sunt, p̄tr̄ his que à Polydoro narrantur: qui tamē in genti gratiam multa scripsisse fertur. nec minū videri debet, si Philippus Cominius scripsisse annis ferè x xx. quibus bella ciuilia gesta sunt, sive ætate cæfios esse regis stirpis homines amplius LXXX. omissis reges duodecim, qui populi seditione ac principum coniuratione exiit, aut imperio spoliati fuere.

Reflat vt de Hispanis quoque brevissime dicamus. Nullum autem apud eos imperium antiquius viderimus, quam Carthaginem. nisi fortasse Celtas & Gallos magnā Hispaniā partem ante Carthaginenses dominuisse, ac regioni nomen dedisti putemus, id quod Hispani faterentur. sed quoniam hæc certa historia non sunt comprehensa, ducendum est à Carthaginibus initium, qui duce Mefeo magnam partem Hispaniæ occuparunt, vt ex Iustino & Orosio intelligi potest: atque imperium tantisper tenuerunt, dum à Romanis per-

mitus

nitus ejacerentur. non tamē domita erat omnino Hispania Scipionis ætate, cum vltior suos principes Cæsarès quoque temporibus haberet. à Scipione Africano ad Gondericum regem (qui primus è gente Vandalarum Hispanias invasit) numerantur anni d c l x. postea Vandalis in Africam trajicientibus, succedit Alaricus Pannonius de gente Balthorum, qui tunc Gothorū dux erat. ab eo Gothi ccc. annos in Hispania regnarunt, id est, usque ad Rodericum, cuius temporibus Arabes & Cœni vuñierani Hispaniam, præter Cantabros & Astures, in suam potestatem redegerunt. id autem contigit anno salutis d c c x v i i. imperij Roderici anno septimo, vt Tarapha scribit. huic cœsionis causam dedit Celtiberiz princeps, qui vt illatus vxori stuprum à Roderico vindicaret, Penos in Hispaniā euocauit. Postea Galli Carolo magno primū, deinde Ludouico filio ducibus, magnam Hispaniæ partem ab Arabum seruitute vindicarint, ac per legatos tandem gubernarunt, quo ad Ludouicū Pius, Iamfredo legato liberum imperium permisit. post Hispani recuperatis viribus, duce Alfonso quinto, Arabes ex omni ferè Hispania exegerunt. cùm autem in Veremundo Alfonsi filio Gothorum legitima proles desecisset, Ferdinandus primus Artagoniæ rex imperium suscepit. postea distractis in quatuor

D 2 mox



mox etiam in quinque partes Hispanie imperiis, crudelissime cedes, non modo Principum inter ipsos confecutae sunt, sed etiam fratrum, parentum ac liberorum. nam Alfonius III. Asturæ & Gallicia princeps, omnes fratres oculis orbauit, unus etiam caelus est, cum patrem imperij occuparet. consimiliter Alfonius III. à Raymido fratre oculis est orbatus. Petrus ite Alfonsi x. filius legitimus, ab Herico fratre spuri deicetus est ac caelus. Garcias itidem à fratre Sanctiozhic à Vellido aliquanto post Alfonius v. i. genere Gallus Raymundi Tolosatis filius, tria imperia cum uno & eodem coniunxit, rursus Mauri, magna clasfe Hispanias invaserunt, & bonam partem ad Ferdinandum vsque Philippi proatum materium tenuerunt. sic tandem imperium, partim vi & armis, partim etiam legitima successione magnopere auctum, nunc summa cum utriusque disciplina gloria floret: ac iiii annos DCCC LII. à Pelagio regnatū est: hoc etiam gloriōsus, quod in Africam usque & Americam, leges & armis non sine vberrima & quaestuissima mercatura, Christique religionis amplificandæ studio protulerunt, ac longius prolaturi sunt, cum nullum sit imperium tam latè patens ex omnibus quæ vnius dominatu reguntur, in quo minus Principi tributum sit: quod imperij bene constituti magnum est argumentum.

gumentum. Cætera, Tartarorum, Moïschouitarum, Indorum & Aethiopum imperia, quæ non sunt ex historia planè comperta, prætermitto, ex iis tamen quæ habemus explorata, perspicuum fit, nullum imperium magis diuturnum fuisse quam Gallorū: nec bellis ciuilibus minùs opportunum. multa quidē in morib⁹, legib⁹, institutis, iudicis, egent emendatione: status verò Reipub. tanta diuturnitate probatus, sine grauiſſimo Reipublice periculo mutas non potest. haec enim optima cautio est Aristotelis, vt nihil in ea Repub. mutetur, quæ diu fluerit in eodem statu. Sed quoniam plerique huius ætatis, graues & eruditæ viri, optimatū status, nonnulli etiam populares magis probant, unum hoc refat, vt eorum sententia repudiata, de optimo statu breuiter dicamus. Iam enim Polybij⁹ & eorum qui ab eius schola profecti sunt, sententiam confutauimus arguim̄tis, vt opinor, necessariis ad assentiēdū.

Itaque cū triplex sit omnino Reipub. statutus, unus scilicet plurium, & omnium: danda est opera, vt non solum vitiulos fugiantur, sed tuis etiam inter laudabiles optimum quenque se quarum permicula tyrannis est vnius peior etiam tyrannis plurium, quæ dicitur oligarchia: pessimæ denique omnium & lege soluta potestas, quæ Græcis ὁλοκρατεία, Ciceroni quoque tyrannis appellatur: quæ anarchia proxima



maest, in qua nullus paret, nullus imperat: nulla recte factis premia extant, nulla supplicia peccatis. igitur si haec rei ciamus, necesse est statum eligere popularem, aut optimatum, aut regnum. de populari nihil scribendum putarem, nisi multorum quoque sententias probaretur. etenim N. Maciaelius argumentis ac rationibus præstantissimum esse persuasum habet. sed in eo genere minus illi credendum puto, præfertim cum euertat sua disputationis fundamenta. nam in Principis institutione, statim initio duos dixit: atque imperij status; monarchiam & Républicam. idem ad Liuium, Venetorum Rem publicam omnium præstantissimam esse affirmat, quam tamen putat esse popularem: cum libro 111. status populares semper laudabilius fuisse scripserit: contrà philosphorum & historicorum, contraque omnium magnorum virorum probatam opinionem. vt enim alios omittam, Xenopho bon^o idem Imperator ac Philosopher, popularem potentiam virtutibus omnino inimicam esse testatur: nec alter stabiliri aut retineri posse quam bonis omnibus electis. id quod Seneca tribus verbis cōplexus est, Quis enim, inquit, placere potest populo cui placet virtus? idem quoque Aristoteles vñm est, eo loco præfertim vbi alios ad imperium, alios ad obsequium natos maximis argumentis confirmat.

firmat. sed omnis à Platone manauit error, qui imperii populari constituto, perniciem & quationem inuexit. tunc Academicci qui ab eius schola profecti sunt, rationes illius amplificarunt. Posuerunt enim societatem concordia secuari: concordiam & equabilitatem iuriis: & equabilitatem populari statu. deinde summa paritate ac similitudine ciues omnes vñm & idem effici: atque hunc finem effici humanæ societatis. Aristoteles Platonis hypothesim non confutat, sed in eo Platonem labi existimat, quod ciuitatem maximè vnam & eandem efficiere conatur, atque isto modo ciuitatem euersti, & familiam euadere. quæ sanè ratio frigere mihi videtur. ego vero hypothesim non solum absurdam, vt voluit Aristoteles, sed plenè falsam esse iudico. nam si ad naturam, quæ rerum Princeps est, omnia reuocemus, perspicuum si modum hunc, quo nihil pulchrius est ab immortali Deo coagmentatum, ex inequalibus partibus, & maximè sibi repugnantibus elementis, orbiumque agitationibus contraria ita sibi confitare, vt sublata illa congruenzia discordia interius sit: non aliter optima Republica, si naturam imitetur, id quid necesse est, imperiibus ac subditis, seruis ac dominis, potentibus & egenis, probis & improbis, robustis ac imbecillis; quasi temperata repugnantium inter se animorum societate, stabili-



lis & inconcussa retinetur. & quemadmodum
in fidibus & cantu ipso concentum æqualem,
quem vñfonum vocant, aures eruditæ ferre
non posseunt: contrà vero dissimilimis inter se
vocibus, tum graibus tum acutis, moderatio-
ne quadam inter se cōfusis harmonia concors
efficitur: ita quoque equalitatem, vel potius
paritatem illam popularem in Republica ne-
mo ferre posset: sed ex summis & infimis
interiectis inter vtrisque mediis ordinibus
moderata ratione ciuitas, mirabiliter sibi con-
gruit dissimilium consensu. Sed inde pellis re-
rum omnium publicari, quod qui pares sunt
quadam ex parte, omnino se pares esse arbit-
rantur: qui autem quodammodo impares, o-
mnino se pares esse putant. si igitur tanta est
hominum inter ipsos, tāta ingeniorum impa-
ritas, quis ex aequo partetur imperium, opes,
honores, magistratus? perinde est ac si victus
& vefitus pueris, adultis, senibus, ægris, athle-
tis, idem tribuatur, & ista ratione æqualitatem
seruari putent. & quoniam Plato in Republica
bonorum equationem vetuit (cōscriptis enim
quatuor ciuiū claves vario cenū) & qui postea
fecuti sunt Academici, quique Republicas po-
pulares instituerunt, æquationem bonorum
semper sustulerunt, ne labefactaret fundamen-
ta Rerūpublicanū, que maximè ob eam cau-
sam constituta sunt ut sua tenerentur: cur non
etiam

etiam imperij tollunt æquationem? est enim
popularis status, nihil aliud quam imperij sum
mi æquatio, non tam absurdum erat omnes o-
mnium opes, quām imperium æquare. pro-
pterea quod opibus quicunque frui potest: impe-
randi vero prudenter paucissimis est à natura
tributa. quid enim plebe stultius? quid intem-
perantius? & cum in bonos exarant, quid fu-
riosius? recte Liuus multitudinis eam esse na-
turam, vt humiliter seruari, aut superbo domi-
netur. neque enim opus est exemplis, que uti-
nam tam multa non extarent. nam qui popu-
lare imperium Romanorum laudant, illorum
historias non legisse videntur. quid enim mi-
serius quam plebe à patriciis toties discedere?
quid indignius quam ciues cum ciubus coties
in vrbe media, in foro, in capo, in comitis, in
Senatu, in templo Iouis capitolini; lapidibus,
fascibus, gladiis inter se dīmicare? lapidatio-
nes, inquit Tullius, in foro sape vidimus: non
sepe, sed tamen nimis sape, gladios. scribit en-
im Appianus, Appuleius, Saturninus Tri-
bunum, stipatum officibus & armata manu
leges tulisse, consilium creatum in comitiis in-
terfecisse, ciues à ciubus è campo fecidissima
lapidatione pulsos. quanquam vstatum erat,
vt competitores armati sub roga iusto penè
cum exercitu ad comitia venirent. omitti ru-
pta fraude comitia, largitiones, obnunciatio-
nes



nes, & populi frequētes ab agris & necessariis negotiis in vrbē euocationes. omitto innumerabiles legum rogationes, abrogationes, derogationes, subrogationes, obrogationes: tot ac tam multa plebiscita, Senatus consulta sibi contraria, & paulo momentu ad plebis voluntatem mutabilia. nec Romæ tantum, sed etiam Athenis ea contigerunt: apud quos Reipublicæ consilia, quibus nihil sanctius esse debet, à plebe petebantur: id est, ab insano ac furioso prudētia. vt preclarè dixerit Acharnias, sapientes Athenis in concionibus sententiam ferre, stultos vero iudicare. itaque cum Philippos in Atticam irrupserit, populus accepto nūtio in theatrum sub auroram conuenit, vt est apud Demosthenem, à nullo magistratu vocatus: ac tantus omnium stupor confectus est, vt nemo ad populum verba facere auderet. Idem Demosthenes in oratione de Republica tradit, oratores Reipublicæ principes fuissent his subditos Imperatores, & trecentorum ceteris ciuium suffragio leges ac decreta facta, reliquos ciues his attributos fuissent. consimiliter apud Florentinos, cùm sepe ab hostiis obfidaione cingerentur, à plebe consilia petebantur, itaque quòd aliquandiu fletit utraque Reipublica (quamquam in miserrimo statu) tribuendum est Arifidi, Perichi, Cononi, Cosino ac Laurètio Medicibus; qui tamen à suis aut eius

eti, aut male mulētati sunt. ac nefcio cur Machiavellus homo Florentinus populare imperium tantopere laudet, cùm ex eius historia perfidissimum sit, rerum omnium publicarum nullam Florentinam, quandiu fuit popularis, calamitosiorem extitisse.

Cum igitur Respublica popularis, magnorum virorum coniuncta repudiata sit, restat ut videamus an beatior sit optimatum quam regia potestas. sunt qui Platonem optimatibus imperium tribuisse putentes, sed valde falluntur, nam quæ in imperio summa esse docuimus, ipse ad populum, id est, ad ciuium omniū multitudinem detulit: legum inquam ferendarum, magistraturum creandorum, ac Senatus quoque legendi potestatem: postremò ius vite ac necis: quinetiam omnia publica iudicia populo dedit, propterè quòd vniuersus populus ofensionem accipit. qua ratione oportet eum qui iniuriantem accepit, & in sua quenque causa iudicem esse. priuatum quoque iudiciorum ciues omnes voluit participes fieri, tum subieci rationem; ne si à iudiciis excludatur, se non putet esse ciues. Platonis interpres hoc temeramentum popularis status esse purarunt: sed hoc anteā confutatum à nobis est: qui tamen ab eius schola profecti sunt, optimatum imperium magis probant, quòd inter popolare & regium medium sit. sed in eo labuntur, quòd virtus

Regia po-
tentias me-
lior quam
optimatum.



virtutem in medio rei vel numeri, non in medio rationis colloquere videntur. quod quidem si verum sit, nec bonus quisquam Princeps erit, nec vlla factio forum oligarchia propter ea quod unum inter & multa, paucorum veluti medium virtutis posuerunt. si quid tamen in numeris laudabile est, profecto vnitatis est omnium maximè laudanda, vt ipse Plato in libro de ente & uno diuinissimo scripsit. at quantò melius Aristoteles, qui tres legitimos Rerum publicarum status opposuit tribus vitiis? reges tyranni, optimates factiosi, populum turbulentia plebi? ad extrellum regiam potestatem reliqui præstabiliori esse affirmat, neque tamen Platonis dictum illud à multis vñ patum, à Contareno iactatum refellit; scilicet difficillimum esse, vt unus aliquis integer ac summa virtutis homo reperiatur. nec certe refutatione digna est obiectio, que à seipso refutatur: cum difficilis sit viros bonos multos inuenire quam unum. & cum in multitudine optimatum pauciores boni sint, multorum suffragio cedunt, quia in optimatum ac populi Republica sententiq; numerantur, non ponderantur. quod si metuendus est tyrannus, quantò magis tyrannorum metuenda multitudo? sed his omisis, que probala videri possunt: cur non in Republica stabilienda, vt in rebus omnibus, naturam insitentur?

Nam

Nam si naturam propriam inspiciamus, monachiam vñiq; intueri licet. videmus enim, vt à minimis auspicer, in apibus regem, in armatis ducem, in gregibus hircum aut artem factarium (vt inter grues ipsas vnam relata sequuntur) & in singulis rerum naturis vnum aliquid excelleret: sic adamantem inter gemmas, aurum inter metalla, solem inter sidera: denique Deum vnum mundi Principem & auctorem: quinetiam inter malos genios, vnum aliquem eminenter aiunt. sed ne longius progrediarintur, quid est aliud familia, quam vera Republica imago? hec tamen vrias imperio continetur, qui non fictam, vt Venetorum dux, sed veram Regis imaginem refert. cōueritat tigur Plato rerum naturam, & plures in eadem familia dominos, plura in eodem corpore capita, plures in haec gubernatores, plures denique in apibus, in gregibus, in armatis (sū modo rustici patientur) duces constitutas postrem plures deos imperij societate coniungat: tūn ego illi assentiar optimatum imperium regno præstabilius esse. si tota rerum natura reclamat, ratio differt, experientia diuturna relucentur, non video cur Platonem aut quenquam alium sequi; naturam violare debamus. nam quod Homerus dixit, οὐαὶ γε τοι πολλοὶ σοφοί νέοι καὶ νέοι στρατιῶται βασιλεῦς, idem Euripid. εὐοὶς αὐτὸν μη

λαβεῖ



λαθεξχ³ τε πολύζε. Vnde Sybilla carminib⁹
augurata dicitur, Reipublicę Romanę salutem
in regno positā esse; scilicet ciues alter feruari
non posse, quām si Regem haberent. Id exem-
pli memorabili planum fecit Solimanus an-
no m. d. l. i. i. Cū enim Mulfapha filius ma-
ior frāctis Persarum opibus, ad patrem acce-
pta fide sine comitatu rediſſerit, tāto exercitus
clamore, tantāque gratulatione exceptus est,
vt mortalium ante nemo. Pater iftam glo-
riam ferre non potuit: sed filium subinde itan-
gulari mandauit in cubiculo interiore: & eodem
momento coram exercitu projici: tum
praeconem altissima voce promulgari iussis v-
num in celo Deum, in terris vnum Solimanū
Imperatorem esse oportere. totus exercitus
terrore attonitus obmutuit. Junior natu bī-
duo post veneno subflatus est, quod de frātris
intentiū ingemuifſerit. tertius meū patris ad re-
gendū Persarum configerat, flatim per legatos
reuoſatus est, ac ſecuri percuſſus. hic Selimus
reſtabat, cui pater mihi intentavit niſi folus
reſtaberet. atque id vſitatum eſt in gente Otto-
manorum, quia ſpes imperii ad omnes, extiit
ad vnum recaſurus eſt. neque enim ſolum falu-
berriuum, vt Tacitus ſcribit, ſed etiam necef-
ſarium in magnarum rerum administratione
imperium penes vnum eſt. & quidē tres Tri-
buni poteflate Consulari documento fuere,

vt

vt Liuſus tradit, quām plurimum imperium bel-
lo immutile eſſet. conſimiliter L. Paulus ac Te-
rentius Varrus aduersus Annibalem: Christia-
ni principes aduersus Turcarum regem: Græ-
corum duces aduersus Philippum: nec ita pri-
dem Germaniorum principes aduersus Caro-
num V. magno ſuto danno experti ſunt, nihil à
pluribus recte imperari poſſe. itaque Græci &
Romani cūm graue bellum aut ſeditio civilis
Rempub. perturbaret, ad vniu. Dictatoris, aut
Archis, aut Harmofz imperium, velut ad fa-
cram anchoram confugiebant: vt ſepe Floren-
tini, Genuenites, ac Veneti extrems Reipubli-
ca temporibus ſumimum imperium belli ac
pacis vni Imperatori perniferunt. quanquam
quid arguimenter, cūm innumerabilibus ſecu-
lis compertum fit, populares & optimatum
ſtatus hominum generi pernicioſos eſſe? ma-
gnum eſt imperium Turcarum, Perfarum, In-
dorum, Tartarorum: maius etiam Abiſinorū
& Hispanorum, qui nouum terrarum orbeſ ſuis
legibus ſubiecerūt: latè quoque patent re-
gna Poenorū, Gallorū, Moſchouitarum,
Polonorū, Gothorū, Britannorū, qui o-
ptimatum imperium ignorant; populare de-
teſtantur. quietiam Americi populi regiam
potestatem ab extrema memoria ſempre re-
tinuerunt: id quod faciunt non docti, ſed im-
buti: non ab Ariftotele instituti, ſed ab ipſa du-

cc



ce natura informati . cūm autem audiunt in Italiae aut Germanie quibusdam angulis optimatum imperia latere , mirantur id fieri posse. ita nostrorum hominum plerique Rempublicam Venetorum tandem, id est, annos circiter D C C C . et teris mirantur, quia id sit repugnante natura: quanquam Gianotus Donatus, qui omnium accuratissime de Repub. Venetorum scripsit, sumمام porestatem in ducibus fuisse tradit, & planè regium statum vīque ad tempora Sebafiani Ciani ducis, id est, vīque ad annum M C L X X V . quo tempore magnum concilium in Republica stabilitum est, vt ipse scribit . quo fit vi trecentos & faxaginta circiter annos duntaxat floruerit in eo statu . regnum verò Gallorum non angulis paludibus contentum, sed longè latè patens, cum incredibili rerum gestarum gloria m . c c . annos floruisse non mirantur: quia nihil nature congruens munus debet videri. Atque illud est, ni fallor, cur Contarens, Manutius, Maciauellus, ac plerique alij, Rempublicam Venetorum præstantissimam omnium esse aiunt, & quidem Michael Surianus Venetus, summa vir eruditioris ac virtutis, cūm Lutetia legatū ageret pro sua erga me benevolentia, saepē me de nostra, ego ilium de sua Repub. humanissimè percontatus, differere maluit, vt prudenter omnia, quād iudicare: nec ego de re tam ardua iudicium.

ciām mihi sumo : sed quoniā vnius imperium tuendum sūcepimus, nobispiis repugnare vide remur , si optimatum illud imperium probaremus. Aut igitur præstātia Venetorum est in bellica virtute, aut in legum æQUITATE, aut in religione, aut in imperij magnitudine & opibus, aut in artium varietate, bellica laude omnibus ferè populis inferiores sunt: imperij magnitudine paucis admodum superiores : arte gubernandi & quaestuosa mercatura, cedunt Hispanis : artium varietate, Germanis : quam quisque religionem priuatim colant, non magnopere curant, & Pontificibus quæstiones impietatis ademerunt . restat legum præstantia, quæ qualis fit, ex moribus ciuium intelligi-
tur. Plato Spartias fortes ac temperantes vocat, in iuriis tamen: Romanis fortes ac iusti habiti sunt: Hebrai religiosi: Masilienes iusti ac temperantes: Athenies artibus: alijs virtutibus alijs floruerunt. Veneti si qua virtute, profecto confiliis & prudentiā præstant: aliarum virtutum laudem nec illis eripere, nec concedere velim maiorem quām alii . Sed qui Venetorum opes extollunt, vehementer falluntur: nam æteriæ publici magna est inopia, argumento fit triplicis montis ratio, que vires etiam quincuncibus publica vectigalia exhausta, vt Gianotus Donatus confitetur . Sanè leges antiquas fuz ciuitatis magna studio co-



lunt; in quo non minima laus inest. antiquitatis enim tanta species est ac maiestas, vt non immoritudo dubitarit Aristoteles, vt rū legi antiquis noua melior debeat anteferri, nec questionem sibi definitandam putarit. hoc etiam magna laude dignum est, quod focios & iniquinos, summa juris equabilitate souent: peregrinos quoque summa prosequuntur humilitate: ac si qui præstant magnis opibus, illorum affinitatem querunt, vt nobilitate nullas maior videatur. iam verò in consiliis de Republica capiendis, atque omnino in bellis sufficiédis, in percutiédis federibus, in tenuenda pace, magna prudentia vntur. quæ cùm maxima sint, maius tamen est ad imperium retinendum, quod loci opportunitas, aditus omnes facilimè prohibere potest. nam Genuefes olim, & nos ita pridem Ludouicus xii. Gallorum rex imperium illis planè ademerat, si urbem obsidere potuisset. itaque nihil urbi metuendum ab hoste. Bellis autem ciuitibus hoc tempore iactari, aut res nouas moliri non magnopere possunt iij, qui armorū vñ ac militaris disciplina carent. Romani contrà bellis ciuitibus ardebat, cùm ab externis conquierant. itaque cùm ciuitas bene constituta militari ac domestica disciplina; nec legibus tantum, verum etiam armis contineri debeat, alteram summa cum laude tuetur; alteram omnino

nino deseruerunt, vt Contarenus ipse fatetur, itaque cùm ingruit hostis, non modo militibus, sed etiam imperatoribus extensis vti coguntur. quia prudenter; nescio: illud tamen omnium imperatorum contentiens opinio iampridem improbabuit: nec certè phares ciuitatum interierit, quam ea de causa memorantur. quare Bartholomeus Aliani, cui pro Republica bene gesta vt imperatori, statuam auream Veneti erexerunt, eos coarguisse dicitur, quod scipios Remque publicam homini peregrino non satis prudenter credidissent. nam Corinthus non alia de causa in tyrannide incidit, quād quod Timophanem imperatorem peregrinum euocasset, similes Britanni ab Angli, Hispani à Mauris, Greki à Turcis, quos ad praetidum euocarant, de imperio deieci sunt. Contarenus domesticæ disciplinæ, ac pacis tuendæ causa militarem iacere scribit: verendum tamen est, ne cùm alteram negligunt, vtrunque amittant. illud quoque ad Reipublicæ quietem non parum facit, quod optimates secum ipsi, & cum Republica conspirant, ne inquinitorum multitudine si dissident facili opprimantur. concors enim potentia paucorum, inquit Aristoteles, non facile labefactatur. & vt concordia stabilior sit, publicis ac solennibus conuiuis scipios epulanatur: more veteri Crenensium & Lacedæmoni



niorum ad eaque coniuia paranda Dux obligatur: ac si os ciues muneribus inter se & cum Republica coniugare. hoc etiam non parum confort, quod magna ciuitates minus opportune sunt feditioni, vt Aristotle tradit, propterea quod magnam medioctrem hominum multitudinem habent, qui summos cum infinitis eadem societate coniungunt. sed nullum tuendae optimatum Reipublice maius praesidium est, quam quod nulla imperia perpetua sunt, nec sine collega tribuntur: sed bimetrii, aut trimetrii, aut sememetrii spatio, vel ad summum anno definitur, quorum vero perpetui sunt & maximi honores, nullum est imperium vir Ducis, Procuratorum D. Marci, Cancelarij, quod si quis summa virtute, vel opibus, vel gratia reliquis praeflet, vix admittitur ad summos honores: ne virtutis splendor suorum ciuitum oculos præstringat: idque arcum imperij, quod imprudenter Atheniens & Ephesi oltracissime detegebant, ac nimis aperte virtuti bellum indicebat, intellectum est in morte Lauredanii illius, qui ciues mutuis cedibus graffantes in seipso, solo nutu sic terruit, vt proiectis armis discederent, quos tamen nulla vis magistratum potuerat coercere: tam homini priuati virtutem, qui Rempublicam grauissima clade liberata, ferre non potuerunt: sed, vt ab Italis plerisque proditum est,

est, cum veneno necarunt: at neque id affirmare velim, nec perfiadere mihi possum. ducem tamen quem exarmatum catenisque aureis vincitum domi tenent, nec strenuū admodum, nec gloria cupidum, sed bonum ac simplicem legere consueverunt: veriti ne idem illis eveniat, quod ranis palustribus ab Ious regem pertinentibus, quibus cum stipitem dedisset, vt Asopus scribit, illæ indignari: Iuppiter ardorem raniorum mittere. postremum est quod imperii vicissim & summa libertate fruatur, pro qua tuenda ciues ac peregrini pacem libenter colunt, atque hec precipua ratio est, cur Rempublicam Venetorum maximè laudant, propterea quod summa libertate illi viuitur. at libertatis causa non sunt Respublica constituta, sed bene viuendi. vix est autem vi illius virtutis sit in ea ciuitate locus, in qua suis quique moribus ac libidinibus tam effuse blanditur. nam si hominis felicitatem, opibus, honoribus, imperiis, voluptate, summiq[ue] libertate metimus, beata sit Respublica quia his omnibus abundat: si virtutem potiorem ducimus, non video cur Venetia Rempublicarum præstantissima sit. nullum enim Reipublice male constituta argumentum. Platoni maius videatur, quam magistratum & medicorum multitudine, que nufquam maior fuit quam olim apud Acheniens, & his temporibus apud Ve-



netos: vt mirum videri non debeat, si maiors anni partem in creandas magistratus conlumere solent. hac autem magistratum multitudine, vel ad honorum & imperandi cupiditatem inexpibile, vel ad fraudes & scelera coercenda, vel ad utrumque pertinet. at Lycurgi Respublica qua omnium sermoni laudatur, præter Senatum xxx. virorum, qui perpetui fuerunt, nullus habuit initio magistratus. nam magnus Pœdonomus iuuentutis magister, impeno carebat. falluntur enim qui putant magistratum multitudine virtutis amorem cibis ingenerari, cum nulla re magis domini di & opum querendam cupiditates augentur. nam qui semel imperij dulcedinem guttarunt, non modo paretur deditur, sed etiam imperium ultro affeclant, atque ægræ depo- nunt. quare prudenter apud nos, de contentia omnium ordinis nuper lata lex est, vt illa magistratum multitudine, que sub Henrico regalis quorundam artibus exceverat in infinitum, ad pristinam formam redigetur. nam quid aut illit hæc magistratum multitudine, nisi farta, fortes, corruptelas, luxuri, dominandi libidinem, ac litium propagationem? nuncquam certè scelerum & flagitorum extitit impunitas maior. satis est igitur paucos esse magistratus, modò virtute quarantur. nam ea ratione quies omnes ad virtutem & honestatem inflam-


flammati necesse est, vt eos adipiscantur ho- nores, quasi præmium cuius spes ad omnes, exi- tius ad paucos recalculus sit. non igitur impe- ria, magistratus, honores, beatos ciues efficiunt: multò minus libertas nimia, quæ ciu- tati bene constituta extixum afferit. ac turpis est seruitus: licentia tamen peccandi turpior. quanquam si regis imperium ferre seruile est, debet quoque seruile videri parentibus obedi- re. ac sapere mirum mihi vixum est, cur Veneti qui tam sapienter omnia, non etiam Cenores, vt olim Romani, & his quoque temporibus Lucenses ac Genuenses, creari patiuntur. hoc verò percommode fieri poterat à procurato- ribus D. Marci, qui per omnes honorum gra- dius eò considerunt, nam Pontifices, quo- rum munus hoc proprium est, quiq[ue] religio- nis opinione Principes olim in officio conti- nebant, grauissimis Cenorebus egent. est enim cœfuram tam graue, tamque necessarium in Re- publica munus, vt nulla re magis floruisse Ro- mani videantur: quod intellectum est sublata cenura: nam eo ipso tempore Reipub. splen- dor & maiestas vna cum virtute maiorum in- tererit. Hoc etiam Respublica Venetorum ha- bet incommodi, quod cum peregrinorum & inquinitorum infinitam multitudinem admittant, metuendum est ne ab illis de imperio de- turbari possint: neque verò eius rei exempla



defunt . ob id enim Achæi Trezæniōs , Samiū Zanclæos , Calcidenes Amphipolitas , à quibus erant in urbe sine honoribus admissi , ciecerunt ; vt Pausanias & Arisfoteles tradunt . eoque magis metuendum , si diffideant inter se optimates . vt Cnidi cum soli honoribus fruerentur , potea quām diffidere cōperunt , eicchi sunt ab inquilinis & plebe . id quod etiam contigit apud Mitylenas , Helienses , Phocenses : & non ita pridem apud Senētes , Genuenes , Tigurinos : qui cum de honoribus inter se contēderent , a plebeis sunt de imperio depulsi . Corcyrae crudelius , qui omnes in carcерem coniectos acerbissimis supliciis affecerunt , vt Thucydides scribit . Agrippinæs inquiliini pari furore optimatum bonam partem occiderunt , quod̄ soli honores consequeruntur , & tributa grauiora imperarent , confimiliter Lindañiorum inquiliini casis optimatibus , Tribunoſ plebis crearunt . hoc igitur Veneti metuendum est . nam cum census habetur anno M . D . L V . totius ciuitatis , censa sunt inquinorum extra patricios C L I X . millia d C C C L I X . Feminas & pueros maiores sex annis eo numero complectuntur . his imperant mille & quingeniti circiter patricij . nam iuniores annis X X V . ad imperium & comitia non admittuntur , nisi pauci admodum extraordinem . nec prudenter fecisse videntur populum numerando : primum

quia

quia lege diuina vetitum est : deinde cum peregrini ac tenues numerum suorum ac robur intellexerint , valde periculorum est ne aduersus optimates nouum aliquid moliantur . nam cum Senatus Romanorum olim decreuisset , feruos cultu ac vefitu diuidere ab ingenuis , periculum , inquit Seneca , apparuit , si leni se numerare ceperissent . quantum autem fuerit foeciorum & inquinorum erga Venetos amor , indicarunt bella Creteniagum Patauij , Verona , aliarūmq[ue] virbiū Gallis factæ deditio[n]es : quo tempore optimates omnibus tributis & vecigalibus socias vrbes leuarunt , vt Bembus auctor est , à quibus tūm maximē iuari debuissent . quod fati erat argumenti magis illos metui quām amari . nos verò accepta clade , tūm maxime fortunas omnes ac sanguinem fundimus pro Regis ac Reipublicæ salute . Ac ne omnia differantur , nullum maius est optimae ac præstantis Reipublicæ iudicium , quām hostes fortiter arcere , & in summa tranquillitate ciues continere . Veneti ab hostibus facile vinci confuerunt : nec ciues ita contine[n]te potuerunt , quin duces octodecim suplico , vel exilio affecerint . tot enim Sabellicus tradit , ex quo statum optimatum insinuerunt . At etiam Lauredani Ducis hæredes m . n . aureos si co[m]p]o dependere iudicio coacti sunt , quod Lauredanus non satis erga ciues magnificus extulit :



extitūserunt Gianotus Donatus scribit. omittit
bella ciuita que in media vrbe s̄epius gesta
funt, cum militarem colerent disciplinam. omis-
sio coniurationes Bochonianas, Falerianas,
Tepolianas, Baiamontanas, que obsecsis Sena-
toribus & crudelissima ciuitatum strage, Rem-
publ. misere lacerarunt, prætermitto tam gra-
ues tamque diuturnas Iustinianorum, Scytho-
larum, Seliorum, Basileorum fædationes, exilia,
cades; non aliam ob causam, quam quod nul-
la fides regni fecit, ac s̄epius id euenit quod
in nau à gubernatore defitutus: hoc enim Po-
lybius vitetur exemplo: nam cum aliis clausum
torquere, aliis velâ facere, aliis contrahere co-
natur, vèctores cum tot gubernatoribus mi-
serit periclitantur, ac tandem in portu spectan-
tibus turpe sui naufragium edunt. qui autem
non vidit Germaniam, Turcarum, Heluetiorum,
Hispanorum, Gallorum denique & Ital-
orum, poltrem suorum ciuitatum armis feedi-
simè valtari, que cum regia potestate guber-
naretur, populos omnes suis armis ac viribus
facile superabat. Ex quibus intelligitur regnum
longè praestans esse optimatum potestate.
refellenda est igitur Iosippi ac eorum opinio,
qui Deum putant regnum in facili literis ex-
ectari, & optimatum imperium apud Hebraos
confinuisse. sic enim tradit Iosippus libro v.
cap. v. antiq. Quanquam Philo Hebraeis in
libro.

libro de creatione Principis, vnius Principis
dominatum Dei iusflū stabilitum esse docet.
Iosippi tamen opinionem refellamus. quod
igitur attinet ad verba Samuelis, non regnum
ab eo, sed tyrannus describitur: contrà quam
putat Melanchtho. quis enim mediocriter in
Hebræica lingua versatus, ignorat יְהוָה regem
æquè ac tyrannum significare? sic enim dicitur
Abraham reueritus à cædo regum. vox autem
בְּנֵי יִשְׂרָאֵל non iura regis significat eo loco, sed
morem & confuetudinem, ut optimi quique
interpretes aiunt. ac nisi tyrannus describere-
tur, cur Moses Deuter. x. v. i. iuberet Regem
singula precepta legis codificare, populūmque
ex lege diuina moderari? nam ex eo capite non
folium popularis & optimatum potestas reij-
icitur, sed etiam regia probatur. tum etiam il-
lud Principi populi nō maledictus, vnius impe-
rii caput. & in libro Sanedrim cap. 1. i. regia
maiestas que fuit apud Hebraeos copiosè de-
scribitur. Mofem verò planè regiam habuisse
ex eo colligitur, quod iniisflū populi & opti-
maum, leges iubere, Senatus cooptare, ma-
gistratus eligeret, Pontifices crearet, sedito-
rum ciuitatum amplius quadraginta milia sine
iudicibus eodem momento capite pleceret,
denique Iosua Principem, quo nihil maius fie-
ri potuit, per se se renuntiaret. eo mortuo Se-
natores Othonielē deinde Aioda ducentę ele-
gerunt;

Statuta &
convercio-
nes Imperii
Hebreorū.



gerunt: itaque P. Martyr recte scriptit, aristoteli-
cratiam capisse cum dux Othoniel est à Sena-
toribus creatus. quanquam placet interpreti-
bus non humanis consilii, sed iussu diuino du-
ces creatos. itaque Gedeon dux electus; Non
dominabor, inquit, vestri, nec filius meus, sed
dominabitur vestri dominus. postremò cùm
filii Eli ac Samuelis intertemperatè gererent,
& optimatum potentia in factionem degene-
raret, plebs irritata Regem petuit. tunc enim
seditiones conqueruntur. quare Moës Agy-
pius scribit, templum lege diuina prohibi-
tum ædificari quoad Regem haberent, qui tu-
multus imperandi potestate prohiberet. sunt
hæc illius scripta libro 111. cap. x l v 11. per-
plexorum. ex quibus regiam potestatem Deo
placuisse constat: tyrranidem displicuisse. iugi-
tur Rege creato, Senatores non sumnum
imperium, sed ad consilium, vt Moës consti-
tuerat, admitti ceperunt. quod enim Romulus
caulas leutores à Senatu, grauiores à se indica-
ri voluit, vt est apud Dionyxiū idem quoque
Moës statuit in creando Senatu, quemadmo-
dum scribitur Num. cap. x 1. quare quod Cal-
deus interpres in Hieremiam, Senatum viuis
& septuaginta virorum (quos Hebrei בְּנֵי יִשְׂרָאֵל, ipse Græca voce corrupta Sanedrim appellat) scribit habuisse legis fanciendæ ac iudicandi
summam potestatem, etiam sub regibus ipsiis,

ad

ad legis promulgationem & iudicia spectat: ve
apud nos curiae superiores habent legum pro-
mulgationem, quam imperiti functionem esse
arbitrantur, quæ solius Principis est. idem Cal-
deus interpres subiecit iudicia de tribu, de Pon-
tifice max. de maiestate, de falso propheta, nō
nisi à Senatu explicari potuisse: Moës verò
Maymo lib. 111. perplexorum cap. postremo
scribit, gladij potestatem habuisse Senatum.
ab codem Senatu x xi i. viros capitales, qui
תַּשְׁבְּצָה, id est animarum iudices, & septem
viros iudices pecuniarum ac bonorum, id est,
in singulis viribus constitutos
quorum tres iudicia instituebant: quinque pri-
marum appellationem disceptabant: septem de
secunda provocatio decernebant. præterea
decem iudices rerum venalium, quafi Aëdiles
creabantur, quorum unus erat sacerdos. ad hæc
arbitrii recepti tres: quorum vterque litigato-
rum eligebat: electi duo tertium opabant.
qua omnia in Pandectis Hebræorum, titulo
Sanedrim. cap. I. 111. 11. copiosè explicantur.
postremò Senatores sublegi solitos constat ab
ipso Senatu, cuius fuit perpetua potestas. qua
tamen omnia iussu regum faciebatur, vt præ-
ter decreta nihil haberet Senatus. quod videre
est in iudicio Herodis, qui cædi impuberum
postulatus, in Senatu Hebræorum canam di-
xit: sed tamen Hyrcano rege ac Pont. max. iu-
bente,




bente, à quo etiam absolutus est non à Senatu, quemadmodum scribit Iosip. lib. x i i i . cap. x v i . nam cùm anteā mortuo Salomone filius eius tyrannidem usurpare, diutius est populus, ac duo regna, vel potius duæ tyrannides constitutæ, una ex tribu Iuda & Benjamin: altera ex reliquo, ut tantum auctoritatis Senatus haberet, quantum à regibus vel tyrannis permitteretur: quemadmodum Imperatores Romani, pro sua quisque voluntate Senati detraherunt, & quemadmodum Senatus Rom. quosdam Imperatores hostes iudicauit, aut capitâs damnauit, vt Neronem & Maximum: ita quoq; Senatus Hebraeorum de Herode adhuc adolescentem iudicauit, quem damnasset nefaria cædis, nisi ab Hyrcano rege prohiberetur. Sed Herodes maior factus ac imperio potitus, regem Hircanum ac Senatores omnes interfecit excepto Samea, quem tamen aduersarium omnium maximum habebat: hominis tamen virtutis pepercit, vt est apud Iosippum lib. x i i i . Ex hac igitur Reipub. forma constat imperium Hebraeorum, ab ortu sui principio sub regibus c. l. x . annos floruisse: deinde optimates annos c c x l i i i . pertulisse: tum regiam potestatem (quæ non multo post in duplēcim tyrannidem diuisa est) annos c c c x c v i . ac tandem ab Alsyris euersem: prius tamen reges Samariæ, ac decem tribus in

Caldæam

Caldæam abductas: deinde reges Hierosolymorum cum reliquo populo: qui cùm annos l. x x . exulaeret, post liminio reuersus in patriâ, sub regibus istidem & pontificibus raudiu flouruit, quoad intēstiniis feditionibus & bellis sinitimorum, nunc in Agyptiorum, nunc in Gracorum, postremò in Idumaeorum potestatem veniret. ad extremum redacta India in prouincie formata ab Augusto, pertulit imperium Romanorum, à quibus ceterimo post anno decuius: quibus temporibus Hierosolyma expugnata, & funditus euerla, tanta populi strages, tum in Asia tum in Africa secta est, conquirantibus finitimis omnibus ad vias populi euerctionem, vt gens illa penitus interierit credetur. profecto casuum numerus à Iosippo relatus superat Myriades triginta. reliqui in miseram feruitatem abducti, adhuc toro terrarum orbe dispersi vagantur.

Cum igitur regia potestas à natura sit, id est à Deo nature paréte infinita: à Magis Perſarum singulari judicio delecta: ab Homero, Xeophôte, Aristotele, Plutarcho, Dione, Apollonio, Hieronymo, Cypriano laudata: denique ab Augusto post annas McCenatis & Agrippæ disputationes suscepta: postremò populorū omnium, aut maximè illitteratum summa cōsentio[n]e, & experientia diuturna comprobata: quid amplius de optimo statu Reipub. disputandū?

Reli-




In monar-
chia fugien-
da est ele-
ctio.

Reliquum est ut Regis electionem necessaria-
ris argumentis refellamus. putat Aristoteles
perniciosum ac planè barbaricum esse reges à
firpe ducimam reliqui nihil definierunt: & li-
bro 111. ad extrellum, Lacedæmonios Car-
thaginensibus inferiores putat, quod hi reges
eligerent: illi ab Hercule ducerent. barbari sunt
igitur Aegypti, Asyrii, Perse, Macedones,
Pœni, Arthopes, Abilini, Turce, Indi, Tar-
tari, Moschouitæ, Poloni, Dani, Sueci, Britan-
ni, Itali, Galli, Hispani, Americi: denique omnes
vbique terrarum populi, excipio Germanos,
Helvetios cum federatis, Venetos, Rha-
gutios, Lucenses, Genuenses, qui optimatum,
aut populari potestate reguntur. quod si tot po-
puli barbari sunt, propterea quod reges à fir-
pe ducunt, vbinam erit humanitati locus? quod
vero perniciosum putat, nulloc mihi absurdius
videtur. primum enim interregnum valde pe-
niculosum est, quia Respublica veluti nauis si-
ne gubernatore seditionum fluctibus iactatur,
ac saepe mergitur. id quod accidit post occa-
sum Friderici secundi Imp. nam Respublica ve-
lur anarchia quedam annos duodeviginti ca-
ravit Imperatori, propter intessina Principum
bella. quid autem miserior quam in interregno
Sultanorum Argypri plebem à Memmelucis
impunè diripi? quid sceleratus quam in inter-
regno Pontificum Romanorum omnia cædi-
bus

bus ac itupris impunitate proposita miseri? Principis autem eligendi ratio planè inexplicabilis est. non enim ab vniuerso populo, id quod Aristoteles voluit, rectè fieri potest, cùm ratione ac prudenter deſtituatur. ergo à paucis & optimis id fiat oportet. fed renitetur popu-
lus, repugnabunt legiones. hinc illa tan-
graves ac diuturnæ inter Senatum Romanum &
Prætorianos discordia. quisquis enim placue-
rat Senatu, legionibus displacebat. ac saepe le-
giones variis in locis, & plures eodem mo-
mento Imperatores crebant, vt vno tempore xxx.
facti sint. hinc bella ciuilia, cædes, bonorum
proscriptions, ac imperij totius miseraða di-
stractio. illud etiam perniciosus quod sceleratissimus quisque imperium inuidit: boni tan-
tum onus sponte repudiant. ac si fortè Prin-
cipes ea prudentia fuerit, vt successorem impe-
rij virum bonum renuntiare velit, quod supen-
ter est à Nerus, Traiano, Adriano, & Antoni-
no pio factum; barbarū id existimabunt regum
electores. iam vero cùm spes imperij ad om-
nes, exitus ad vnum spectet, necesse est vt la-
trombus ac venefici pateat imperij aditus ce-
so gubernatore. & cùm Reipublicæ fundamen-
tum nullum minus sit, quām in obsequio sub-
ditorum erga Princeps, qui fieri potest vt e-
ius imperia non relinquant quem obscurō loco
natū, aut aliquando socium suisse, aut sceler-

F re,



re, vel opibus imperium quæsiſcē putabant
nihil enim vſitatus quam Imperatores Romani
pecudim in morem à ſuis necari: neque enim
pauciores trīginta numerātur. nec magis quieta
fuit Republica, quam cum filius patris im-
perium exceperit, id quod Ariftoteles metuendū
putauit. nec prius inter Germanorum
Principes bella pro imperio geri defuerunt,
quam pater filium Caesarē deſignaret: vt Hen-
ricus I I I. filium adhuc puerum citrauit eligen-
dum, à quo nepos eft adoptatus. & Carolus
I I I I. filium habuit ſuccelforem: hic fratrem
Sigismundum, qui ſibi generum adoptauit. Fried-
ericus Maximilianum, hic nepotem. cærei
magna ex parte coniuratioe aut veneno in-
teriunt; Rudolphus, Albertus, Henricus V I I.
Friedericus I I I. Ludouicus Bauarus, Carolus
Henrici nepos, Gûtherus. illa verò regum Po-
lonie & Hungarie coniitia, que ipſi Caroſ appellant, ſunt in armis, ex quibus ſepifſimè ci-
vilia bella exoriuntur: ac niſi gens Jagellonum
iure ſanguinis ſufragia cōfœcta ſuileſt, pridem
imperium illud interiſſet. Ex Aegypti Sulia-
nis qui non plures x v. creati ſunt, ſepet I
Memmelucis, à quibus eligebantur, caſi na-
merantur: puta Turquem eniūs, Melachala,
Cothos, Bidocader, Muhamedes, Cercasius,
Giapalatus, Sephadinus verò Saladini frater el-
ectus à ſuis, decem fratris crudeliffimè
necauit.

hecauit, vt tuto regnaret. nec aliter Turca, qui
ſpem imperij poſuerunt in elecione Praeto-
rianorum, quam mutuis cædibus imperium ad-
dipicuntur. poſtremo, Romanos Pontifices,
quauis ſenio fracti eligantur, ne diuicius re-
gnare poſſint, veneno necari translaticum eft:
interim qui Praefectus aut Prouincis pra-
funt, de imperio deturbari noluit: vt apud Ger-
manos duces & comites, perinde vt apud nos
Prouincias imperij hac ratione vñparunt du-
ces & comites, cum primum Regem ſuo quo-
dammodo iure creauerant, vt Julius Flugus &
Aemilius confitentur. hoc enim Hugo Capet-
tus vt regnaret, paetus eft ſuas quenque Pra-
fectus Prouincias dominij iure habiturum.
ita paulatim feuda, imperia, iuriſdictiones ſuc-
ceſſionis iure deferri coepert. Extat enim in
bibliotheca Bellovifia regis initiaſi, & eligen-
di à populo forma vetus, qua dicitur Hen-
ricus I. apud nos electus eft. fed nec superio-
rum, nec conſequentium regum quenquam elec-
tione video creatum: nec certè tandem ita-
ret, ſi ad ſufragia delaberemur. ita quoq; Ger-
manis accidit, nam Saxonia prouincia Henrico I. cœſea eft hunc in modū, anno c. oo XIIII.
aliā alius adeptus eft, ac paulatim etiam vi-
bes: vt facilius imperium adipicerentur, ve-
ctigalibus liberantur; vt Nouiomagum: quaſ-
dam accepta pecunia ſua libertati omnino re-



stiterunt, vt Rudolphus omnes Hetruriæ vrbes, anno M C C X X X. Lugeses x i i. Florentini sex aureorum milibus libertatem redemerebant, post etiam Rupertus tres vrbes Imperiales filio concessit. Carolus I I I. Mediolanum Praefecto vendidit: Otto Iñiam, Ludovicus Egram: Fridericus Norimbergam: Vlma (eipso) fam libertati affernit, vt alii complures. idem contigit Rom. Pontificibus, vt eorum Praefecti tyramnidem Provinciarum vñparent: vt anteā docimus. at cùm regni certa spes est ac legitima successio, Provincia distracta non posse fuit. Quanto igitur beatiores Asyrii, Periæ, Aegypti, Macedones, Galli, qui tot ætatis ac fœcili summa tranquillitate floruerunt, non alias ob causam, quam quod reges à stirpe sibi querierunt? vt enim omnia queramus, nullum profecto reperiendas bene constitutæ Reipublicæ maius argumentum, quam diuturnitatem ipsius. iam verò Abissini, qui annos D C C C. imperium totius Africæ maximum tenent, reges ab una & eadem gente semper querierunt: ne gens aliquando deficiat, neve plus res imperandi cupiditate populum in varias partes distractant, vt apud Turcas & Persas sèpe contigit: aut parviciiis se polluant, vt Detotorus qui numerosam sobolem vno excepto interfecit, quòd tutius ille regnaret gentiles regis (quos Itaëlitarum filios vocat) simul eductantur,

catur, in arce fortissima & excelsa monte An-ga, vt Alaresius tradit, quo nisi per abrupta & angustissima loca perueniri non potest, eaque validissimo praefidio mununtur. mortuo rege non proximus agnatus, sed qui imaginis idoneus optimatibus & custodibus videtur, renunciari confuerit: qui mos etiam apud Danos, Suecos, & Hungaros inolent, vt ex pluribus liberis, arbitratu suo quemvis cooptent: hunc igitur Abissini eductæ ex arce, veluti Deum aliquem celo delapsum, maximis honoribus & obsequiis prosequuntur. ac tametsi Provinciae quinquaginta vnius imperio gubernatur, nulleg tamen sunt vrbes in eis septem, nullæ arcenses vel propugnaculis potius quam populi benevolentia confidere, vel seditionis rebellia, occasionem præbere videantur. quid autem imperia Parthorum & Turcarum ad tantam gloriam euexit, nisi quod hi Ottomanorum, illi Arfacidarum sanguine ac fiducia freti, populum in sui admirationem & obsequium traxerunt? fallitur enim Maciaellus, qui exultimat cælo Princeps Turcarum vna cum liberis, imperium illud collapsum iri, quod nulli sint Principes ad quos imperium iure peruenire possit. restant enim quatuor greces, que generis splendore ac vetustate Ottomanis se iampridem separarunt; Michalogli, Ebrenes, Turacij, Malconij, qui ab eadem qua Ottomani expediti sunt.



cuntur . hi tamen ab aditu Principis & Republica prudenter summoventur , ne res nouas moliti possint . nec verò alia ratione . Poeni . Per se . Galli . Britanni . Hispani . commodius imperium tueri possunt , quam successorio edicto . quinetiam Florētini accepta libertate , cùm ciuiili sanguini vrbem ac seiplos diu fedaissent , nec vnum exutum reperiret , vno consenuit per legatos à Pontifice max . quæsierunt , vt regie stirpis hominem mitteret , ad quem ius imperij deferrent : eō Carolum Valesium misit , cuius praesentia seditiones repente conqueruntur . tantum valer sanguinis ac generis opinio ad homines mutuū obsequiū & amicitia coniungendos : qui fanē finis est rerum omnium publicarum . neque tantum proximis agnatis , sed etiam primogenitis imperium lege deferendum : alioqui cædes inter liberos , ac bella ciuilia sœpe futura sunt , & quidem tanto grauiora quā inter peregrinos , quanto grauiores sunt fratum inter ipsos offendiones . argumento sint Turcarum crudelissima parcidia , qua tandem illi Reipublicę ruinam sunt allatura : quod cùm metueret . Selimus huius pater , postea quā Solymanum filium suscepisset , omnem curam procreandorum liberorum abjecit . hic verò Deiotarum imitatus non prius queuit , quā filios omnes præter vnum interemptos vidit . ac si primogenitus spem imperij folus habe-

haberet , cæteri hunc sibi colendum proponeant : vt videre est apud nos , vbi nulla fratrum parcidia contigisse memorantur . Est igitur regia potestas hoc modo constituta omnium , vt quidem mihi videtur præstantissima , ciuitatibusque maxime salutaris , ac velut harmonia suau moderata concentu . Nam quid Plato vobis Republicas geometricaratione gubernari subtiliter ac ingeniosè Aristoteles illud solū ad præmia pertinere indicavit : ac rationes arithmeticas ad rerum cōtractarum fidem & pœnas adiunxit . quām verè non disputo : fed de Harmonica ratione nihil vterque . hanc tamen velut omnium pulcherrimam , ad imperij optimi statū pertinere puto . primum quid folia ex arithmeticā geometricaque ratione conflatur , utrique tamen dissimilis . nec potest ad pœnas aut præmia , neque ad pœta pertinere : cū in his aequalitas arithmeticā infit , in illis geometricā equabilis similitudo : in harmonia superatīs & superatī solā ratio infit . & quemadmodum primum interullum , scilicet ab uno ad binarium in dupla ratione , concēsus omnes amplectitur : sic in vno & eodem Principe summu est imperium : & ab eo fluit ad omnes magistratus . alterum interullum duorum at trium , ratione sesquialtera diapente : tertium diatessarū complectitur , & utrumque primo interullo comprehenditum est . quare



tum nullum efficit concentrum . consequentia
interualla vehementer discrepant : ac tonus
deinceps in partes innumerabiles distribuitur,
nam quo numerorum multitudo magis ac magis
augetur , eò magis immunitur toni potes-
tas , quo usq; ad cõtamen perueniat : vt per-
spicuum fit tam abhorre à natura vt impe-
rium pluribus tribuatur , quām concentus nu-
merorum multitudini , si perpetuam numero-
rum seriem sequamur . illud autem quod mu-
nifica rationis proprium est ; scilicet vt sui parti-
bus numeri superēt , & secum ipsi ratione con-
uerfa bene cōcinant , sibi monarchia congruit ,
in qua quidem imperium ad magistratus sen-
sum ita defertur , vt quemadmodum inferioribus
imperant , ita superioribus pareant vice-
sum : quo usque ad Principem vniuatem perue-
niatur , à qua velut à fonte petenti manat im-
periū totius maiestas : ac propterē segregatur
vinitas à numeris , & ex rā ordinē colloca-
tur . utrum verò potestislibus & imperiis con-
gruant harmonicae rationes , aliorum in re tam
obscura iudicium esse malo , quām id primus
affirmare . Hęc tamē ratio triplex Arithmetica ,
Geometrica , & Harmonica , tres mihi Themis-
dos filias , vt Poëta singunt , significare viden-
tur : euoujus , d'iuou , & d'izgoujou , quarum
quaē media est , alteras suo complexu fouet : ipsi
æquitatem vel rectam legiflationē , iustitiam ,

&

& pacem interpretantur . est enim pax , harmo-
nicæ rationi inrūm in modum congruens , in
periorum ac Rerumpublicarum præstantissi-
mus atque optimus finis . nec aliud , opinor , ef-
ficere lunt conati veteres illi legulatores , cūm
suos ciues mutuis inter se coniuiciis concilia-
rent , hinc Minos coniuicia Cretentium , que
ipsi *diplacia* vocarunt : Lycurgus *peudecia* vel
phiλακα : Plato *ouμωνοια* : Moles *σκυρωνη* G.1.2.4.8.
ya , & magnum *τόπος* quod Graeci corruptè M.3.3.4.6.
πάροχα dixerunt , scilicet epulis coli iussit : quem
fecuti Christiani veteres *αγαπα* instaurerat ,
vt vide et apud Clementem epist. 1.17. ad
ecclesiam Hierosolymitanam . hic quoq; per-
tinent Atheniensium *επιδίους* in Prytango ,
tum etiam epule in Panathenaeis ac Thesmo-
phoriis : hinc Romanorum Carifitia inter pro-
ximos & cenæ in Capitolio & in publicis fa-
cificis , ad idque creati Epulones , quorum e-
xempli Veneti quartuor publica coniuicia in-
stituerunt : quinetiam legislatores Helvetiorū
mutuas illas compotationes in Schaffis , que
proper ebrietates nunc edictis prohibentur ,
vñpari voluerunt , vt non modo ciues agre-
stes ac rudes ad humanitatem & honestatem ;
sed etiam ab odio , vindicta , litibus ; ad pacem ,
amorem ac benevolentiam renocarent , que
omnia pertinent ad eam que de celo delapsa
est regulam , quæque à Christo in facis epulis
toties



toties usurpatur; ut scilicet amemus inter nos. Cetera quoque de optimis Rerumpublicarum legibus dici possunt, alterius sume disputationis ac loci, neque enim de optima Republica, sed de optimo imperij statu hic agimus, quāquam leges omnes de optima Republica, diriguntur ad optimam Principis institutionem. nihil enim ab oraculo diuinum⁹ dici potuit, quām quod à Platone dictum est; Quales in Republica Principes fuerint, tales fore cives. id enim experientia diuina plus satis competitum habemus, nec longius exempla petenda sunt, quām à Franciso I. rege Gallorum, qui ut primum literas, à quibus sui maiores tempore abhoruerant, amare cœpit, statim fecuta nobilitas est: deinde reliqui ordines tanco studio bonus artes conquisiuerunt, vt nusquam literatorum existent copia maior. Sed cum difficile sit vel paucos optimates, qui aliquando Reipub. Princeps futuri sint, virtutibus informare; multos etiam difficultus, ciues omnes difficultimum: consequens est ad unius Principis institutionem optimi sapientie magistri ac moderatores, maximis propositis premiis conquerantur: non qui peregrina lingua, id quod ineptè ac perniciose ante factum vidimus, sed qui religione vera molles Principis animos leniter imbuant. nam omnium quoque de legibus & Repub. disputantur, nihil maius est,

aut

aut maiore studio dignum, quam ut Princeps intelligat se ad verum Dei cultum in hanc lucem venisse. in eo solo veratur Reipublica: ac legum omnium suprema salus. qui enim Princeps à disciplina sic erit informatus, ut suarum omnium actionum judicem ac spectatorem Deum esse cogite, nihil impie, nihil sceleratè faciet, nihil turpe cogitabit. hunc unum sui ciues amabunt, metuet, ac eius exemplo, vita, moreisque suos informabunt: vt fertur de Ludouico IX. & Eduardo I. regibus, qui propter vitæ summatæ integritatem inter diuos habentur. nam eorum legibus ac optimis vita institus Gallorum & Anglorum imperia diutissim fletentur: ac saepè reges Anglorum de imperio depulsi fuere, cum populum leges D. Eduardi petentem aliparentur. hoc igitur regni fundamentum est, sine quo frustra leges in Princepem ferantur. propterè quod improbos ab iniuriola facinorosa que vita magistratum metus, non religio deterret: Princepem verò quis magistratus, quæ leges, quæ imperia coercent, nisi religionis metu contineantur: at etiam religionis tanta vis est, maiestas, vt per se se non modo vitorum sit expulsrix, & virtutum omnium conciliatrix, in quo vertitur summum hominis extremumque bonum: verumtamen Principi adeo necessaria, vt nulla te magis imperium reiunetur: quod etiam

Aristo-



Aristoteles primum, deinde Polybius & Epicurus numinis diuini contemporae fatentur: ac propterē libros Trebatius Epicureus de religione scribendos sibi putauit. sed quoniam Principum cupiditates quamplurime existūt, quæ refingui facile non posunt; alterū Principes instituendi momentum erit, vt solidi verāe laude pascatur, in eāque sensim adolefacat. Sic enim D. Thomas ex Aristotelis opinione Principem instituendum putauit: qui si gloria non erit contentus, in tyrannum evadet. queret enim opes ac voluptates. hinc ad rapinas & flupra conueretur. id quod accidit Dionygio iuniori, quem pater in otio & deliciis ita educarat, vt neque ex ergaefculo in lucem prodiret, neque vīlis omnino disciplinis imbuerecur, nec vera laudis gūfum vīlum haberet. itaque cūm adulatoribus permiciofūfīmis tantisper voluptatibus indulxit, dum ex illa tyrannde, velut ex arce derubaretur. qui autem gloriæ cupido erit, non modò infamiam ac vitæ turpitudinem fugiet, sed etiam intelliget verum decus in sola virtutis actione versari, qua quidem regat improbos, tueatur bonos, factaque fornum & sapientum, laudibus ac prēmis cum improborum ignominia sempera prosequatur.

CONF V-

**CONFV TATI O E O-
rum qui quatuor monarchias au-
reāque secula statuunt.**

Cap. VII.

N VETERATVS error de quatuor imperiis, ac magnorū virorum opinione perulgatus tam altè radices egit, vt vix eu- welli posse videatur. habet enim propè infinitos bibliorum interpres: habet etiā oraculo Danielis, cuius fidē eleua- re, scelus; auctoritatē infringere, nefas est. postea tamen verba Danielis obscura & am- bigua in variis sensibus torqueri posse intellexis & in oraculis interpretādis, malū iudiciorum illam formulam, NON LIQVBT, vñspare, quām temerē ex aliorum opinioniis re non in- tellecta cūquā assentiri. ac valde mihi pro- batur Caluini non minus urbana quām pru- dens



Catholici

1670

METHODVS
dens oratio; qui de libro Apocalypses sententiam rogatus, ingenuè respondit se penitus ignorare quid velit tam obicurus scriptor, qui qualificari fuerit nondum constat inter eruditos: ita non video quemadmodum beluas & statuum Danielis ad ea, quæ nunc ubique florunt, quæque tot seculis floruerūt imperia traducantur. Principiō monarchia nobis est imperij ac regionis quibusdam finibus constituta, vel principis aut populi origine clara, vt intelligatur quid sit illud quod monarchiam vocat: quod cum huius disputationis caput effet, non fatis apte definirentur interpretes orationum, poluerunt enim ex illa visione quatuor belluarum ac statu, tortidem imperia significari: puta Aysyriorum, Persarum, Graecorum ac Romanorum; nec plura fore augurantur. Germanos autem Romanorum imperio præfere: quod cum à Germanis scriberetur, ad fui nominis & imperij gloriam scriptum esse iudicari, est enim ab interpretatione Danielis omnino alienum. placet igitur suis ipsoſ rationibus cōfutare. Ac primum illud quod ait Philippus Melanchtho, monarchiam sibi videri summanū viuis Reipublicæ potentiam, que aliatum opes & copias superare possit. vēcēdū erat igitur imperij verbo, cū monarchia de populari Romanorum statu dici non possit. Si tamen omissa verborum substitute

rem

I. BODINI

453

tem teneamus, profectō Germani non satis ad id quod volunt accommodatè monarchiam Romanorum vñfūrpan, quam vix cētelim partem orbis terrarū hia ditione teneat, & Hispaniarum princeps imperium habeat Germanico maius, tun populorum multitudine, tun amplitudine regionum: vt omittam regiones Americas (qnibus ex magna parte dominatur) Europæ tripli maiores. at ne regi quidem Lusitanis pares sunt, si regionum longitudine imperium definitius. nam is vniuersam penè oram Africæ armis occupavit, ac fortissimis propugnaculis barbarorum impetus saepe reprehensit. hic dicet aliquis, non hominum multitudinem, aut latitudinem nobis, sed vim ac robur spectādum esse: quod equidem illis aſſentior: non tamen video quomodo Germania Hispanorum ac Italorum legionibus duce Carolo v. cōfiteret potuit: qui nisi Gallorum virtute reuocatus effet, Imperium illud in provinciæ formam redegerat, vt Germani clarissimis ac sempiternis monumētis testatum reliquerunt: nobisque parem gratiam reulerunt. sed ad exteris venianus, quid habet Germanis quod principi Turcarum opponat? aut quis merito maiore monarca dici potest? patet hoc quidem omnium oculis. si enim est vñquam terrarum vñla maiestas imperij ac vere monarchia, in eo profectō elucer. occupat enim



enim opulentissimas Asiar, Africæ & Europæ partes, totoque mari mediterraneo & insulis omnibus, exceptis admodum paucis, latè regnat. armis autem ac viribus tantus est, ut vnu omnibus ferè Principibus par esse possit, cum Perlarum ac Moeschouitarum copias extra fines imperij longè repellat. Christianorum vero provincias & imperium Graecorum armis occupauit, atque etiam Germanorum agros populatur. omittit Aethiopias principem, qui à suis Iochan Belul, id est, gemma pretiosa dicitur cuius imperium paulò minus est vniuersa Europa. quid Taratarum imperator? qui gentes immanitas barbaras, multitudine innumerabiles, viribus indomitas habet, quibus cum si Germaniam compares, mulcam elephanto. Absurdum est igitur quod Germani monarchiam, id est ut Philippus interpretatur, Rerum omnium publicarum potentissimam; absurdius etiam quod imperium Romanorum se tenere putant, quod omnibus valde ridiculum videatur, qui orbis descriptionem animo penitus comprehensam habent. Fuit enim Romanorum imperium sub Trojano florentissimum, neque antea maius extitit, & postea semper est imminutum, ut videtur ex Apiano & Sext. Rufo, qui Traiani temporibus scripsierunt. Danubio quidem & Orcadibus à Septentrione: Cadibus ab Occidente: Euphrate

ab Örtu: Oenopia vero à Meridie terminatur, cum Trajanus lapideo ponte supra Danubium extructo Daciā imperio adiecit, ac de rege Decebalō triumphauit. deinde fuis Parthorum legionibus Euphratēm transtulit, ac Mesopotamiam, magnamque Arabię felicis partem cum imperio maiorū coniunxit. quod antea Pōpōus tentare noluerat, tametsi rogatus Parthorū regi vt patreter Euphratēm imperii Romani ac Parthici terminum esse, respondit Romanorum imperium non fluminibus, sed iustius terminari, ut Germani nullam imperii Romani partem, præter Noricum & Vindeliciam occupat. Germania quidem Rheno, Danubio, Vistula, Carpatho, & Oceano continetur, sed omne illorum imperium clauditur radicibus, Alpium à meridie: Rheno & paucis quibusdam citra Rhenum viribus ab occidente: Silevia vero ab ortu: Balticis regionibus à Septentrione. quanto verius est de Turcicū rege, qui Bizantium Imperij caput, Christianis: Babylonis regionem, qua de agitur apud Daniēlem, Peritis admetit, & magnam suę dominationis partem ultra Danubium vsque ad Boristhenis oltia, veteribus Romanorum provinciis coniunxit? Siue igitur armorum vi, siue opum magnitudine, siue fertilitate regionum, siue numero victoriarum, siue multitudo populorum, siue nominis eynologia,



logia, siue patria Danielis, siue imperij Babylonici sede, siue ditionis amplitudine monarchiam definiamus, profecto Danielis oraculum de principe Turcarū interpretari æquius erit. Quāquam sunt adhuc ac fuerūt non quatuor modo, sed prop̄ infinita imperia Babylonico maiora. omittunt enim imperium Caldorum, qui primi Babylonis fundamēta iecerunt, omittunt imperium Medorum, qui Aſyrios depulerunt. & certè Nabuchodonosor genere Medus fuit non Aſyrios. obliuicuntur quoque imperij Parthorum, qui Gracos deturbarunt, & Romanorum potentiam sepe fregerunt, captiui Imperatores sepe abduxerunt, ſepiū eorum provincias intulerunt. prætermittunt Arabes, qui Babyloniciū imperium occuparunt, & magnam Africę, Africę, & Europe partem armis domuerunt. quod si Caldros, Medos, Aſyrios, Parthos eadem imperij appellatione complectentur, cur non Perias quoque illis finitimos adiungunt: præfertim cum Medi longè fuerint remotiores; Parthi verò remotissimi ī Babylone, quam tamen occuparunt? nam si mutatio principum à Medis ad Perias imperij varietatem afferat, id est, vnius Cyri dominatus genere ac moribus cum Medis coniunctissimi, cur non idem de Caldre, Parthis, Medis, Arabibus iudicandum erit? quia igitur ratione Cyrus Peria nouā monarchiam

con-

Arnob.

constituit, eadem illi monarchias quoque efficien. & Traianus Hispanam monarchiam Hispanicam, Caracalla, Carus, Carinus, Antoninus natione Galli, monarchiā Gallicani. idem iudicium erit de Alexandre & Heliogabalo Syris: de Philippo Arabe: déque Tοtila Viti-ge, Theodato Alarico Gothis; qui non tūtū provincias, fed etiam ipſius imperij Romani caput intulerunt, Italiam opprefuerunt, Urbe denique ferro ac flamma vaſtarunt: pōtremō vi & armi Italianam annos i. x x. tenerunt, cūm Alexander magnus, qui Periarum opes fregrit, vix annos duodecim imperiarit, fed quasi fulgor coruscā iti varias partes diffiliit: ita ſuum imperium ad Principes quatuor delatum paulo pōtē euauit. Illud verò ineptius viſum eft, quod Carolum magnum (qui quam monarchiam vocant primus occupauit) natione Gallo, in Gallia natum, lingua quoque, moribus & instituti Gallorum vñā cum suis maiori- bus educatum, mōdō Germanum, mōdō Ale- manum vocant. tametī enim à Francis veterum Gallorum colomis originē pleriq; tra- xisse putēt, non tamen negant quin Gallorum armis ac legionibus Germaniam, Italianam, & magnam Hispanam partem cum imperio Gal- lorum coniuncteſſit, ac primogenitus Galliam, velut imperij fedem, alias alii regiones ab hoc imperio auſtias dederit, quoque Henricus

Henricus Auguſtus

G

Accepit



Auceps natione Germanus, Regem se ferens, Germaniam huius imperij partem occupauit, multò verius igitur ac iustius Galica monarchia dici debet, quæ prius virtute Gallorum parta est, quam Germani monarchia verbum audissem. Quis autem negare potest quin Britannii suam quoque monarchiam multò verius quam Germani sub Constantino magno stabilierint? cum enim fuerit natione Britannus (tametsi Romano patre factus) genere nothus, contraque Senatus & populi Romani voluntatem ab ultimis oris in Italiam venit, Romanos imperatores armis fregit, religiones ac instituta majorum aboleuit, Christi nomen conditum proponuit, imperij sedem Bizantium transtulit, Romanis omnem dignitatem admittit, denique Urbe in ipsam de suo nomine appellauit. quod si Periarum monarchiam facit origo Cyri sanguine patriaque Afsyris finitimi, cur monarchiam non efficiet hoc tam nouum, tamque infolem. Constantini imperium, quod generis, locorum, legum ac religionum tantam conuerzionem attulit? Sed mirum cur Arabum monarchiam omittunt, qui vniuersam penè Africam, Afis quoque magnam partem non tantum armis ac legibus, sed etiam religionibus ac lingua vti coegerunt: Persarumque copias frergerunt, & in tantam seruitutem redegerunt, vt eos à literis & disciplinis omnibus

omnibus omnino prohiberent. Mirum quoque videri debet, cur Tartarorum imperij penitus obliuiscantur, cùm reliquis omnibus æquari possit. an quia longè absit à Babylone? at longius absunt Germani, qui imperij Babylonici nullam partem habent: Tartari verò Bactriam & Sogdianam vassarunt, latissimas eius imperij provincias occuparunt, ipsamque Babylonem duce Alao funditus euerterunt, vt scribit Paulus Venetus. ac mihi diuinus cogitanti quid Propheta innuere vellet, nihil comodiū occurrit, quām interpretari de Babylone, que in potestate Medorum, Persarum, Græcorum, & Parthorum peruenit, queque sepius vastata est, ac tandem aliquando deleta. neque enim ea quæ vulgo Baldac appellatur, eadem est cun antiqua Babylone, sed potius Sufa vetus, vt Paulus Venetus interpretatur. quod si ita est, vt est, non irriter fuit oraculum de Babylonis statu, conuersione, exitu; præfertum cùm Danielis & omnium Prophetarum voces in Christum, ac eius tempora velut in scopum dirigantur. argumento est petra illa (qua quidem Christum significari disserit Paulus innuit his verbis; Petra autem erat Christus) de vertice mōtis excisa, quæ statuam confregit. cùm verò interpres ipse Daniel sui cruci plures beluas, plura quoque beluarum cor nua interpretatur, quid verat quod minus ad



Alexandri magni successores, & ea quæ illie floruerunt imperia referantur? nihil tamen in rebus tam abditis & obsecris affirmare ausum. illud tantum; verba Danielis ad id quod volunt interpres accommodari nullo modo posse. Iosippus Hebreus optimus Danielis interpres, scribit; Medos, Persas, & Grecos à Daniele ad imperium Babylonis vocati. de Romanis, à quibus ipse nomen Flavius gentis, ciuitatem, & statuam adeptus erat, nihil à Daniele scriptum reliquit. sed hinc error manauit, quod Danielis sacras forces ad suam quicunque opinionem, non ad historiam fidem retulit. hinc putarunt quinque duntaxat reges Persarum esse oportere, quod Daniel quinque duntaxat futuros esse diceret: at omnium scriptorum consentiens auctoritas octo posuit: non nulli decem, propter seditiones ac ciuilia bella. Consimili errore ex eadem statu Danielis (cuius caput aureum, thorax argenteus, crura ænea, tibiæ ferreæ, pedes stictiles, malè cum ferro coagmentati fusile feruntur) quatuor, aut etiam plures ætates statuunt. fusile quondam aurea lecula, post argentea, deinde ænea, tum ferrea, tandem lutea successisse. sed minuenda haec opinio est, nam si quis historicorum, non poëtarum excusat intelligat, profectò iudicabit parem esse in rebus humanis, atque in omnem rerum natura conversionem: nec aliquid

quid sub sole, vt ait ille sapientia magister, non um esse, nam ætas illa quam auream vocant, si ad nostram conferatur, ferrea videri possit. quis enim dubitat quia eluio terrarum diuinatus cōfigerit propter hominum sceleris, quæ tot ac tanta fuerunt, vt Deum ipsum penitus sit hominis creatus videamus igitur illa tempora quæ diluvium conjectura sunt, quæque aurea vocantur, non solum à Poëtris, sed etiam ab ipso Catone in libris originum: quibus temporibus Camefæ & Saturnum floruisse tradidit. at nemini dubium est quin Camefæ ab Hebrewis Nohz filius, Saturnus vero Nimerodus omnium consenit vocetur: huius vero filius Iuppiter Belus, auream ætatem valere iussit. ex quo planum est aureum illud tēpus breve momentum videri, si anporum sex millium ratio habeatur, nam Cato Poëtarum fabulas fecutus, annis ducentis & quinquaginta definit, quæ autem innocentia fuit in Camefæ, qui parentis optimi pudorem noua quadam & insig-
*Chama ei
Catone Cam-
pos resounding*



nium, seu λαγήσια posuit inter genera venationis. Sequitur Iuppiter Belus, qui maiore dicam audacia in impietate, partem feno fractum de imperio quasi de ponte deiecit, alios quoque Ioues fuisse video (nam trecentos collit antiquitas) sed quisquis ille est quem Poete patrem de regno deiecisse ait, non tantum parcidio, verum etiam stupris omnibus ac fororis incestu nobilitatus est. eisdem temporibus tyrannidem quisque Ioui eripere conatur: hinc eouirati cœlum rescindere fratres, qui turibus & aggeribus exterriti, immortalis Deo nefarior bellum intulerit, eumque de celo precipitem deturbare sunt conati, nisi tum fulmine prohiberentur, vel ipsa linguarum confusione, unde turri nomen Babylon ab inficta loquacitate, quam nos quoque babil appellamus, sicut Moysi cum Poetis (qui rei veritatem fabulis confuderunt) quodammodo cōuenit, quid est autem aliud gigantes. Dis bellum inferre, quam natura, ut ait Cicero, repugnare? haec igitur est illa aurea ætas, qua talia monstra nobis educavit. idem iudico de Hercule, quem Manetho piratarum maximum fuisse tradit: quique Thetum ac Pirithoum scelerum societate sibi conciliavit, qui cum Helenam rapuerint, ac Molossi regis filiam patri eripere conarentur, ab eo sunt in carcerem conieciūt, alter quidem à Cerbereis canibus laceratus, al-

ter

ter

ter breui lacerandus, nisi Herculis precibus quasi ab inferis reuocaretur, vel potius ad crudeliora supplicia feruaretur. quis autem ad omnem genus libidinum Hercule robustior dicam an fridior? Sed ne videantur hac fabulis similia, Thucydidi verissimo historiæ parenti affentiarunt. is enim testatum reliquit paulo ante sua tempora tantam fuisse hominum in ipsa Gracia barbariem ac feritatem, vt terra, marique latrocinia palam exercerentur, & sine villa contumelia queri à præteréutibus conuererit, vrum latrones; vrum piratae essent necne? cùm verò nullis adhuc mœnibus cingeretur, nec esēt villa propugnacula, ius in armis fuisse positum, veterēque colonos subinde à nouis de possessione deiectos. qui mos in Gracia paulatim inolevit, quo autē nationes ab humanitate longius aberat, in ea barbarie diutissime viseretur: ut de Germanis scribit Cesar. Latrocinia, inquit, nullā habent apud Germanos infamiam, qua extra fines cuiusque ciuitatis sunt arque et iumentis exercendæ, ac delidic minuēdæ causa fieri prædicant. ex quo factum est, opinor, vt prædones quia brigantes vulgo appellantur, à populis Brigantini, qui lacum Podamicum seu Brigantium tenent, diuti fini: vt Aifassini ab ea Parfumum gente, quia latronum & sicariorum infamia diutissime laborauit. at Lacedemonij non in furto edulorū,

sed

Brigantii.
Aifassini.




sed in furti sola deprehensione scelus inesse patabant . utraque sane opinio tanto plus habet in seipso flagitijs quam latrociniis , quatо miserius est ac turpius impune legibus quicquam licere , quod ipsa natura nefarium sit . haec fuerunt aurea & argentea secula , quibus homines ferarum more in agris ac sylvis disperfi , tandem haberent , quantum per vim & nefas retinere possent , quoque paulatim ab illa feritate ac barbarie sunt ad hanc quam videmus morum humanitatem ac legitimam societatem reuocati . nam farta que olim ciuii tantum iudicio , non modo Hebreorum , sed etiam Grecorum & Latinorum legibus , nunc ubiq; genitum capite puniuntur . Quod si res humanae in deterio prolaberetur , tampridem in extremo vitorum ac improbitatis gradu constituerimus : quod quidem ante peruentum esse opinor . sed cum flagitosi homines nec veterius progedi , nec eodem loco stare diutius possebant , sensim regredi necesse haberuntur , vel cogente pudore , qui hominibus inest a natura : vel necessitate , quod in tantis sceleribus societas nullo modo coli poterat : vel etiam , quod verius est , impellente Dei bonitate . quod quidem perspicuum sit ex annualiis libris ac monumentis maiorum , in quibus tot ac tam exacerbanda flagitia prodita sunt (neque tamen omnia) ut quid maximū sit non facile dici possit .

fit . testes sunt Tranquillus , Tacitus , Lampridius , Athenaeus . quid enim magis nefarium cogitari potest , quam fecissima quoque vitia virtutis habere loco id quidem videre est non modo in depravatis ciuitatibus , sed etiam in ea Republica que Lycurgi floruit institutis , quoque omnium scriptorum confessione laudatissima putatur . sed ut imputas illorum libidines omittamus (que vitiam eterna obliuione sepeliantur) quid tam impium est , quam homines tum in funeribus , tum in facris crudelissime maestri ? at vitatum illud fuit apud omnes penè populos . quid crudelius quam innocentissimos quoque seruitus specie , in spectaculis publicis à belluis lacerari , aut mutuis vulneribus ad populi voluntatem trucidari nihil tamen vixitius apud Romanos , qui in summa iustitiae opinione floruerunt , ut diuina quadam vltione , hominum quinquaginta milia Fidenis in munere gladiatorio , vnius theatri casu obruta sint . ac certe nostri homines multò sapientius quam Romani (quod cum bona illorum venia dictum sit) cades hominum inter ipsos , & ferarum cruenta spectacula de Christiana Republica sustulerunt , ac frumentosum & vtile de omnibus disciplinis disputandi genus stabilierunt . quanto melius estigitur ad bonas artes & verum decus , quam ad palestram informari ? nec propterterat tamen honestas



nestas corporū exercitaciones omisimus, nec militarem negleximus disciplinam. habent etiam nostra monimēta, vt alios omittam, suos Catones, Fabricios, Camillos, Alexandros in que illis de meliore luto fixxit præcordia Titan, quam nobis ipfis. vbi enim militaris gloria maior in Alexandro, quā in Carolo magno? ille quidem magnus, sed tamen aduersus molles Asiaticos, vt Cæsar de Pompeio nostrorum hominum vim expertus dicere solebat. hic noster ferociissimas Europæ nationes perdomuit. vbi par extitit pietas in Antonino atque in Ludovico Pio? quis autem ex omnibus Principiū vetustate D. Ludovico Regi opponi poset? vt enim leges ab eo latas, quibus sit hoc imperium, omittam, nullius profecto tanta Principis aduersus Deum religio, fides in patriam, amor erga subditos, iustitia in omnibus fuisse memoratur. Neque solum virtutes in nostris hominibus, sed etiam discipline patres, atque in veteribus exteruntur. est enim literarum sua quoque vicissitudine, vt primū quibusdam in locis ingeniosorum hominum experientia & labore artes orientantur, deinde incrementa suscipiant, post aliquantum in statu vigent, tandem sua vetustate languent, deinde sensim emoriuntur, & obliuione diuturna tepliantur: vel bellorum diurna calamitate: vel quod nimia copia (malum his temporibus

tibus valde metuendum) satietatem leuissimo cuique afferre soleat vel quod iustas Deus pñnas expedit ab iis qui scientias salutares, in hominum permiscit conuertunt. Nam cūn disciplinæ apud Græcos sensim adoleuissent, vt ad summu peruenisse crederentur, tanta mutatio posset fecuta esse, vt ne ipsa quidem Græcia vbi nunc est vñquam extitile videatur. quid Latini? apud quos tanta fuit ingeniiorum virtus, vt si dñm penè temporibus bellica laude, ac disciplinarum omnium præstantia populos omnes superarent: attamen consumili casu in primitam barbariem tñm relabi ceperunt, cùm influentes in Italiam Scytharum copie, bibliothecas refertissimas, & omnia vetustatis monumenta, vñque ferè incenderentur: quod immane factum tñtas in omnibus disciplinis ruinæ edidit, vt prostratae mille circiter annos sine ullo pretio iaucerint, ac iam interitus viiderentur: nisi Menor Africæ & Hispaniæ princeps, Arabum ingenia magni propositis præmis ad literarum inflationem excitausset, omitto quām multos philosophos, geometras, astrologos, peperit Ägyptus, India, Aethiopia; quam multi apud Caldæos nobiles mathematici ante fuerunt, quām villes essent in Græcia literæ: ad nostra tempora relabor, quibus multò postquam literæ toto pene terrarū orbē conquerant, tantus subito sc̄ientiarum omnium



nium splendor affulit, tanta fertilitas extitit
ingeniorum, ut nullis vnguam etatibus maior.
at ne Gothis quidem ipsi lectissima nuper in-
genia defuerunt. testis est Olaus magnus, te-
stis Holterus, testes alij plerique: quasi decre-
uiset natura scientiarum vulnera, nunc ab iis
ipsiis à quibus olim erat illata fanari. cum enim
superiori adhuc etate morem maiorum reti-
nerent, ac literatos homines voce preconis de
Senatu exire iuberent (sic enim in illorum hi-
storia testatum habemus) nunc vndeque lite-
ras accire confuerunt. hac illa est rerum om-
nium tam certa conuersio, vt dubitare nemo
debeat, quin idem in hominum ingenio quod
in agris euenerat, qui maiori vertestate gratiam
quietis referre solet. At veteres illi, dicit al-
quis, artium inuentores fuere: illis gloria debet.
profecto permultas hominum generi
salutares disciplinas inuenere: atque imprimis
rerum celestium vim, ratos orbium cursus,
non tamen omnes: stellarum interrariantum, &
earum quae vagè dicuntur, mirabiles traiectio-
nes: tūm naturae obscuritatem diligenter no-
tarunt, & accurata multa explicarunt: pleraque
tamen ex iis imperfecta reliquerunt, quæ à no-
stris consummata posteris traduntur. ac nemini
dubium esse potest in eam rem penitus in-
tuenti, quin inuēta nostrorum cum maiorum
inuentis conferri: pleraque debeant anteferti.

cūm

cūm enim magnetæ nihil sit admirabilis in ro-
ta rerum natura, vñum tamē eius planè diuinū
antiqui ignorarūt: & cūm illi seie alueo medi-
terraneo cōtinerent, nostri quotannis terrarū
orbem crebris nauigationibus obeunt, & in a-
lium orbē, ut ita dicam, colonias deditūt, iam
vt intimos Indiæ recessus apertos habeamus.
ex quo non modò mercatura (quæ antea fordi-
da vel non fatis erat cognita) abundans & que-
stusua easifit, verūtiam omnes homines lecū
ipsi, & cum Republica mūdana, velut in una ea-
demq; ciuitate mirabiliter cōspirant. quācum
vero incremēti accepterit vna de pulcherrimis
artibus Geographia, ex eo intelligitur, q; quæ
de India fabula pleriq; videbanur (nam La-
Elatiūs & Augutinus in fanice aiū qui antich-
thomas esse opinantur) cōperta nobis sunt: tūm
etiam motus inerrantium syderū ac magni or-
bis trepidatio. quid autem admirabilius est illa
formarū à materia (ut sic dicam) abstractione
& à p̄cipiō hinc occulta nature arcana reclu-
duntur: hinc salutares medicinæ in dies eruun-
tur. omitto lōgitudinis celestis inuestigandæ
modum ex horis equalibus, quæ à veteribus ex
eclipses norma sine magno errore iudicari
non poterat. omitto catapulta veterū & anti-
qua bell tormenta, quæ si cum nostris confe-
rantur, sanci puerilia quidam ludicra vident se-
ntur. omitto deniq; artes infinitas, tūm fabri-
les,



les, tum lanificias, quibus hominū vita mirabilis in modū adiuuatur, vna typographia cum omnibus omnium veterū inuentis certarē facile potest. Itaque non minus peccat qui à veteribus autem omnia cōprehēnsa, quam qui illos de veteri mūltarū artiū posseſſione deturbit. habet natura sc̄iētiārum theſauros innumerabiles, qui nullis gratiis exhaustis posſunt. Quę cūm ita sint, & cum aeterna quadā lege naturæ conuerſio rerum omniū velut in orbe redire videatur, vt æquę vitia virtutibus, ignoratio scientie, turpe honesto cōsequens sit, atque teñebra luci fallit qui genus hominum ſemper detersit ſeipſo euadere putat. & cūm in eo int̄ errore fenes, credibile eft hoc illis contingere quid florētatis, que per ſeipſa latitiā ac iucū dītatem ſpirat, amifum meminerūt; eumq; ſe ab omni voluntati genere deferi vidēt, ac pro delictiis acerbissimos dolores, pro ſenſib⁹ integrissimis, mēbrorum omnium imbecillitatē tentiū, ſi ut trifiliſimis obrūtūr cogitationib⁹, & falſa rērū imagine decepti, fidē & amicitiā hominū inter homines interfiffe putet; ac velut ex löginq̄a nauigatione, pfecti aurea ſecula, auream atatē adoleſcētibus narrat: ſed perinde illis accedit, vt illi q̄cum à portu euehā tur in altū, domos urbēs; ſi deſcedere exiftant; ſic illi oblectatiōne, humanitatē, iuſtitiā in celum euolare, ac terras deferere opinātur.

DE

DE TEMPORIS
uniuersi ratione.

Cap. VIII.



VISINE ratione temporum historias intelligere ſe poſſe putant, perinde faluntur vt ſi labi-
rinthi errores euadere ſine duce
velint. hi enim vagantur huic il-
luc, nec vilum erroris extitum reperi-
re poſſunt: illi verò inter historiarum innumerabiles an-
fractus æquę incerti feruntur, nec intelligunt
vnde ceperint, quōd recurat. at temporum
doctrina, omnium dux historiarum, velut Ari-
adiue cæca regē ſilo veltigia, non modō poſſit
errare non finit, ſed etiam efficit vt aberrantes
historicos in reclam viam ſapientia deducamus.
itaque videmus lectissimos quoq; ſcriptores
temporis tam magnan habere rationem, vt
non ſolum annos, ſed etiam anni ſingulas par-
tes complectantur: alij ne menses quidem ip-
ſos ac dies, dierūmque momēta quibus quic-
que gemitum eft omittant: quod intelligunt ſi
ne temporum ratione vix villoſ ab historia de-
cerpi fructus. cūm igitur historiarum poſſiſ-

H ma




ma pars in temporum disciplina posita sit, temporis viuierii rationem hunc methodo quam tractamus necessariam esse existimauit: tunc propter summam eius utilitatem, tunc etiam propter eam que inter historicos veritatur, de temporum antiquitate ac serie discrepantiam: vt huic quoque disputationi lucis aliquid afferem. Prius igitur temporis originem, sine qua inanis haec disputatione futura sit, non tam auctoritate, quæ nihil valet apud eos qui ratione dicunt, quam necessariis argumentis doccamus. quoniam si ex Hebreorum sacris fontibus ac diuina legis oraculis testatum habemus mundum hunc originis sive principium habuisse, amplius querere, scelus, dubitare, nefas esse videtur. ac tanti est apud me Mosis ynius auctoritas, ve eam omnibus omnium philosophorum scriptis ac sententiis longè anteponam. is enim capitali pena subiecit eos qui Sabatū violarent, ea potissimum de causa, quod mundi creationem Sabati violatione in dubium reuocare videntur, vt rabbi Moses Agyprius scribit, sed quoniam improbi cius auctoritate se vinci non patiuntur, & oracula diuina temere calumniantur, necesse est eorum argumenta consimilibus argumentis refellere ac debilitare. nam si philosophorum ponderibus, ac rationum momētis planè intelligatur mundum nec sempiternum, & à Deo immortali certo

tempo-

tempore conditum fuisse, maiore fiducia sacras historias amplectemur: deinde mudi conditio, quæ tam præclaræ originis opinione nitetur, augebit in nobis singularem Dei admirationem & amorem. Hęc igitur doctrina non modo Hebreorum est, sed etiam Caldæorum, Pythagoræorum, Stoicorum, Academicorum, Arabum denique multorum grauiissimis comprobata & confirmata sententias, quinetiam Epicurus ipse, vt est apud Plutarchū, in eadem fuit opinione. inter Latinos vero, quoniam admodum pauci philosophiani fecerunt tractarint, M.Varro, qui omnium Latinorum & Grecorum doctissimus est Tullio appellatus, idem iudicauit in libro quem de interitu mundi scripsisse fertur. arque haec omnium in eadem disciplina consentientes auctoritas, etiam apud philosophos non parui debet esse pöderis ac momenti. cum igitur primus omnium Aristoteles, tunc à maioribus, tunc à magistro Platone dissentient, mundum eternum statuere ausus sit, aduersus eum omnis haec suscepta disputatio est: cuius quidem rationes Galenus uno verso refutans, veri quidem similes, non tamen necessarias videri scribit. quinetiam Aristoteles in libris de celo, rationes, ait, aliorum cum suis comparatas rem efficere certiorem, cum nulli sint aditus demonstrationis adipicendæ, quæ verba sunt non physicorum aut geometraru-

H 2

trarum,



tratum, sed de re proposita dubitanum dialecticorumvis rabii Mōses Agyptius, is qui du biorum interpres usurpat, argutē animaduertit. demonstrationes enim neminem dubitate patiuntur, sed sua luce tam perspicuē sunt, ut velut adhibita quæstione ab inuitis extorquent aſſectionem. quare si Epicurus & Galenus minime religiosi homines, negant Aristotelis argumenta vim villam habere: Origenes, Abēfina, omnium denique theologorum ac philoſophorum familiæ contrariae argumentis ea refellunt: fatis intelligitur probabilitia tantum & incerta, non necessaria esse. sed ad Platonem venio, qui Deum post operis tanti molitionem ad res genitas orationem conuerte finit: quas ob id interitus affirmat, quod ortum haberet, sua tamen voluntate fore perpetuas. huc Aristoteles verba Platonis excipiens: Si mundus, inquit, non est interitus, sicut ne ortum quidem habet: propterea quod qua ortum habuerunt, aliquando sunt casura: quæcumq; intereunt, orta fuisse necesse est. quæz Platone didicerat in Phædro ac Timœovi: propterea mentes originem habuissent negavit, quemadmodum scribit Augustinus libro decimo de Ciuitate Dei, ne aliquando interitus essent. mundi vero statum cunctum semper fore iussu diuinis. vter igitur in philosophia grauius labitur: alter qui prepositi

tenti Deo liberam de rebus suis statuendi facultatem relinquit: alter qui quæ viuenteri moderatorem esse conjectur, & quidem causam efficientem, ei omnem admitem operis mutandi potestatem, vt si mundum quatere velit non posset hoc Aristoteles argumento, temere dicam an impie, de mundi æternitate statuens, non modo philosophia naturalis decreta, verum etiam diuinæ maiestatis vim penitus enuare ac debilitare conatur. at in omni disputatione qua preferrim de rebus tam arduis & à sensu remotis iuscipitur, prouidésum est, vt ne quid omnino aduerius Dei maiestatem contumeliose dicatur: quod Aristoteles prætermisit. cum enim rationum ponderibus vndeque premeretur, necesseque haberet confiteri mundum originis initium habuisse, si Deo plenam tribueret statuendi voluntatem; necesse sit mundum, non volūtate regi affirmavit: huc enim omnia reuoluuntur argumēta. idem tamen contri Stoicos disputans, qui fatalem in rebus omnibus necessitatem posuerūt, multis argumentis docuit necessitatem quædam, alia voluntate, multa fortuita, plurima casu geri: fortunā etiam & casus trifariam diuīs, in rebus necessariis, diuinas actiones ac aucturam collocauit. ex quo intelligitur ea qua disputatur in libris de celo, quod fatalem laparent necessitatem, in libris de interpretatione sic tem-




perasse, vt homini quidem arbitrium daret omni necessitate solutum; Deum vero ac natu-
ram necessitate obligaret. quid autem magis impium, magis arrogans, magis denique fu-
riosum, quam sibi liberam tribuere voluntatem; Deo admirare velle? consequens est enim,
vt neque Deus solis cursum sistere, nec cele-
stium syderum vim prohibere, nec quicquam
in vniuersa natura conuertere; at ne hominis
quidem impetus ac voluntates quod velit im-
pellere possit. quia cum absurdum sint, & impic-
tatis plena; sequitur ve illam de mundo tollam-
bus necessitate, quia sublata relinquuntur Deum
nulla vi obligari, sed pura voluntate omnia gu-
bernare. at cum Aristotelem sui ipsius pude-
ret; hoc est, homini cedere, Deo eripere vol-
luntatem, verbo quidem voluntatem tribuit,
re vera tamē necessitate coactam: id quod
Moses Aegyptius animaduertit: permittit en-
im voluntatem, fed ea lege vt mutari non pos-
sit: & vt Iuppiter in fabulis Adrastra legibus
teneatur: cum tamen in libris de moribus eam
esse docuerit voluntatis vim & naturam, vt nisi
mutari posset, voluntatis nomen amitteret: itaq;
cum multa varie contingere in natura perspi-
ceret: modo in hanc, modo in illam partem, & delapsus est, vt fortunam & casum ex opinio-
ne plebis statuere maller, quam ascribere Deo
voluntatem aliud alio modo agendi. quid au-
tem

tem indignus est philosopho, quam putare
sine causa quicquam fieri, hoc est, fortuna &
casibus quisquam permittere? illa sunt ex qui-
bus se expedire nullo modo Peripateticorum
poterunt: itaque à Plutarcho in libro de fortu-
na, tum etiam à Lactantio efficacissimis argu-
mentis refelluntur. videamus cetera cuiusmo-
di sunt, aut certe præcipua: infinitum est om-
nia per se: posuerunt enim ex nihilo nihil
gigni, tanquam totius disputationis fundamen-
tum: quod omnium errorum præbuit occa-
sionem: sed illis aqua harret, cum hoc probandum
relinquistur. tum illi subirascuntur, quod
sua principia negari fas esse non putent. sed
que tamen ista principia sunt, que consequen-
tibus obscuriora videtur: nullus vnuquam geo-
metria postulata negavit, quod sua luce per-
spicua sunt. at haec si perspicua viderentur, cur
tot philosophorum schola tam constanter ea
negarent? cur Philoponus falsum esse perspi-
cuum demonstraret? quid autem ineptius quam
illud posere, quod quidem si verbo negatum
fuerit, vltius progreedi non possint? sed tamen
præclarum illud principium refellamus si pla-
cket: id quod à nostris omnibus esse miror, qui
tantoper in hac disputatione se exercuerunt.
nam Philip. Melanchtho, ac Theologi distinc-
tionem adhibent, atque id verum esse aiunt
in natura ordinata: sed illud est τὸ ζεῖον ἀρχή
H 4 vt



vt aiunt Dialectici. quæ enim natura fangi potest inconditam; hac enim autem integræ partib; que omnibus coagmentata, materia scilicet ac forma, aut nusquam existet. certioribus igitur argumentis vt tamur. Id autem à formâ præstancia facile intelligemus. est enim forma, generosa, & vt Aristot. scribit, diuinum quiddam habens essentia, ipsiusque naturæ præcipua pars; quod eius beneficio res omnes existant. hac autem non à materia dicitur; vt planum faciam: nec à seipso; cùm formæ auxiliæ à materia penitus intereant, nec per se existere possint ut Aristot. in metaph. tradidit: nec Dei particula sit cùm de pura sempiternaque mente corpus non oriatur. quod Maurus quidam sapiens innuit; cùm diceret: Deum caelestes orbis de luce vestimenti sui condidisse. consequens est igitur ex nihilo in materia ingenerari. itaque Aristoteles libro 11. de natura, formam naturalē ipsius naturæ finem, & efficientem, & formam eff. scribit: Deum vero à naturæ principiis se iunxit, & inanem priuationem, que nec essentia fit, nec verum accidens; inter principia medium collocavit. sed cùm forma singulares perpetuo quadam fluxit orientantur & occidunt, ut libro 1. de natura cap. 1 x. fatetur: posterioribus Peripateticis magnam dubitationem attulit, vnde nam orientantur ad extreum de materia finu ac potestate duci voluc.

volverunt; quod nunquam Aristotelii venit in mentem. ex eo enim sequitur materiam primam, non potestate, sed ipso actu formas habere sibi concretas, ac temerè in formem; aut formam ἀύλας appellari: tum etiam id quod informe est, seipsum informare: formas item materia temperatione constare, augeri denique ac intendi: que falsa esse docet Aristoteles libro V I I . τὸ μετρά τὰ φυσ. tūm etiam lib. I. cap. 111. de animali. deniq; formam non esse principium, sed ab ipsa materia sui ortus initium habere: nec principium simplex, sed cōcretum & compotitum esse: postremò materiam dare ipsis rebus existentiam, id est, τὸ οὐρανός qui si probabilita non sunt ex Aristotelis ipsius doctrina, ne illa quidem vnde hanc manant, probanda sunt; scilicet de materia gremio formas educi. quare extrinsecus advenire statuendum est; id quo d negauit. Aristoteles lib. 11. cap. 111. de animalium ortu, præterquam de hominis forma, quam ipse ὁὐρανός επεστέρας confitetur: illud igitur ab eo extorquendissimum, formam hominis ex nihilo in materia ingenerari: atque idem in formis omnibus iudicandum relinquetur: cùm revera nullam habeat materia vim formatrixem, ac profecto tam inceptum est existimare de materia gremio formas educi, quam despiste Mercurij figuram; cùm ab artificiis mente, opera, idea



idea proficiscatur. igitur falsum est illud quod posuerunt; de nihilo nihil deriuari: eoque disputationis concusso fundamento, cetera minantur. sic enim Philoponus aduersus Aristotelem disputat: si non videtur absurdum è priuatione pura manare formas, cur absurdum videatur de priuatione quoq; materiam primam fluxisse? At Theophractus ipse cum videret plantas non modò in terra, sed etiam in faxis sine semine nati, nihil aliud afferre potuit lib. i. cap. v. de caulis stirpium, quām coeli viam ac proprietatem: videamus cetera. Simile est illud: quod nihil in celo sibi contrarium efficiunt: ac proinde nihil ab interitu metendum, nec sperandum ab ortu. vndēnam igitur elementorum inter se discrepantiū contraria vires: haec enim superiorum vi & agitatio[n]e influere, & ab illis cauſis cōtrarias effectio[n]es cieri faciunt. at cū vnius & simplicis cauſa vnuſ sit effectus, contrariarum contrarij, discrepantes in celo cauſas inesse confitendum erit, non effectiōne tantum, vt magno errore putant, sed habitu natura, id est, vt ipsi loquuntur, formaliter. Quod etiam motum orbis aternum ex eo colligunt, quid tempus sine motu considerare non possit; æque veteriorum est ac sophisticum, vt si quis dicat ante horologium horas non extitisse; aut eo sublatu[m] nullas fore. itaque Plotinus lib. viii. Picus Mirandula


dula

dula lib. vi. de vanitate gentium questionem Aristotelis libro 1111. de natura tam pridem irriserunt ytrum scilicet animo numeratè sublatu, tēpus esse definit. Baſilius vero, Ambroſius, Auguſtinus, ac Moſes Aegyptius, vt inanes illas argutias effugerunt, tempus ab æternitate penitus ſeiuixerunt. Vnum rāmen est ab Aristotelis interpretibus inuestītum argumentum, quod Molēn valde conturbauit; Mundi, aiunt, existentia fuit aut necessaria, aut poſſibilis, aut impoſſibilis. Si impoſſibilis, nunquam mundus extitit: si necessaria, ſemper extitit: si poſſibilis, antequam exiſteret, poſſetas exiſtendi, vel, ut coram verbis vtar, poſſibilitas illa fuit in aliquo ente: igitur erat aliquid quod de potentia in actum exiret, at ego totum illud concedam, & illam, quam querunt poſſibiliteratē, in ente colloco; id eft, in causa effectrice ſempiterna: nec video quid contraria dici poſſit. quid si potestatem in subiecta quoque materia effe oportere putant, magis capiōlum erit quam necessariū argumentum: perinde vt illud: Si primus opifex à priuatione pura peruenit ad actū, fuit aliquid quod illum ad agendum eliceret atque incitaret. cego à ſcipio incitatum aio, velut architectū qui nec materiam, nec aream habet ad edificandum, à ſcipo tamen exicitari ad edificandi cogitationem: fed multò magis ratione repugnat ac




ac veritati, necessariò mundum extitisse : quia velit nolit opifex , obligatur fati necessitate. Hæc precipua sunt Peripateticorum & Abenreis argumenta. Tria sunt Proculi qui à magistro Platone diseedēs, mundum æternum esse putauit, idque Platonem voluisse scripsit, tum etiam Simplicius, Plotinus, Marinus, Syrianus, Appuleius, Iamblichus : atque inter iuniores Beilario Cardinalis, & Foxius : qui, vt Aristotelii cum Platone conueniret, mundi ortum in eius salute tuenda, que Deo semper curæ est, posuerūt alij Platonom ex hypothesi locutum arbitratur, quos Plutarchus & Philo refutant: Proculum verò Philoponus libris **x v i i .** sed tota illa disputatio his tribus argumentis est, vt opinor, comprehensā; Deus, inquit Proculus, mundum sempiternum efficere potuit, voleuit igitur. si voluit, confecta res est. voleuisse planum sit ex eo, quod malevoli est nolle bene agere cùm possit, & eius qui bonis alterius inuidet, malis gratulatur. hoc in Deum cadere non potest, ergo nec illud. iam verò ab otio ad negotium ; ab eo quod nolis, ad voluntatem ferri, mutationem habet ac varietatem à natura diuina, que simplex est ac semper sūi similis, valde alienam. id autem consequens erit, si demus innumerabilibus feculis signauerit quiescere Deum, ac nuper de mundi conditione cogitasse. Postremò si mundus interitum non fentur,

tit, nec ortum habuisse constat. verum illud; hoc igitur. nam omnis interitus, inquit, ab externa vi aut interiore penderit, nulla vis interior asserri potest : extra nihil est metuendum. igitur nullo tempori decursu interibit. cetera Proculi argumenta faciliè à seipso refutantur. Primum illud falsum est, vt bona quæcumque Deus efficere possit, ea quoque velit. potest enim omnes homines ad virtutis actionem ita dirigere, vt si velint, labi non possint: quo sanè bono, nullum Proculo maius, aut magis optandum videatur. quinetiam potuit mundum hanc ita coagmentare, vt nec in membribus vilius, nec in materia, aut forma peccati labes, aut malorum semen vilius inefter, noluit tamen. igitur si non propterè Deum immortalem vilius sceleris incusat Proculus, quod ea mala quæ prohibere posuit, nolit : multò minis si mundum cùm potuit, non ab eterno creavit. Alterum magis vrget, quod ab otio ad negotium ferri, mutationem habet, id est, vt ipse loquitur ἀλλοιον, quia ab illa sempiterna mente longissime absit. sed illud falsum, quod ab otio ad negotium ; à quiete ad laborem Deus feratur, cùm mundum condere cœpir. & quidem labitur Proculus in nature principiis, cùm Deo tribuit quietem, quia aliud nihil est quam priuatio motus. igitur si Deus moueri non potest, nec quiescere quoque. est enim Aristoteli-



lis demonstratione lib. v i. de natura, non tantum immobiliis in orbium conuersione, sed etiam immutabilis, in tuenda mundi salute: non alius igitur quam ante mundi conditionem. persuasum autem habuit Aristoteles dominum esse omnium rerum ac moderatorem Deum; huiusque mundi causam non modo effectivem, sed etiam confermatricem: neque solum immobilem, verum etiam omni sollicitudine ac labore vacuum, sua potentia & virtute gaudere. idem quoque scribit non mutari sapientem cum sapit, aut architectum cum aedificat, quod minus in Deum mutatio cadet, cum in mundi procreatione veretur: itaque non minus ineptè quam impè quidam minuti theologi Deum fordidissimè quibusque occupationibus implicari putant: quod fane præbuit occasionem Epicuro, ut dicere se baileum esse malle quam Deum. vt enim Christus in perspecta, summi patris erga se benevolentia totus acquireuit, ita x i t. legiones angelorum si velit præsidio sibi futuras dixit: ex quo innuere voluit, mundum hum plenum esse animorum immortalium, quorum ministerio veluti seruorum Deus vatur. hoc autem argumenta Procul consimila sunt his Epicureorum maledictis: Si mundus originem habuit, aut casurus est, quid ante Deum egit, aut quid tandem facturus est: his ego impuris hominibus, qui à
Deo

Deo rationem temporis anteacti reposcunt; nihil aliud reponam, quam quod Spiridio in concilio Niceno respondit ad eiusmodi questionem: eterna scilicet suppliciorum loca tam curiosis hominibus, ne nihil ageret, cōdidiſſe. quæ ratio non solum urbana, sed etiam salutis via mihi est: si tamen philosophorum omnium confitans opinio est, summam hominis felicitatem in contemplatione positam: & fa-
cientem à Platone ἀναδιάμενον vocari, ab Aristotele seipso contentum: id est, ἀνταπόκειται, propterè quod in desertissima solitudine constitutus, beatus est tamen preclarata illa mentis agitatione, qua res humanas infra se despiciat, diuinis intuetur. quanto magis Deus seipso contentus est, ac sū viuus contemplatione feci: nūnquam autem seipso maius ac melius cōtemplari potest: itaque Aristoteles libro x i i i. τῶν μετὰ τὰ φυσ. Deum codem modo dixit οὐ ταπείρεται, quo Hebrei 11:6, id est, vt Moses Aegyptius interpretatur, cum qui seipso contentus est, quod quidem si Origenes attentius prouidisset, non arbitraretur Deum mundos consecutione innumerabiles condidisse, sic enim scribit in libris οὐτι ἀρχαὶ, vēritatis, opinor, ne vel Deus inertia languore: vel quod Plato metuit, ne hominum genere penitus sublato, sacrificiis ac laudationibus careceret. quanquam sic arbitrat̄ aequas est, quam mun-




mundum vñā cum Deo sempiternum exticis-
se. & quidem in illa opinione Hebrei plerique
fuerunt, vt Moses scribit, & nostra aetate Leo
Hebraeus. Sed utriusque in maximis erroribus
versantur; alteri quod diuinam felicitatem,
mundi existentiam alteri quod eius gloriam ho-
minum sacrificiis ac rebus caducis inveniuntur;
nulli tamen permisioñi, quam qui Deum yl-
la mundi contagione violari, aut in eius pro-
curatione ac salute defatigari putat. Repudia-
ta igitur Proculi ac Peripateticorum opinio-
ne, relinquitur mundum originem habuisse:
ex quo sequitur ius occausus; si Aristotelis do-
ctrina assentiamur. Cum enim triplex opinio
sit in disputatione qua de mundo habetur; v-
na eorum qui nec initium habuisse, nec exitu
potent habiturum; alteri utrumque affirmant.
tertium genus extitit eorum qui ferendo me-
dium originem habuisse dicentes, nunquam
tamen occasurum. In qua sententia fuerunt Pa-
nætius, Posidonius, Boëthus, & Seneca inter
Stoicos; Thomas Aquinas inter theologos;
Philo inter Hebreos: tum etiam princeps Aca-
demie Plato, huius auctor opinionis. Philo
Moses & Salomonis sententia sicut tuerit:
quibus tamen Iesayas, Esdras, ac Petrus aperè
reclamant; vt ex eorū verbis de interitu man-
di dubitate nemo possit. & in ea quoque sen-
tentia fuit Epicurus; vt est apud Plutarchum,
et iisque

et iisque discipulus Lucretius his versibus:

Vna dies dabit exitio, multoque per annos
Sæuentata ruet mol's & machina mundi.

Sed quoniam theologi Scriptura sacra locos
in varia sententias distrahunt: ac Moses Ae-
gyptius, & Thomas Aquinas Philonis inter-
pretationi contraria stant, placet rationi-
bus vti; quare nulla mihi visa certior est; quam
qua ex Auicenna dictis & Alexandri Aphro-
disi colligi potest. hic enim propter mundum
sempiternum affirmat, quod à Deo mo-
veatur; si autem infinita ac sempiterna men-
tis actio infinita. contrá vero Auicennam pri-
mum orbē à Deo moueri negavit, quod qui-
dem si verum est, vt est, occasus mundi neces-
sariò consequetur: quia finitæ mentis actio fi-
nita sit oportet. si autem primi motoris actio
finita est, mundus interibit, cuius salus ex Ari-
stotelis sententia pendet à motu: à quo rerum
omnium origines derivantur. quod autem pri-
mus orbis à Deo non mouetur, planum sit ex
eo, quod finito corpori, vt mundus est, infinitum
motorem copulare sit absurdum: cum fi-
nitæ ad infinitum nulla sit ratio, vel coheren-
tia, vel habitudo. quid enim absurdius est, quā
quod Aristoteles & Abenreis, Deum, quem a-
ctu infinitum appellant, cùdem mundo, id est,
corpusculo finito sic coniugare, vt ab eo di-
uellī non possit? quid autem minus philoso-



pho dignum, quām efficientem causant, quā
sit infinita, cum effectū finito sic colligare, vt
vno existente alterum existere sit necesse? sic
enim Aristoteles philosophatur de mundo ac
Deo, vt de calore & igne; de sole ac luce, quo-
rum alterum alterius sit efficiens causa, sed ei
tamen ita cohereat, vt auelli ne cogitatione
quidem possit: at oportuit in eo generi mun-
dum mentem esse, aut Deum corpoream ha-
bere naturam, si causa eiusmodi esset vt ab ef-
fectu minimē diuelleretur. ex quo sequeretur
illud; Deum Aristotelis, quem mundo veluti
spongian lapidi affigit, ac perpetuo motu fa-
tigat, non modo infinitum non esse, sed plane
mundo cōcretum & finitum, vt lux soli, at ipsi
faretur in libris τρόπων μετά τὰ φυσικά. mēnes o-
mnēs ab omni concretione corporum liberas
esse ac solutas. non est igitur Deus eiusmodi
causa, vt sine effectū consistere non possit: &
cū agere sit infinitus, non potest vla ratione
finito & exiguo corpori, sive origine, sive sta-
tu, sive motu conserui. ac tametsi certa ratiō
est exigui seminis ad mundum vniuersum, vt
demonstrat Archimedes, vbi atēnam numero
complecti docuit, propterē quod vtrunque
corpus est regione ac termino definitum, mun-
di tamen ad id quod est infinitum, nulla ratio
cogitari potest. que ratio facit vt Deus effice-
re Deum nequeat: quia infinitum ab infinito
fluere

fluere non potest: ita mundum, quem exīgo
quodam orbis ambitu cinxit, non magis æter-
no motu, quām magnitudine infinita potuit
omnare, quare nec Philoponi argumentum A-
benreis dissoluerē potuit; si mundus est finitus
potestate habet finitam. vt igitur Proclus
argumentat aduersus Anaxagoram & Me-
trodorum, qui loca magnitudine infinita, mun-
dōsque innumerabiles posuerunt; απερία,
inquit, ή τρόπων μετά τὰ φυσικά, id est, infinitas tollit
Deum: ex iisdem fontibus argumentum il-
lad hauriemus; si locorum vel corporum infi-
nitias tollit Deus, igitur motu sempiterno, vel
temporū, quz à motu pendent, infinitate
posita, Deus tollatur necesse est, cū motus
sempiternus complectatur infinitatem secul-
lorum, ex quibus si fluxerint annorum sexcen-
ta millia, ne momentum quidem erit infiniti
ratione. atque in eo fallitur Scaliger, qui Phi-
lipponum coarguens, negat tempus actu infinitum
existere, sed sola successione, vt formæ
singulares. non enim prospicit infinita menti
ac temporis illi Deo, nihil prius aut poste-
rius esset: sed totum illud tempus quod tempi-
ternum ponit, actu infinitum perinde vt pre-
sens ac instans, quo finitur tempus, haberi:
aliо qui non esset actu mens infinita. recē igitur
Augustinus scribit, nihil in rebus, aut locis,
aut temporibus, aut motu, infinitum esse pre-



ter Deum . Illud etiam non minus absurdum, si Deum primi orbis motorem fingamus, futurum est ut illum redigamus in ordinem eorum que dicuntur intelligentiarum minorum, ac numen illud praestantissimum mentis iisdem actionibus impediamus , quibus inferiores orbium mentes ; quod sine scelere ne cogitari quidem potest . cum igitur Dei maiestas ab ordine animalium longissime absit , sequitur primi orbis motorem non esse . ac proinde si mens inferior motrix est , officio quoque , potestate , actione , finita sit oportet , præterea rerum ordo , series , ac dignitas postulat , vt quædam moueant tantum , veluti impura materia concreta : quædam moueantur ac moueant , vt orbis coelestes , qui ab intelligentiis mouentur , & vicissim hæc inferiora mouent : quædam moueant duntaxat nec moueantur , vt mentes quæ celos ac sydera circumagunt : sunt enim ipse immobiles , vt Aristoteles lib . v i . de natura demontrat : extremum est , vt sit aliquid quod nec moueat nec moueatur ; id autem Deus est . Ex quo intelligitur primum orbem ab alia mente quam à Deo moueri , à quo velet à fonte perenni ortum habuerunt mentes inferiores , à quibus orbis moueri cesperunt ac desinunt , cum sint finitæ . contrà quæm putat Ficinus , qui mentem hominis infinitam esse feribit , nam ista ratione cùm à Deo proficiat

scatur

scatur secunda mens , infinitum ab infinito manaret , quod naturæ principiis omnino repugnat . Quid autem absurdius est , quam ea quæ sensu prædicta sunt & corporeæ , cum intelligentiis bona cum malis , infinita cum finitis , incorrupta cum caducis , deniq; tota ratione secum discrepantia , planèque contraria , eodem naturæ semper ergo vinculo copulare ? vt sit infiniti boni ac mali , Dei & cælestis monis idē nexus ? Illud quoque non leue est argumentum Scaligeri , quod motus omnis vergit ad quietem , vt videtur est singularis rerum naturis . igitur orbis quoque coelestes ad quietem inclinabunt : quod sine mundi obitu fieri non posse constat . hoc argumento mundum interitum concludit . sed de populari obitu intelligentiæ est : quoniam quies est priuationis motus in eo quod rufus moueri potest . ita quoque intellexit Leo Hebreus , Lactantius , ac veteres illi qui ante mundi huius ordinem , statum , figuram , putarunt omnia fusile in rudi materia confusa . atque hoc pertinet argumentum illud , quod Theophratum conturbauit , vt videtur est apud Philonen in libro quem inscribit mundum non esse interitum . est autem eiusmodi ; Partium ac totius eadem ratio sit oportet : igitur si mundi partes labitur ac diffundit , totum occidere necesse est aliquando ; saltem occasu populari ; vt cùm animantia , plantæ , stirpes , ab

I

3

igne



igne absumuntur, & vilissimam subeunt cineris natura amissa nobiliore forma: idem quoque de celo iudicandum. Proculus cum in eadem angustias delapsus effugere non posset, hac clementia, quæque ex his conflantur corpora, mundi partem esse negavit, sed apostolema duntaxat, & velut appendicem, vt est apud Philoponum. sed hæc opinio tam absurdæ, refutatione minus egit: videtur tamen Theophrastus ita dissoluere, vt occasum mundi futurum concedat, si quemadmodum singularia vicissim ita quoque vniuersita simul obiret: previso enim digito, inquit Philo, nihil vetat quod minimis viis possit, atq[ue]naturum vitrum membris quibusdam captus homo vniuere; sed an pars vila corporis vitam amittere possit: nam ex eo iudicatur corporis totius fluxa natura; quemadmodum ex aquæ guttula, sapor fontis, nequæ enim partes homogeneas ab heterogeneis Theophrastus in illa conclusione diffinxit. alioqui fatidum erit eiudem animalis: est autem Academicorum omnium ac ipsius Theophrasti consensu mundus hic animal) alteram partem, & quidem corpoream, ita coagimentatam vt partim intereat, partim interitus sit expersus: que tam ridicula mihi videntur, quam quæ Aristoteles ex auorum memoria disputans, neminem ait interitus celi meminisse. at isto modo aurum, vel adamanteum, vel amian-

thon

thon adamante duriorem, aut etiam ferrum il lud quod in Dario nullis ignibus liqueficeretur, semper tum affirmare, cum nullus minorit hæc à seipso interitum sensisse. Ex omnibus tamen omnium argumentis nullum maius visum est argumento Philonis, quod ex abdito & sacris Hebreorum fontibus manauit. Non est, inquit, Deus auctor & origo & confusioneis: sed ordinis. si ergo mundi procreationem gerit, non patietur labi ac interire. eadem causa Molem Aegyptium impulit, vt dicaret, Deum nulla indundua præter hominem immortalem curare. idque Aristoteles & Alexandri doctrina congruit, qui non putant id interitum quod immortali Deo curæ sit, ex eoque fieri, vt formas quidem vniuersas Deus tueatur, singulares fluxas & caducas negligat. eadem ratio Manichæos impulit, vt duo pari potestate principia statuerent, unum bonum omnium & ordinis; alterum malorum, interitus & confusioneis auctorem, quod vt Moses Aegyptius & Augustinus effugerent, interitum, mala, confusione, non in habitu, sed in pure præstatione boni collocarunt, si tamen ex Aristotelis doctrina malorum habitus statuamus, vt theologi plerique, non video quid absurdum consequatur, cum Deus non propterè mali ac interitus causa sit per se, sed ex vnuferet tantum, vt cum scelerati

I 4

curam



curam omittit, aut etiam viri boni, vt de Iacob fatur: idem principi tenebrarum permittit, qui sceleratum & nefarium hominem male perire faciat. hec Mosis Aegyptij opinio est. idem quoque de interitu mundi ac omnium rerum iudicandum videtur: quarum curam simulac desernerit, collapsura sunt. ac ne quis ex de re dubitaret, ipse Pharaonem, quem Hebrei principem tenebrarum interpretantur, sibi excusat dicitur, vt in eis suam gloriam ostentaret: vt que hic labefactaret & corrumperet, ipse instauraret. Sed placet Philonem Hebreum ac Platonem Leonis Hebrei argumento efficacissimo conuincere. aiunt illi celum ac sydera, quæque creata sunt ob id interitus, quid ortus fui principium haluerit. igitur Deus sibi ipse repugnare, qui corrupcio le aliquid fecisset, quod tamen corrupti nollet. quid si verum est ex igne & aqua celum esse coæretum, vt Philonous ex Academicorum sententia disputat, ac Hebrei sapientissimi nature interpretes affirmant: id enim voce ipsa, טהראת קדש, vel ut alii, קדש טהראת ignis & aquæ rationem complectuntur: quis dubitet celum quoque interitus? id quod Aristoteles faceri cogeretur, quintam celo trivit naturam, quæ qualisque sit nusquam explicat. non debuit igitur ignota celi natura sempiternam affirmare. Sit igitur hoc postremum,

mum, ne omnia differantur, quod quaratione disoluti possit non video. Si mundus naturale corpus est, ex materia formaque conflat, vt omnes physici tradunt: ac proinde concretus: nihil autem concretum & partibus coagmentatum à seipso effici potuit. ex ipsis Aristotelis disciplina. igitur causam habet sui efficientem illud quoque Aristoteles cōfiteretur: quem Cardanus parum affectus, Deum mundi causam efficientem esse negauit: quod nec philosophum deuicit, nec Christianum. at ex his cōsequens est vt mundi causa prior sit effēctu, non solum ipsa natura, sed etiam tempore: aliquo naturale corpus, & quidem ex heterogenesis, sive disimilibus partibus confari poterit sine tempore, ac ipso momento: quod naturæ principiis & Aristotelis doctrina repugnat. igitur consonantem est non solum mundo priorem esse Deum natura, verum etiam tempore: tum etiam mundum ex ipsa natura concreti corporis interitum. Sed audire iuvat quid respondeant cum ab illis quaeritur, vbi tot annorum milibus Respublica ac imperia latuerunt, vbi tot seculis rerum memoria gestarunt: ad hæc, incendiis, aiunt, & eluvionibus in orbem sepe recurrentibus homines obire: ac vicissim è terra nouo calore ac semine grauida renasci. hanc opinionem ab Aegyptiis acceptam Solo in Gracia disseminauit,



uit, quam deinde Anaxagoras, cum Plato in Menexeno ac Timo: post Aristoteles in problematis: deinde Abenfina in libro de diluvii confirmauit. tandem huc Aristotelii displexus se videtur opinio lib. 1. mete. & Abenfai lib. 1. 1. de animo; vbi negant villa tanta fuisse diluvia, que terras omnes inundarent. hac opinioratione ducti, quod nulli hoc tempore satui gygantes, at ne exigui quidem Myrmidonnes, vt olim è terra prodirent. an quia non satis pingue solum? negabat Aristides, qui in Panathenaicis solos Athenienses de generis nobilitate iure gloriari putat, quid soli sint indigene terræ parentis, id est, *αυτοὶ γῆνες*, quanvis Attico solo nullum magis sterile videatur. at in Aegypto vbi sunt aquarum uberes inundationes, ac tellus, ut ait Poëta, sine nube ferax, id numquam contigisse proditum est. an quia sol decrepitus est, aut tellus effeta? quoties igitur mundum hunc velut animal hydropis, aut acuta febre coripi putant, cum incendiis & eluvionibus labefactatur, profecto materiam vetustate; mundum senis interirorum confitentur. atque id vniuersa natura perspicue demonstrat. Plinius libro v 1. tradit omnes scriptores conqueri genus hominum nec multitudine, nec magnitudine, nec robore, cum veteribus posse comparari, quo fit ut fabulosi nostri Imperatoribus videantur, cum audiunt Xerxis

Xerxis innumerabiles exercitus, aut Alexandrum magnum ac Cesarem mox trecenta, mox etiam quadringenta millia hominum uno prælio fregisse: que tamen sacris literis confessane sunt. Creta verò quæ ab Homero ē *χερτίου πόλις* dicebatur, Centum, inquit ille, urbes habitant magnas, vix hac ætate tripolis dici potest, quinetiam Diodorus scribit, olim in Aegypto decem & octo milia ciuitatum illustrium in sacris libris comprehensa: postea Ptolemaei lagi temporibus, tria milia extitisse, haec vero ætate vix in Aegypto & Asia tot restringerunt. sanè magnitudo incredibilis ossium, quæ etiamnam his temporibus integræ seruantur, certissima fuit miræ magnitudinis hominum argumenta. Sed ex omnibus nihil admirabilius est, quād quod ad sempiternam posteritatis memoriam, Copernicus in libris revolutionū, deinde Reinoldus, post etiam Stadius, mathematici nobiles, peripius demonstrationibus docuerunt, Solis apud terris esse propiorem, quād Ptolemei ætate (floruit autem Adriano principe) duodecim partibus, id est, uno ac triginta terræ semidiometris, vel, vt Germani suis spatiis metuntur $x \times v$ 1. millibus sexcentis & sexaginta miliaribus Germanicis, que Gallicis altero tanto maiora seruantur: id autem cum viu frequenti & explorata demonstratione compertum habe-



haberet Philippus Melanchtho, ad cœlestium, terrestriumque corporum tabescemt natu-ram referendum putauit: ut hæc elementa so-lis calore commodius fœtuatur: quod Scaliger cùm audiret, flagris dignos putauit qui talia scribūt: ipse flagris indignus erat, quòd earum rerum ignorantia, sepe, & quidem pueriliter, lapsus est. Cùm igitur fluxa sit & caduca mate-ria cœlestis, efficiunt illud quoque, vt orta fœ-rit, & aliquando sit interitura. qua cùm ita sint, tempora sihas origines & exitus habere con-stat: id autem est quod quereramus.

Temporis
series.

Nunc temporum ratio nobis est ab orbe condito ex historiarum monumentis hauien-da, quod ex aridis fontibus Græcorum fieri nullo modo potest: cùm enim historia Troia-næ nullam habeant antiquiorem, quam tamen Thucydides magna sui parte fabulosam esse tradit: & cùm Homerus ipse post Orpheum & Linum antiquissimus scriptor, ducentis annis à bello Troiano clauerit, confitancem est vulgi errores ac fabulas pro vera historia tra-didisse. vt vt sit, Plutarchus à Theseo principi-pum vitas aufpicatus superiora fabulis confusa esse affirmat. fertur autem Theseus ante Romulum annos circiter quingentos claruisse. Abimelecho Hebræorum duce: qui annus est ab orbe condito bis millestimum ac septingen-tefimum supra quadragesimum. ab aliis igitur quām

quām à Græcis temporum vetustatem exqui-ramus. at ex omnibus altiarum gentium scri-ptoribus antiquiore Mose video neminem. Herodotus antiquis. Ctesias, Hellanicus, Xe-noph. temporibus æquales, annis mille octo-ginta Mose juniores sunt. Herodotum proximi-mè sequitur Thucydides. deinde Berodus Cal-dæus Herodotus junior annis ducentis. Bero-dum exceptit Manetho Aegyptius; tum Meta-sthenes Perla, temporibus Alexandri magni. horum tamen exigua fragmæta restant, si mo-dò ab his scripta sunt. de Metasthenæ & Ctesia minus ambiguit. nisi quòd hic à Diodoro li-bro 11. reprehenditur, in regibus Assyrioru: laudatur ab eodem in historia Persarum. con-trà quam Eusebius, qui rectè Assyriorum, ne-gligenter Persarum tempora colligit. itaque ad Ioseppum Hebreum Mathatiae non Gorio-nis filium (quem Munsterus eundem esse putat, cùm ex bello Iudaico aperte resellatur) re-currendum nobis erit. hic enim duobus libris aduersus Appionem antiquissimos historicos, qui tum in manib[us] terebantur, cum Mose con-tulit, & iustis ponderibus examinavit. ex quis-bus illud primum intelligitur, falsum esse quod Appio è Timore Platonis aripiuerat; Argyp-tios scilicet annorum octo millium historias in monumentis habere consignatas; absurdius etiam quod Herodotus predecim annorum milii-




millibus apud Aegyptios regnum audierat, absurdissimum quod Cicero in libris de Divinatione, à Caldeis iactatum scribitur in periclitandi hominum ingenii, annorum cccc. lxx. millia posuisse: Diodorus ascripsit, cccc. iiii. libro 111. sed id fabulosum esse affirmat. Iosephus vero certissima temporum ratione, collecta ex historia Phoenicum & Manethonis, qui Aegyptiorum arcana literis sacris comprehensia per rursum, Aegyptiorum & Gracorum fabulas inanem aperie confutat, descriptis etiatis regum Aegyptiorum ac Phoenicum. quanquam Diodorus ante Iosephi etatem in Aegyptum profectus, ut populi antiquitates penitus intelligeret, caperit omnem quae de Aegyptiis haberi poterat historiam, tribus annorum millibus ac scriptis comprehensam, idque testatus est lib. 11. vbi refutat Aegyptiorum mediacia, qui ut generis antiquitate ceteris praestare videbatur, trium ac triginta milium annorum antiquitates se habere praedicabant. ego Diodori tempus illud de arcans Aegyptiorum verissime exprimum contuli cum historia Philonis, quam doctissimi quique sequuntur ab eoque ducentis circiter annis discrepare intellexi, deraeactis temporis patio quod inter Philonem ac Diodorum intercedit. id est, centum paulo minus annis. nam ab orbe condito ad

Philo-

Philonen (qui legatus ad Caligulam missus est ab Hebreis) numerantur annorum quatuor millia. maius etiam argumentum ex Simplicio collegi. is enim tametsi Hebrorum & Christianorum se acerrimum hostem praebet, preferim vbi Proculū aduersus Christianos tuerat; nihilominus in commentariis libri primi de celo testatum reliquit, Aristotelem literas ad Calisthenem dedisse, vt tantisper Caldeorum antiquitates ac monumenta conquireretur, dum alij prædicti intenti Babylonem diriperent. sum Calisthenem rescripsisse, conquisita diligenter à le Caldæorum monumenta, sc̄e reperiisse historiam annorum M. DCCC. I. qui numerus ad vnguem congruit cum sacra historia Moysi & Philonis, si ab Alexiandro magno regrediamur ad illud tempus quo priuati dispersi tradit Noe filios in orbem terrarum, ad Semigentem inter terra Sennar, ad orientem Armenie, in qua nauis illa salutaris confliterat, sedes que sisse est autem Armenie orientalis Caldea paulum ad meridiem vergens. Hoc igitur imprimis animaduersione non minus quam admiratione dignum est, quod Calistheni ac Moysi, qui è purissimis fontibus veritatem hauserunt, conuenit; quod attinet ad vniuersitatem temporis rationem. id quoque proxime Diodoro congruit, si tempus ab orbe condito repetamus, ad siam vñque statens.

nec



nec miror est Xenophontis de æquiuocis, & Archilochi de temporibus (si modo fragmen-ta illa scriperunt) congruëta cum Mose, nam uterque Nînum imperasse scribit post diluvia c. c. 1. annos: & alter quidem id colligit ex epitaphio Nini, quod ei Semiramis inciderat in columna. id vero tempus rationibus Philonis & Hebraeorum planè respondet. Adhuc Metathenes Persa, ex ipsis Berosi Caldaei testi-monio, eius inquam qui tunc integer & incor-pruptus extabat, temporum seriem ab extre-mis regum memoria repetit, paululum admodum discrepat ab Hebrais, sed illud memoratu dignum est, quod Iosippus aduersus Appionem docet elusiones Berosi scriptis comprehensas suisse, & natum illam, quæ animantium ac geris humani seminarium cœserunt, in monte Cordico conquisiente, ut etiamnum Alexandri temporibus adhuc fragmēta restarent, unde bitumen ad expiations colligi solebat. atque hæc Hieronymi quoq; Aegyptiæ ac Mana-faz Damasceni auctoritate confirmat. quamquam I. Butco Delphinas geometricæ demon-stratione perpicuum fecit, natus illius magni-tudinem longè capaxissimam ad alimenta, omniūque animatum salutem exituisse. Omis-to quod veteres Poëtae rei veritatem à mai-oribus acceptam ad fabulas innescas trahulerunt. nam Janus ab illis est appellatus, quod vinum iain

iain Hebrais dictum, inuenisse diceretur. vt il-lud quod sacra scripture de Chamo, qui pa-tris pudende reuelauit, ad louem traduxerunt, alij ad Saturnum, quod alteruter patris genita-ria exeruerit. ac Hebraeorum plerique inter-pretes de Chamo idipsum prodiderunt, vt scri-bit Rab Leui ad Genes. cap. ix. consimilis est historia Gigantum, & Androgyni, quam om-nes Hebraeorum interpres, verissimam esse-auit. Plato ad fabulas detorvit. Nullum autem ad sacram temporum historiam confirman-dam, certius argumentum improbis opponi potest (neque enim talibus argumentis egent boni) quia quod Berossus Caldaeus ab ipso Nohi vix ad Sardanapalum: hic Metathenes ex historia Susiana vsque ad Alexandrum: quinetiam Ctesias antiquissimus ab Herodo-to, qui quis ab ipsa regia Perfumari annales in Greciam detulit, testa Diodoro: postremò ip-sius Manethonis, Aegyptiæ tempora cum fa-cris literis, & cum Calithenis historia ita con-spirant, vt Caldaeorum & Hebraoram: cum Aegyptiis discriben omne, non minus trecentorum sit annorum, quod tamen mirum vide-ri debet, in tanta scriptorum multitudine ac va-rietate annorum. nam Iosippus ex antiquissima historia Phenicium (à quibus Graci scribere ac loqui didicerunt, vt ipsi confitentur) planum facit templum à Salomon conditum



annos ante Carthaginem fundatam c'xi. idque collectis regum singulorum extatibus deinde Danaum Rameis Aegypti fratrem, vetustissimum Graecorum principem ex Aegypto in Graeciam profugisse, anno cccxiiii. post occupatum ab Hebreis Palestinam: & ante excidium Trojanum annos ccc. idem quoq; docet Cadnum Thebarum conditorem, literas in Graeciam detulisse iisdem temporibus, quibus floruit apud Aegyptios Pharaon Menophis; apud Hebreos Othoniel, dux à Moze tertius. regum vero etates ex Manethonis Aegyptij fontibus & historia Phœnicum, se hauis Appioni aduersario testatur. neque enim talis tantusque vir in historia ipsi Appioni comperta mentiri vellet. Herodotus, qui Manethone antiquior est annis fere d. ac Diodorus Herodoto junior annis dccc. eosdem feci principes Aegypti compleuntur, quos Hieremias; cuius historiam Herodotus ad verbum sequi videtur post Apriyem, quem Hieremias Ophrea vocat, cuius temporibus floruit postea persequitur Herodotus consequentium regum etates usque ad Pflammitum, qui à Cabyle rege Periarum captus est, ac regno spoliatus. deinceps Aegyptum tenuerit Perix, definit autem Herodotus in fuga Xerxis, qui cotigit anno mudi ter millefimo cccccxxxvi. cooperat autem à Gyge

¶ Gyge principe Lydorum, qui eodem quo Manasses tempore imperauit. sed cum Aegyptiacis historiæ tempus sibi breve videretur, præ illa quæ cerebatur annorum octo milium historia illud scribit, Aegyptios iactare se ante Menam, qui primus ab eo rex Aegypti appellatur, trecentorum ac xx x. regum historias habere sacris literis consignatas: nec tamen villus nomen ab iis vel acta commemorantur. sed cum multis argumentis huiusmodi fabula refelli possint, tum verò nullum maius est, quam quod Cl. Ptolemaeus homo Aegyptius, syderum inerrantium radices & ἐποχανά Nabonassare velut ab ultimo principio & antiquissima Caldaeorum obseruatione repetit. claruit autem Nabonassar, qui Salmanassar appellatur in libris regum, anno mundi ter millesimo; ante Ptolemaeum dcccclxx. ut ipse in libris magna confringuntis scribit. cetera que ab Hyparcho, Methone, Eudoxo, & Aegyptiis didicerat, his temporum curiculis sunt comprehensa. quod si Aegyptij aut Caldaei motus celestes annorum ccccclxx. milium in tabulis notaissent, cur Ptolemaeus Aegyptius Caldeis proximus, annorum duntaxat octingentorum motus collegisset? hoc enim ad eas quas fusceperat demonstratio maximè necessarium suisset. at ignotos interratum syderum & trepidationis motum reliquit: ut Arabes



Arabes primū, deinde Regiomontanus & Copernicus perficū demonstrarunt. Ne Solis quidem motus omnes aſequi potuit; cum negauerit Solis apida moueri, que tam post atatem Ptolemaī, id est, annis mille trecentis ſexaginta ſignum integrum percurrit, deprehenditur. Sed non deunt qui calumniant ea quae de hominum ætibus à Moſe ſcripta feruntur, quanquam Moſe ſeipſe ab illorum calunnia facile vindicabit: nihilominus tamen Iofſippus lib. I. cap. 111. antiquitatē decem hiftorico ſ laudat, qui vitam hominum tradidit modo ſexcentos, modo nongentos annos ſuperaffe. Manethonem, inquit, Berofum, Mochum Hefſtæum, Hieronymum, qui Phœnicum veteres hiftorias colligit; Hefnodum, Hecataium, Hellanicum, Aculiaum, Eþforum. hi etiam addemus Xenophontem, cuius auctoritate Plinius ac Valerius vtuntur. Is enim regum maritimorum ſtates aliquor complextus, vnum quidem vixifile tradit annos D. C. alterum D. C. C. quis igitur tot ac tam multis ſcriptoribus ſidem derogabit? quid si quis patet annos menſtruos ſuile, ut plerique puerili-ter putant, qui mirum videri debuit Xenophonti regem maritimū annos menſtruos D. C. vixifile, qui Solis annos efficiunt quinqua- ginta? nam ipſe Xenophon non agita ſuperate. quinetiam ſenectente hac mundi ſtate multorum

multorum ſcripторum cōſensu proditum eſt, Ioannem, qui de téporibus eſt appellatus, annos c. c. impleſſe. Plinius quidem ex certifi- mis tabulis Cenorum, quoſdam annos c. L. vixifile refert. quid si menſtrui anni fuissent, oportere homines apud Moſem, qui anno trigesimo liberos ſuilebant, bimotis ac tri- mos genuſſe, fed eo nos errore liberavit Moſes, qui septimo cap. libri originū dies ccc- lxxv. annua conuerſione complectitur. itaque Plutarhus eos irridet, qui putant ante Nu- manm Romanos annum decem menſibus cir- cunſcripſſe, propter quid populi omnes duodecim menſibus annum ſemper definiērunt, quanvis dies exempliles numerandis rationem redderet incertam. Iam origine mun- di temporumque ſimilium confitutus, que ex Agyptiorum, Caldeorum, Phœnicum, & Hebræorum cōſensu, annorum quinque mil- libus & ſeptingēis ad ſummum definiuntur; reſtat ut ilam annorum circiter ducentorum aut c. c. diſcrepantiā que Metatheni cum Hebræis, tum etiam Hebreis inter ipoſos, poſt etiam Eulebio cum reliquis intercedit, quoad eius fieri poterit, excutiāmus: tametq; Lucidus, Funuccius, & Onuphrius multa diligenter in eo genere animaduerterunt, multa fuit camen que adhuc reſtant explicanda. Erroris autem origo multiplex eſt; eaque perſpecta facilius



error emendatur. Primum enim Perſe aliter atque Græci & Hebrai aliter quam utriusque Perſarum & Aſyriorum principes appellariunt: ab iis etiam Aſgyptij discrepant, vt lui quisque idiomatis vim ac puritatem retineret. interdum etiam nomina detorſerūt. hinc natae ſunt illæ quæſtiones de regibus Aſyriorum, Perſarum, & Aſgyptiorum: à quibus ratio temporum ducebatur. Alius etiam error inde manauit, quod Græci & Latinī, Hebræorum & Aſgyptiorum antiquitates & lingua ignorarunt. Eusebius Græcorum bibliorum interpretes fecutus, ducentos ac mille amplius annos quam Hebræi complexus eft ab orbis conditione ad Christum, & cum Moſes ab orbe condito ad diluvium posuerit annos M. D C L V I: Eusebius bis milles c. et x l i: propterè quod septuaginta interpretes, vel potius librarii, quinto cap. Geneseos vitam hominum ducentis interdum ac trecentis annis longiore fecerūt, quam Hebræorum scriptura patiatur, erroris etiam non minima cauſa videri potest, quod Græcianos ab eſtio ſolsticio incepunt: Latinī ab hiberno: ceteri qui ad occafum, à verna ſectione: Arabes ab ingressu Solis in Leonem, vt Solinus & Firmicus lib. 111. tradid. Orientales vero: id est Caldaei, Perſe, Indi, Aſgypti, Hebrai ab autumno; quo tempore mundus eft à Deo creatus, vt Iofippus libro 1.

anti-

antiquitatum, cap. 111. ſcribit, & Rabī Eleazar in Genesim: בְּרֵאſתְּהַ, hoc eft initio, יְהִי שָׁמֶן id eft menſe Septembri arcanum menſis eadē literatum conuerſione cōpletū putat. id etiam conformat rabi Abraham, in cap. v 11. Danielis: tametū Moſes Niſan, qui Xanticus Mace-donibus, Latinis vero Aprilis dicuntur, ordine prium poſuerit Deus, quod eo menſe popu-lum liberaret, nihil tamen in reliquis immutauit, vt Iofippus reſtaſt. atque id intelligi potest ex eo quod iubet Moſes Exod. cap. xxiii. diem festum coles, inquit, in exitu anni, cum fruges in horrea congregaueris. quare fallit Grecus, qui Hebræos à ſectione verna cepiſ fe trudit, quod mundum eo tempore creatum putarent, vt rabi Iofue, quem refellit rabi Eleazar. Plutarchus in ſympoſiacis quæſtione il-lam diſputat. fed omnia diſputatione, si veris initio fruges inchoate non mature fuſſent, eodem modo animātā imperfēcta aut laetentia Deus feciſſet, ac nūtrices adhibuiſſet. Non minus labitur Mercator, qui mundo naſcente Solem in Leonē fuſſe putat, eoquæ fundamen-to malè iacto, cetera que deſideriū motu ad historiæ fidem reſtituit, ruinam minūtū. omitto leues olea conieſturas post elutio-nes: & cetera id genus que leuiora ſunt, quam ut re-felli inereantur. Fides ſigilat penes Molem, penes Hebræos, qui in priuatis ac publicis ne-

K 4

gotiis



gotiis à Septembri mense incipiunt, ut etiam Græci, quod planum sit etiam ex ἀρχαὶ της Μιτυλενῆς. Hanc quoque causam erroris fuisse confit, quod Aegyptij, Persæ, ac Hebræi, certam ἐποχὴν, seu radicem temporum nullam haberet, sed regum ætatis tempora definirent. Graci ac Latini melius: alteri ad Olympiades; alteri ab Vrbis conditione tempora retulerunt. Christiani quoque, quāquam ferò admodum, id est, anno Christi sexcentesimo, temporum ratione à parte Virginis ordiri ceperunt. Arabes ab Hegira, id est, ab expeditione Muhammedis, que ceperit anno Christi D C X I I . & hoc anno M D L X V . numerant annum D C C C L X X X V I I . nec alia radice vtuntur, ut videre est in historia Leonis Afric, qui vno tantu loco libri tertii, Hegiram ad annos Christi accommodauit. & ex eorum editiis que promulgata vidimus. Ex quo intelligitur eos labi ac decipi, qui Hegiram ab anno Christi c c c x c i , vel ve Genebrardus ab anno D C X X I , auspicantur. Hispani vero non ita pridem, id est, ante Ferdinandum, qui Catholicus est appellatus, anno M C C C C X C . temporum originem ac veluti radicem quam ipsi aera vocant, ab anno imperij Augusti x v i . quo promulgatum est edictum Taracone, ut describeretur inuenitus orbis, census tamen factus anno imperij x l i . ex quo intelligitur

X V I .

xxv i . annis ante Christi nativitatem incepisse, ut scribit Gerundensis. Rodericus vero Toletanus cap. vlt. x x v i i . annorum discrimen facit. Sed concilia qua habita sunt in Hispania, Gothis imperantibus, sumunt exordia temporum ab anno quo edictum promulgatum est: post Ferdinandi tempora, rationem annorum Christi fecuti sunt: post etiam Hebrei in actis publicis & priuatis temporum ἐποχὴν ab orbe condito usurpare coeperunt. est autem quinque millesimus trecentesimus ac vigesimus quintus, anno Christi n d l x v . qui Philonen sequuntur, ducētos ac duos annos adiiciunt, ut sit hic annus mundi, quinque millesimus quingēsimus & x x v i i . Olympiadas vero c c l i x . annus quartus: diuinij ter millesimus octingēsimus leptuagefimus secundus: Hegire millesimus ac decimus quartus: Indictionis octogesimus quartus annus decim⁹. his enim numeris in historia vniuersitatis vtendum est, ut tēpore sint ubique certiora. est autem Indictio tributus genus apud Aeonium & Pliniū iuniorem, nec temporis cursum significare ceperit ante Constantinum magnum. ceperit autem anno Christi c c x i i . ante diem v i i . Calēd. Octobr. Constantino II. & Lino II. Aug. cosi. idque in fatis Graecorum scriptum est his verbis: IN ΔΙΚΤΙΟΝΩΝ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΙΑΝΩΝ EN.



ENT TET^ΘE N A P X H. quo die Ma-
xentius Augustus à Constantino magno cœ-
sus est, & pax ecclesie Christianæ restituta. Ita-
que decretum est in cōcilio Niceno, ut diplo-
matibus Indictiones ascriberentur, vt scribit
Bidas: propterea quod nondum anno Christi
vtebantur, sed anni Imperatorum; qui quod
identidem mutarentur, plāne incertam redde-
bant rationem tēporum. decretum est etiam
vt circulus Indictionum caperet x v. annos ut
Olympias vna quatuor. Sed etrandi causa nul-
la maior fuit, quam ex ignoto solis ac lunæ cur-
si: in quo tamēt omnis antiquitas se valde
torsis, efficerē noui potuit, vt certam annorum
ac mensium rationem haberemus. nam Leo-
strati ex cōtra dīs meadowē reperte sunt nec
vnum præbuerunt: & aurea quæ dicitur
regula Metonis nouemdecim annorum, fal-
lax, ad eo ut anno post c c c x v i i. dies vnum
ac ferē x v i i. hore superarent, quo solis cur-
sus lunæ anteibat, fallax etiam Clippi annus:
mendoza Hyparchi regula trecentum quar-
to post anno vnius hora errorē indicarunt.
nec multo certior Philolai ac Democriti: ēgyp-
tiani: postremo Cœfari annus hoc habet
incommodi, quod lunares sustulit, & nū plen-
nus est erroris. nam paulatim æstiuæ ferē ad
hibernos menses regreduntur. Cum igitur in
tantis erroribus cœlestium motuum, Græci
folis

folis annum haberent, sed annis lunaribus vte-
rentur dierum c c c l i i i i. quos tamen alte-
ro quoque ac tertio anno intercalarent, uno
die superante; prēter meniem intercalarem, qui
nunc tertio, nunc quarto quoquo anno infere-
batur, nec æquinoctiorum, nec solstitiorū vila
ratio haberi poterat, cūm mēs per totū annū
vagaretur spatio annorum x x x i i. Romani
verò multo grauius in eo genere peccarūt, qui
primò annum diebus quatuor ac c c c. confi-
tuerunt, vt quidam putant (quod tamen negat
vnum Plutarch^{us}) deinde adiecīt à Numa duobus
mensibus lunares anni facti sunt: sed inter-
calarium tanta extitit varietas & confusio, vt
ratio sautorum mox hibernis, mox etiam affi-
uis mensibus immutaretur, auctore Tranqui-
llio. Hebrei quidem lunaribus vtebantur, sed
tertio quoque anno meniem intercalarem in-
serabant, qui ab illis Vaadar dicebatur: id est,
geminatus Adar. quare Garcaus in collabitur,
quod Hebreos æque ac Ägyptios annis solari-
bus vios scribit. nam Ägyptij annum equa-
lem habuerunt dierum c c c l x v. sed tamen
is qui superabat quadrans, efficiebat vt annis
mille c c c l x. totius anni conuersio in or-
bem rediret, & annus canicularis integer in-
tercalaretur. quanquam magni errores confe-
quebantur, quod integrum dies quadram
caperent, qui tamen ab integro deficiebat, vt
postea



postea docuit euentus. Quæ cùm ita sint, non mirum si in tanta annorum discrepantia, certa ratio temporis initii non posset. ac Theodorus Gaza vehementer fallit in libello de mēsibus Atticis, tum etiam Græcorum ac Latinorum interpres, cùm hi fuos cum illorum mensibus comparari posse putant, qui tam infabilles fuerunt, vt semper incerti vagarentur. idque argumento sit, quod annus lege Julia definitus, qui omnium certissimus habetur, foliūtiorum & æquinoctiorum fedes antevertit. à Cœstis ætate diebus circiter $x\ 1\ 1\ 1$. & frustrā in motu exæquādo laborat; sunt enim meo iudicio morus cœlestes inefabiles & apponit; vel, vt mathematici loquuntur, furiūtia nulla numeris comprehendendi possunt, quin semper aliquid relinquantur numerandum, idque vide re est in singulis conuersiōnibus planetarum, que igitur certitudo esse potuit ante legem Iuliam in tanta dierut ac mēsium interiectione? Illud tamē animadversione dignum, quod ab orbe condito vna fuit & eadem apud Hebreos, & Caldaeos anni obseratio, qua nunc etiam Arabes vtuntur: scilicet dierum c c c 1111. collectis tertio quoque anno diebus epactarum; idque ex sacris literis facile cōflat, cōsimiliter Aegyptij anno caniculari superantes dies semper inferebant. quod fit vt ab illis in vniuerso temporum & annorum numero,

qui

qui ab orbe cōdito fluxerunt, nihil admodum peccari potuerit: quāuis in singularibus principiū actionibus, viatoris: aut initio aut exiū imperij cuiusq; à Gracis diffideant, & utriusque à Latinis. atque hinc illa tam diuturna, quæq; nullum exitum reperire potest, scriptorum inter se disceptatio de Christi morte. alius quidem ante diem v i. Calend. April. alius A.D. v i i. vi. Onuphrius. plerique A.D. i i i. vi. Lucidius, qui disputationē ea de re instituit. neque solum de die, verum etiam de anno discrepant inter se plurimum. nā Bedas, Chrysoſtomus, Nicetas, Gauricus, Albertus magnus, Bernardus Mutinensis, Onuphrius, anno x x x i i i. paſsum fuisse. Apollinaris, Lycius, Lyranus, Marianus Scotus, Paulus Burgensis x x x i i. Tertullianus, Irenetus x x x i. Non minor est quæſtio inter Græcos & Latinos; tum etiam Latinis inter ipsos de anno Vebis cōditę: quod cùm planū definiri non potuerit Onuphrius in fatis, ex omnibus sententiis duas verisimiliores collegit, & utrāque fatis adiunxit, vt quans quisque veller sequeretur, vnius anni discrimine reliquo. in ceteris quidem principiū actionibus & rebus memorati dignis, tempora minus diligenter notare leue est: sed quum in imperiorum initiis, aut in Era seu temporum radice peccatur, infiniti errores ex eo cōsequuntur. omnes tamen quoad eius fieri poterit, emen-



emendari debent ex Hebreorum & Caldeo-
rum disciplinis, quæ nihil, aut certè parum ad-
modum discrepant à Philone. nam Talmudi-
ci sive secræ nimirum addicti, vt diuinæ fortes
& oracula suo iudicio interpretarēt, ducen-
tos annos de mundi cratæ detraxerunt, ne cum
Christiani conuenient. argumento est quod
Rabbi Naſo quoties Christi meminuit, conu-
milia capitali, vocat **וְלֹא־יָעַזְרָאֵל**, & Christianos,
וְלֹא־יָעַזְרָאֵל. hec autem discrepancia nulla est
inter iplos, ante mūdi annum bis millefimum
ducentesimum **x x x i x**. qui annus est profe-
ctionis Jacob in Aegyptum. sed hinc ad exi-
tum numerantur anni **c c c x x**. idque di-
ferre traditur Exodi **x i x**. Galat. **i i i**. quo loco
Iosippus lib. **i i**. cap. **v i**. tum etiam Philo ac
Rabbi Leni Gerfonis filius, tempus illud an-
norum **c c c x x**. incipere autem à profe-
ctione ipsius Abraham in Aegyptum, cùm na-
tus esset annos **LXXXVI**. ex quo verò Jacob in
Aegyptum venit vñacum familia viisque ad e-
xitum, numerantur anni **c c x**. atque in eo fe-
rè omnes Hebrei cōsentient: quos Philippus
Meianchtho, ac eruditus quilibet sequitur: ex-
cipio Genebrardū, eruditione ac pietate praef-
stantem virum. is enim verba scripturarē mor-
dicus teneri: Funcius errorem irreplisse putat
in verbo **τριακούσις** pro **τριεπανούσις**, rectiā
Theod. Bezaqid quidem in epistola Galatarum
&

& Actorum, quæ Græcæ scriptæ sunt, fieri po-
tuit: fed locus Exodi Hebraicæ scriptus, hanc
errorem non admittit. in hac igitur disputa-
tione tuus est Hebreorum interpretationes
tuæ, præfertim cùm Metaltheini ferè con-
gruant: idem quoque in reliquis faciendū pu-
to, quod & Philo proxime tecille videtur.
huic ergo magis assentior, cùm ab exitu He-
breorum ad templi conditionem annos enu-
meret **D C C C X X**. Iosippus verò **M L X I**. lib.
x. cap. **x i i**. ille à templo condito ad eius euer-
sionem **C C C X L**. hic **C C C L X X**. juniores He-
brei **C C C X I X**. Philo medium ferit. idem ab
orbis condito ad existitum templi, complecti-
tur annos ter mille **C C C L X X I I I**. Iosippus ter
mille **D X I I I**. ille à diluvio ad euerzionē tem-
pli **M D C C X V I I**. hic verò **M. D C C C X I I I**. in-
terpretes Hebrei multò pauciores viroque.
sed tameu Philo medium rationē fecutus est:
vt igitur inter se conciliari possint, reijcamus
primum Alphonsi tempus ab orbe condito,
ad hoc vñque tempus, id est, anno Christi **M.**
D L X V. octo milium & **D X L I X**. annorum,
cùm sua opinioñ nullam afferat rationem:
vt nec Eusebius cuius testimonio sex annorum
millia **D C E L X**. ab orbe condito fluxerunt. ex
Augustino sex millia **D C C C X V I**. ex Beda **v i**.
millia **D C C C X C I I**. ex Hieronymo **v i**. millia
D C V. ex Theophilo Antiocheno **v i**. millia
D C C -



DCCCXXXI. ex Isidoro v i i i . millia c l x x i .
 Hebraos, Caldaeos & Persas amplectamur, ex
 quorum historia nodum ab orbe condito flu-
 xerunt annorum v. millia D C X X X . sive Me-
 taisthenem, sive Ctesiam, sive Herodotum, si-
 ue Berofum, cum Hebreis coniungamus. In-
 ter Hebraos, Baal Seder ab orbe condito ad
 hoc usque tempus cōpletūt annorum quin-
 que millia c x x i i . Rabbi Naslo quinq; millia
 c l x x i i . Rab. Gerfo & Kimhi quinque millia
 c c c i . Hebraei iuniores quinq; millia c c x i -
 i x . Philo quinque millia d x v i i i . Iosippus
 quinque millia D C C X X . discriben itur est
 inter Iosippum & Philonem certissimos scri-
 ptores, annorum circiter ducentorum, idque
 contigit propter cum quem dixi locum Exodi
 cap. xii. quem Iosippus ad viuum resecat: sed
 cum ceteri bibliorum interpres, tempus il-
 lud annorum c c c x x . incipiāt à profectio-
 ne Abrahe in Agyptum usque ad Mosem:
 tunc etiam Ctesias ratio cum Pilonē proxime
 coētentiat: Philo verò medium feriat inter Io-
 sippum & Talmudicos scriptores (hos enim
 superat annis c.c. ac totidem à Iosippo supera-
 tur) consequens est hunc ceteri omnibus esse
 vetiorem. nimis enim pertinaciter Hebraei iu-
 niores tempora Danielis deprauarunt, ut con-
 tra omnium scriptorum fidem, enumerent
 quinque distinxat Imperatores Persarum, cūm

Meta-

Metathenes, Ctesias, Gr̄ci deniq; decē fuisse
 trādant, collecta cuiusque principis aetate. sed
 id fecerunt, ne ab oraculis Prophetæ perperā
 intellectis recedere videarentur. hos igitur re-
 sellere necesse est, tum Iosippi ac Philonis au-
 thoritate; tum etiam orbium coelestium mo-
 ritu, cuius certa radix est apud Ptolemyūm in li-
 bris magna cōstrūctionis, à Nabonassaris do-
 minatu, vnde Astrologi, cūn nihil habeant in
 suis obseruationib; antiquis, incipere con-
 sueuerūt. Hoc igitur animaduersione dignum
 est, quid ex illi motum radice, vniuersi tem-
 poris ordo ac ratio pulcherrimè congruit. He-
 brais, Caldais, Gr̄cis, ac Latinis: ab anno con-
 diti orbis ter millefimo ducentesimo decimo
 octauo, quo imperium suscepit Nabonassar.
 hoc vero ita colligitur. Omnes historici faten-
 tit Alexandrum magnum mortuum esse Olym-
 piadis c x i i i . anno primo: at Ptolemyūs
 à Nabonassare usque ad Alexandri mortem le-
 git annos c c c x x i i i , id est, Olympiades
 c v i . quid sit, vt Nabonassar imperium acce-
 perit Olympiadis octauo anno primo: qui an-
 nus era duodecimus imperij Achas regis Iu-
 deorum, vt scribitur libro 4. Regum: Vrbis au-
 tem condite sextus, quippe iacta sunt Vrbis
 fundamenta, vt Varro ac Dionyſio placet,
 anno quarto sextæ Olympiadis. hęc igitur nor-
 ma temporis vniuersi neminem fallere po-
 tej

L



test; quanuis in singularibus actionibus sepe diffideant alij ab aliis, tempora deinceps à Nabonassare vñque ad Adrianum (sùb quo floruit Ptolemeus) certissima ex ipsius tabulis colliguntur. is enim libro 4. cap. i. complectitur annos D C C L I I I I. ab anno fecundo Mardoncapedi (quem Hieremias Merodachum appellat) vñque ad annum Adriani x i x. Quod autem Nabonassar idem sit qui Salmanassar in facis literis, planum fit ex eo quòd ab euerſione Samaritæ vñque ad excidium templi, anni sunt C X X I I I. ex sacra Scriptura: vnde colligitur Ezechia imperasse annos x x i i. Manasse L V. Amonem i i. Iosiam x x x i. Joachimum x i. Sedechiá x i. is expugnata Hierosolyma captus est. at Ptolemaeus ab initio Nabonassaris, qui Samariam cepit, ad excidium templi, complectitur annos c x l. ait enim lib. v. cap. x i i i. quintum annum Nabopolassaris (qui Nabuchodonosor in Scriptura vocatur) else centesimum a c x v i i. Nabonassaris. igitur si addas annos x i i i. eius imperij vñque ad Vrbis expugnationem (capta est autē anno x v i i. Nabuchodonosoris) constabunt anni c x l. qui numerus septé anni minor est, eo quo vtitur Scriptura sacra, sed excipiēti sunt anni Nabonassaris imperij vñque ad captiuitatem. Ad hanc igitur regulam coelestium conuersiorum, si vniuersitatis historiā exigamus, planum fiet Metasthe-

tashenem tempora breviora complecti: id quod accedit propter interregna, cùm inter se Principes Assyriorum & Caldeorum mutua bella crudelissimè gererent, & mox alius alium deturbaret, nec interim annorum ac temporis decurſus ratio haberetur. argumento eft etiā quod nec Berossus, nec Metaphenes vñl' interregnum aut menes complectuntur, sed annos duntaxat imperij cuiusq; fine vila certa radice motus. Cetilijs ſcriptor diligens, menes & interregna non omisit, sed nihil habemus præter exigua fragmēta. hunc tamen Diодорus ac reliqui sequuntur: quinetiā Plutarχus (qui Cetilijs mendacissimum appellat in Artoxerxe) illi, quod ad tēpum rationem attinet, credēdum putat: præfertum cum Herodotū mendacij coarguat, & ab ipso Xenophōte (cuius tem poribus floruit) à Strabone, Atheneo ac Diодoro laudetur. Manetho ac Dius in Phoenicū historia, menes & interregna collegerant, vt videre est apud Iosippum, led historia Phoenicum pentus interit: Manetho verò desit in Olympiade quinta, quinque annis ante Urbeum cōditam, duodecim ante Salmanassarem: post euerſionem Trojæ c c c x x . cui Sépronij Romani tabulæ congruunt. Hac verò discrepātia nulla est apud Græcos & Latinos in ratione eius annis temporis quod ab Olympiade ccepit, cùm Vrbis cōditio fecuta sit Olympiade v. ex quo



facile est Romanorū fastos cum Olympiāde comparare, vsque ad Gothorum invasionem, quē iub Odoacri cōtigit anno Christi ccccl. tum ab Era Christi certissima tēpora huc usq; colliguntur. Restat igitur vt ab vniuersitate illa tēporum ratione regum etates ac imperia deducamus, optimi cuiusque scriptoris habito deleētu. Illud etiam admonendi sumus in historiā legēda bissextilis anni habendā esse rationem, si vsquam occurrat, ut præteritos aut cōsequentes annos certius ac faciliter colligantur, vt quod Marcellinus scribit lib. xxi. Valentiniānum apud Ancyram mortuo Iouiniano, Imperatorem creātu vii. Cal. Martij, neq; di sequenti, quod bissextilis dies tūm esset, imperij insignia suscipere voluisse, bissextili die tanquā infastum metuente. ex eo Marcellini loco, fasti Romanorum seditionibus ac interregnis conturbari, emendantur ac restituuntur: cum quarto quoq; anno recurrat bissextilis, itaque collectis annis à Cæsare ad Valentiniānum relinquentur anni cccviiii. 4. Cōsulatu Cæfari Dictatoris, qui bissextilis annum instituit, ab Urbe vero cōdita milles cxxi. Hic vero Marcellinus, quem dixi, Ammianus nominatur, & Iuliani Augusti etate vixit: alter Marcellinus comes V.C. Iustiniano principe Chro- nica auspiciatus est ab anno Urbis conditæ et cxxx. cōque Indictione & consulatu diligenter distin-

distinxit, quāquam Consules eo tempore esse deferunt, sed nomen in Imperatoribus refedit. vñimus omnium fuit Fl. Basilius iunior V.C. Consul Orientalis, anno Christi dxxli. eius memori Procopi⁹ in libris de bello Gotthorum. Hac de ratione vniuersi temporis ac origine mundi, cuius exitus quādū futurus sit, ne augelis quidem; certè mortalium nemini cīsum elñmisi fortasse coniecturis Heliz; & Catina Rabinorum silentiamur, ij enim in libris Talmudicis, titulo Sanedrim, cap. Hele, tum etiā in titulo de idolatria cap. Libne, sex annorum millibus mundi ætatem definient, ex opificio mundi sex dierum: quam cōiecturam multi velut oraculum accepérunt, cum Heliam Prophetam esse arbitractur. certè R. Iсаac in cap. I. Genes. & cum Augustino lib. ii. de Cīitate Dei, illud yaticinii quasi celo delaphum amplexātur, hoc amplius etiam Leo Hebreus, quod perpetua sex annorum millium viciſſitudine, mundi elementaris conuerſionem, ac se primo quoq; millesimo quietem fore opinatur: quoq; quadraginta nouem millibus annorum elaphis, quinquagēsimus orbium quoque celestium interitum sit, & quietem magni lobeli allaturn. sed hæc subtilius inquirere, que nec humano ingenio capi, nec ratione posſunt, nec diuinis oraculis probari, non minus ineptum quām impium videtur.



QVA RATIONE PO-
pulorum origines haberi posint.

Cap. IX.

NVIA quæstio magis exercuit historiarū scriptores, quam quæ habetur de origine populorum: nec plures interitus Rerum publicarum, aut bella ciuilia si pius gesta memorantur, quam pro generis claritate ac splendore: cùm alijs opibus, aut sceleris, aut maiorum virtutibus parva nobilitate, seipso ab aliis sponte diuelleret, & eorum affinitatem repudiarent. extrellum fuit arrogantis genus eorum qui humana conditionis oblitæ, se à dis ortos esse prædicarent, quod non modò imprudentibus ac stultis contigit, sed etiam iis qui in summa sapientia ac virtutis opinione floruerunt. neque enim erubuit C. Cæsar in concione populi Romani iactare se materno genere, à regibus; paterno vero à diis ortum traxisse. quinetiam Aristoteles ad Aesculapium & Apollinem retulit suum genus. hinc opinio diuinitatis eorum, qui cùm homines esse desilient, se deos fore arbitrantur. atque haec superbia potentiorum, ad infimos vixque manantia:

nit: qui quid suæ originis initia nescirent, aut perigrinorum odio diffimularent; se indigenasterræ parentis, hoc est, *αὐτόγενος & γενητικός*, appellarent. sic enim Arisitides in Panathenaicis, suprema nobilitatis decus Atheniensibus tribuit, quid non aliunde profecti genus ab ipsa terra deorum matre traxissent, atque hic error non modò veteranum scriptorum, sed etiam iuniorum adicō communis est, vt Polydorus, prudens alioqui scriptor, Britanos in mediterraneis sitos, ne aliunde aduenissem, & indigenas esse affirmet; Cæarem opinor fecutus. Altamerus quoque ad Tacitum scribit, Germanos in ipsa Germania genitos, nec ab illa gente deriuatos: arque eius rei se fidem dare non dubitat, fretus auctoritate Taciti, Sabellici ac Sipontini. quo quid ineptius, dicam, si magis impium fungi potest? veteres fanè quodammodo venia digni sunt: hi vero, vel magno errore, vel scelere obligatūt: tum quid eaque Moses in sacris libris de originibus testa reliquit, aperte oppugnant (quancum nulla subiecta ratione) tum etiam quid nulla gentibus illis origine quam à patro solo tributa, eas ab aliarum societate & amicitia omnino diuellunt. cùm enim multa diuinissimis ad origines scribendas Moselem impulerunt, tunc illud etiā opinor, vt omnes homines ad quos ea fama peruenisset, planè intellegenter se esse



confanguincos, & eadem generis coniectione sociatos, qua perluacione haud scio an ad hominum voluntates & amicitias stabiliendas acretiones vla maior esse videatur. neque enim Diomedes & Glaucus duntaxat, verum etiam innumerabiles saepe exercitus in mutuum perniciem armatis, sola cognitionis ac genitilioris specie inimicitias diremerunt. qui vero se indigenas & fatuos esse iactat, quid aliud quam humanae societatis vinculum abrumptum? Hinc illae capitales ac pestiferae voces Aegyptiorum aduersus Hebreos: Gracorum aduersus Latinos, quibus alij alios infigni quadam contumelia barbaros appellant, hinc hostes olim à Romanis appellati peregrinia Germanis etiamnum maiore contumelia Velchi. non ea vox est hospitalitatis maiorum, qua tantum illis gloriam peperit. hinc denique famo si libri aduersus exterros, ab iis qui nō miserarunt aut Mercuriū, sed Martis sacerdotes verius appellari debent, qui tardas ardentes inter medias acies vibrant, & eos quos amore mutuo conciliare debuerant, iniuriarū facibus ad odium inflammat. neque enim necesse est a me nominari quenquam, nec ea commemorare qua in nos scripta sunt, ab iis qui maiore infamia seipso quam nos affecerunt, at quantum aquiū erat se cum peregrinis eodem lāguinis ac propinquitatis vinculo colligare, quam arroganter

ab

ab illa communī cognitione cum verborum contumelia discedere? Quare nec Lycurgi, nec Platonis leges eas probare possum, qui suos ciues à commercio peregrinorum omnino feniunserunt: tum etiam domesticarum rerum ad exterros euectionem, aut inuectionem peregrinarum ad suos prohibuerūt. nam quid hoc aliud est quam tollere de rebus humanis hominum societatem? si meliores illi, peregrinos suis virtutibus informare ac beare, non arcere debuerint. fanē Moses non minore benevolencia peregrinum quam ciuem prosequendum putauit: & peregrinorū iniurias grauius quam ciuum vindicari mandauit. Iam vero summa quadam immortalis Dei sapientia factum videmus, vt nullius regionis tanta fecunditas sit, que non magnopere alterius egeat ope. India, inquit ille, mittit ebur, molles sua thura Sabæi, At Chalybes nudi ferrum. tum paulò post: Continuo has leges æternaque federa, certis imposuit natura locis. cur tandem nisi vt res simili rationeque populi contraherent inter se, ac mutuis commerciis pacem & amicitiam firmarent? sic enim exstimo diuina vitione factum esse, vt Greki Latinis (quos barbaros appellabant) ac vicissim Latinis Gothis & Scythis (à quibus antea semper velut à bellis abhorruerant) tandem aliquando ferirent, tum etiam coloniarū multitudine populi onnes




nes confusi se confanguineos esse agnoscere.

Tria verz
originis ar-
gumenta.

Tria sunt igitur argumenta quibus origi-
nes haberi, & ab historicis traditis iudicari pos-
sunt. primum in speciata fide scriptoris: alte-
rum in lingue vestigiis; tertium in regionis si-
tu ac descriptione. de historiorum delectu-
antè dictum à nobis est, & quantum scriptori
de suis ciuibus aut hostibus scribenti crede-
dum sit. nam Conradus Peutingerus, Irenicus
Nuenerius, Hermannus, Lupoldus Bambergen-
sis, Jacobus Vuifolgius, Andreas Altamerus,
Vuolfangus Lazius, Paulus Louius, Ant. Sabel-
licus, & inter nostros, Rupertus Cenalis tam
ambitiose de suis ciuibus scripserunt, vt nec
quicquam alii tribuant; nec sibi deos pares es-
se putent. verior beatus Rhenanus ac Tite-
nius abbas: reliqui ad sui nominis commen-
dationem multa scripsero, que vt vera sint, po-
tuerunt tamen fine aliorum contumelia moderatiū scribi. Francos à Germanis originem
traxisse demus. quid enim ad nostri nominis
famam præclarius, aut ad societas & amici-
tias contrahendas illustrius, aut ad vtriusque
Imperij salutem utrum effe potest, quam ad
fortissimam & generofissimam Germanorum
gentem Frácorum origines referre? Adhibe-
mus tamen ad eiusmodi questiones ea que di-
xi argumenta, vt omnium populorum certas
ac minimè dubias origines habeamus. Con-
stat

stat enim Caldaeos omnium populorum anti-
quissimos fuisse, non solum Mosis grauissimo
testimonijs, sed etiam Metaphenis, Herodoti,
Cteisie, Xenophontis; quibus assentiantur iu-
niiores, Diogenes Laertius, Philo, Porphyrius
in epistola quadam ad Boëthium, Clemens A-
lexandrinus in Stromatis, Eusebius de Euange-
lica demonstratione, Theodoritus libro I. de
Græcarum affectionum curatione. Rabbi Mo-
ses Maimonis filius, lib. I. I. cap. xxx. perple-
xorum, ac reliqui quoque interpres Hebreo-
rum, hi omnes humanitatem, literas, artes, o-
mniumque magnarum scientiarum laudem
Caldais acceptam ferunt. hinc Prometheus
genere Caldeum, quod homines ab agresti in-
cultaque vita ad humanitatem impulsisset, ra-
tiosque syderum cursus, trajectiones eratium,
totamque naturę obscuritatem hominum ge-
neri tradidisset, hinc ex ferula Palladis facro-
signes de celo detraxisse, & hominem è luto
coagmentatum anima coelesti astauisse. est igit-
ur omittenda vox indigenarum, & à Caldais
omnium populorum origo petenda, cum in
ea regione, aut certè illi finitima, natus illa que
humani generis seminarium seruarat, cōquie-
risset. inde homines huc illuc dispersi, suum
genus eo modo propagarū, quo verissime eit
à Mose & Hebreorum magistris abūdē dispu-
tatum, sed id prætermitto quod cuique in prom-
ptu




ptu est ex iisdem libris conquirere . illud tantum quod nostri originum scriptores non fati aperuerunt , scilicet linguarum vestigia , in quibus præcipuum est originis argumentum , cende locorum situs explicabo . nam ut proxima quæque & fertiliſſima regio fuit , modò incolis vacua , sic à finitimiſ quibūſque eſt occupata . poſta verò quām hominum multitudine redundare cœpifet , colonie in ſolitudines extremas & loca ſterilia deducēt . fuit . quis enim Asia vel Italia reliqua colonias in Gothiā nifi cogente neceſſitate deducereſt ? quare non amplius dubitandum eſt utri veteriſiores sint Aegyptian Seythia ; Græci an Latinis : id quod anxiè quidam eſt à veteribus , ut videre eſt apud Diodorū , Iuſtinū , Catonem , Dionyſium Halicarnafizum . qui enim Arabie ac Lybia deferta vel Aethiopiam occuparunt , tametí Græcis ac Latinis antiquiores fuit , nihilominus in illis ſedibus acquireuerunt , quod adiutus in Asiam & Europam nulli patenter argumen- tu ſit quod Arabes ac Pcenī cum primum armis confidere cœperunt , in Asiam & Europam colonias & exercitus deduxerunt . scribit enim Leo Afer , Pontificem Babylonis Arabes in ſuis finibus tantisper continuo men religionis , quod ducentesimo circiter Hegira anno , Nili adiutum infinitis legionibus patere voluit , ut rebellantes Africæ principes viciſſe-

eſcereſt . Sed illud eſt admiratione dignissimum , quo Epicurei , & qui fatinos homines fuſile putat , refelli facile poſſunt , quod populo- rum origines quæ à Moſe traditæ fuit , Caldaice & Hebraicae lingue , quæ ſola dialecto diſerunt , ea vestigia retinent , quæ nunquam potuerunt in tanta linguarum varietate abo- lieri . eſt enim prima illa lingua quæ ab Abrahamo Caldeo ſuę gēti data eſt . prius enim quām Græcia aut Latina lingue vila imago extiſſet , populis ac regiones Hebraicis appellatio- nibus vtebantur . eſt enim Iapetus Noe filius , ab hoc Europei propagati feruntur . idque non modò Hebrei , ſed etiam Græciac Latini con- ſtituerunt . Audax , inquit ille , laperni genuſid quod ab Homero & Aeschylō ſumptum eſt . at in huius vocis etymologia , mirum quām Græci ſe fruſtra torquent , alius ιδας τὸν ἰδαῖον , id eſt , laſdere alius ιδης τὸν ιδεῖον id eſt , mede- trio nuli ιδης τὸν ιδεῖον οὐ δuci voluerunt : eum in Hebreice dilatationem signi- fieret . ita Iudeos Tacitus quafi Iudeos à Creta oriundos facit , vbi mons eſt Ida : hinc illos in Mauritiam , poſtrem in Palæſtinam circum- agit : cùm tamen ea voce laudatores Hebreis appellentur , conſimili errore Strabo ac Luius Germanos quafi fratres Gallorum dici putat , quæ vox vt Alemanus quoque , totum homi- nem ſue strenuum patria lingua ſignificat , ut docuit



docuit Altamerus. eodem errore Ion, vel vt Homerius, Iaon à flore Greci deriuarunt, quòd Hebraicè de fraudatore significat. ab hoc Iones in Afia & Gracia propagati. hinc Daniel Alexandrum magnū regem, id est, Iaon, vel Ion, vel Iauan in Aſyria imperaturum prædictum. illa quidem Cœci, quās iua deprauare sunt conatis: hac verò nulla ratione potuerunt, quæ nihil omnino Grecis significant aut Latinis, & omnium vetustissima sunt nomina, unde populi appellationem accepérunt, solis Hebreis notam: scilicet Danaus, quod Caldaicè iudicem significat: à quo Danai: & Dardania iudicium habitat. est enim dar habite: hinc Dardani dicti: & Ianus, id est, vinosus, quem Dionyſius Halicarnassus Oenotrium eadem significatione appellat eum qui primus colonia in Italiam transfluit. est enim Iain Hebreis vinum. Achæis dolor, Aegyptiis angustia. Nimrod, rebellis: malè Philippus Melanchtho, amarus dominatorem interpretatur. est enim marad rebellavit. Ninus filius: Nine, Nini domus: Solon, pacificus, pro Solom, quia Greci literam m. non admittunt in fine, nihil autē Grecis significat. consimiliter Cadmus Thebanorum conditor, ac literarum, qui bus vtuntur Greci, parens appellatus Orientalem & antiquum significat. Medi, admési. Armeni, sublimes: Chananei, mercatores: Hebrei,

brai, transeuntes: Dodonci, dominantes: Chufitæ, nigri, quos Greci Aethiopas eodem sensu vocarunt. Moſchouitæ, extensi: Riphgi, gigantes: Perſæ, diuini: Aſyrii, beati: Lybics, inflammati: Greci Africam dixerunt frigore vacuam: Emathij veraces, neque enim duci posset ær̄ tñ aī patros, cum Grecæ lingue ratio non patiat. Mifrim angusti: malè Philippus Melanchtho rebellé interpretatur: sic Aegyptiū dicuntur, & his quoque tēporibus veterem retinent appellationem. Scyths, percutiores: à Cethim Iapeti filio: sic enim verior est etymologia, quānq; est à Melanchthonē de Macedonibus allata, quos Macethiū vocat. at illud mem originis alterius prepositio est. Heneti Hebreis vagabundi, Nomades Gracis appellantur. Homerus ēverniōs appellat, & in Paphlagonia collocat. hi Germaniam inferiorem occuparunt, inde sinus Venedicus, tum etiam in Italiæ & Gallia sedes poluerunt. Cimbri quoque à Cimbris Chersonessi, & Danos à Danais ortos esse ipsa nominis appellatio docet. Elam, adolescentes, quo nomine Perſas Hebrei vocātūc: tribus Elamidos apud Xenophontem, ubi de Perſis agit. Lydi, natī: Sarmatae, duces altitudinis: Secani, habitatores: sic primi Siciliæ incolæ dicebātur, & qui Burgundie tractum occuparunt. Thraes, euerentes, à Tiras filio Iapeti. hinc fluvius eiusdem appellationis




lationis in Thracia. Phut, cardo; filius Camefis: quo nomine Mauri appellantur à Ptolemaeo, & fluuius eiusdem nominis: etiam Phutis vrbs in Mauritania, quòd sit in cardine Africæ. omitto ea que sunt à Philippo Melanchthon explicata: in quibus tamen illud probare non possum, quòd Aſcanazini (quo nomine Germani ab Hebreis vocantur) ab οὐκεῖ, & ἡμῖν quasi sacerdotes ignis dici putat. non enim patitur Hebraica lingua vt radicaliſſim elidatur, & η quiescat in cohen. verius est habitatores dispersi à facan & naza significare. hinc etiam Aſcania regio Afis minoris & Sicana. Hęc igitur appellationes Caldaicę & Hebraicę, que nihil Gracis aut Latinis significant, primas origines omnium gentium illis, à quibus idiomata fluxerunt, tribuendas esse docent; & omnium gentium antiquissimos esse Caldeos, Armenios, Argypios, Hebraeos, Arabes (quorum lingua parum ab Hebraica differt) Phcenices, Iones, Asiacos, Perfas, Indos, Medos, Aſthiopas, Sabaoſ. neque absurdum quod facerdos Argypius Soloni obiecit, Gracos infantes sibi videri, quòd nihil vestiti haberent. melius etiam Christianus ille, qui Gracis obiecit, Mosem legiflatorem diſ Gracorum antiquiorem esse. nihil enim ferè antiquius habet Gracis ipso Danas & Cadmo; quorum alter gentis conditor, alter literarum

raturum repertor appellatur, quibus tamen temporibus in summa rerum gestarum gloria floruerant Hebræi: Caldaeorum vero ac Aegyptiorum imperia penè confenuisse videbantur. Quantò igitur Caldaei, Aegypti, & Hebræi Greci; tāto hi reliquias antiquiores sunt: idque percepimus fit ex illa triplici ratione qua vrebantur: ſcriptorum, inquam, ſide perſpecta, linguae vestigia, & regionis ſitu. Nam Paulianas & Strabo Grecos omnes, aut Iones, aut Atoles, aut Dores ſuifle auunt. Iones quidem ab Afia in Greciam venisse ante à dicebamus, magnorum virorum auctoritate addūcti: quibus conſentaneum eft id quod Hecatæus teſtatur apud Strabonem, primos incolas Graciz à Barbaris regionibus venisse. Itaque Plinius Meandrum fluuium, qui bonam minoris Afis partem alluit, Ioniam alluere iebit: tum etiam Athenienies Græcorum antiquissimi (foli enim Αἰτιοὶ τῶν dicebantur) Iones ab omnibus ſcriptoribus appellantur. fed in eo fallunt Paulianas & Strabo, quòd Atticam, veterem Ioniam appellant, cum prius Afia culta fuſſet ab iis unde nomen illud fluerat. tameri enim Athenienium duodecim coloniae in Asiam deducere fuſſent, vt Strabo ac Paulianas tradunt, quas poſtei Plinius ad octoginta viſque creuifile auctor eft: non propterā tamen sequitur Athenienies Asiaticas

M

ſuifle



fuisse priores. nam ista ratione Galli Grecis & Asiaticis antiquiores effent: & Greci Caldaei, cùm hi in Caldeam illi in Aiam & Græcia colonias sepe deduxerint. Asoles vero, id est, varij ac mixti, quod ab Ionibus, vt opinor, Argypuis ac Phoenicibus stirpem transirent. nā omnes populi extra Isthmus, prpter Athenieses ac Megarenes, Asoles dicebatur, vt Strabo scribit. Danai vero classis ad litus Achaeas appulit: ipse Argiutorum, qui inter Asoles clarissimi fuerunt, imperium adepti sunt. idem postea colonias in Peloponese misit. Cadmus Phoenicis coloniam quoque Thebanorum in Beotiam deduxit. Dores autem initio non alios fuisse quam Asoles, plenum sit ex ipso Pindaro, qui suum poëma Doricē scriptum ἡλίδη μελπήν appellat: sed Doris principis appellatio nomen potuit non originem mutare. quod si quis scire velite quo cuiusque populi stirpiorum in Græcia, copiosè Pausanias & Strabo id explicant, quæ singula persequuntur non est eius qui methodum scribat. illud tamen Græcos ab Asia, Argypcio, & Phoeniciis oriundos in Europa primum coailuisse: tūm ab illis colonias in Italiam deductas fuisse, testantur Fabij, Catones, Pisones, Gelij, Sempronij, Varrones, ac Dionysius ipse Halicarnassenus, qui horum auctořorum sape vīsus est. ex quo reselli potest eorum error, qui putant Catonem

nem horum fragmentorum quæ habemus; scriptorem fuisse: quem Dionylius tradit de Græcis ita sentire, vt à Græcis Itali sint oriundi. at in illis fragmentis impudentia Græci coarguantur, quod se Italorum auctores esse affirmarent. sed eius originis maius est argumentum, quod Italia fertilitate ac cœli temperatione præstantissima, Græciz finitima est, brevissimisque in eam traiectus. postremum est quod Græcae lingua vestigia non potuerunt aboliri. atque his argumentis Cæsar Britannos maritimos à Belgis Gallis originem traxisse argumentatur: primum quod finitima sit Belgii insula: deinde quod iisdem nominibus ciuitatum appellarentur Britannia vices, quibus Belgice: postremum est quod illud diceras ab incolis utriusque regionis. ita quoque Tacitus vt doceat Gothinos, à quibus Gothus fluxisse putantur, à Gallis originem acceptisse; Gothinos, inquit, arguit lingua Gallica non esse Germanos, confimiliter Italos arguit lingua Græca stirpem à Græcis duxisse. est enim à Græcis veteribus Oenotria dicta, ab Oenotrio Arcade, alij Ianum fuisse putant, quod idem Hebreis significat vt Oenotrus Græcis, viinitor Latinis, Hesperia vero à iunioribus Græcis, Græco verbo, quod ad oceani Græcia polita sit. putat Dionysius ante Aufoniām fuisse appellatam: id quoque Græcum

M 2 est,



est, τὸ αὐτὸν τὸ χρῆστον τὸ γῆγει; πό^τ
stremō Italiam appellatam propter boum ma-
gnitudinem, vt Hellanicus auctōr estnam Ita-
lus Græcis vitulum seu bouem significat, vt
Herodotus ac Timæus scripserunt; quam ezy-
mologiam Varro quoque fecutus est. quine-
tiam Cicero; Regnante, inquit, meo gentili,
hoc est, Seruio Tullio, venit Pythagoras in I-
taliam, que tūm Græcia magna dicebatur. er-
at autem omnibus prop̄ Italī Dorica lin-
guā communis, vt ex illorum scriptis testatum
habemus. præterē Italie regiones magna sūi
parte Græcam retinēt appellationem; cuius-
modi sunt hæc, Lucania, Umbria, Cuma, Phle-
græus campus, Elæa, Pandofia, Pandataria,
Neapolis, Peucetia. Sed mutationes lingua-
rum tribus potissimum de causis (omitto cam
qui est à Moſe allata, que simili ac femel con-
tigit) fieri consuererunt, vna est in ipso decur-
su temporum, quibus non modò linguae, sed
etiam res omnes immutantur, ac tota rerum
natura senebit. ita Polybius scribit, anno mi-
nius quinquagesimo quādūdū fœdus erat
inter Pœnos & Romanos, verba fœderis, que
ipſe antiqua vocat, vix intelligi potuisse carmi-
na verò que, in facis ex veteri formula canen-
bantur, a paucissimis intellecta. sic videmus
paulatim omnes omnium populorum linguas
aliter atque alter mutari. altera causa est in co-
lonia-

loniarum ac populorum inter ipsos confusio-
ne. argumento sit Italia & Græcia, quæ tot se-
culis puritatē Græci ac Latini sermonis te-
nuerunt, totóque terrarum orbe diffusa-
runt: postea quād Scythæ & Gothi vtranque
inuaserunt, tanta mutatio confecta est, vt nec
Latinum, nec Attica vbi nunc sūnt vñquam ex-
istisse videantur. ita quoque coloniæ Tufo-
rum, qui ex Italia pulsi erant à Gallis, & Gallo-
rum qui in Germaniam olim desertam migra-
bant, tertium loquendi genus ab utrisque di-
uersum conflauerunt. Anglorum quoque in
Britanniam, & Saxonum in Belgicam à Caro-
lo magno deducere colonie, tum etiam Gallo-
rum in Saxonum sermonis varietatem pepe-
rerunt: Confimiliter Parthi Persicum, Arabes
Punicum ac Parthicum, Turec Tartari, Sclavi
Græcum, Latini Gallicum & Hispanicum ser-
monem depravauunt. postrema lingua mutan-
dæ cauſa in ipsa regionis natura verlatur. pro-
prium est enim omnium populorum qui magis inclinant ad Septentrionem, voces confor-
mantibus asperimē collisi, fine vocalibus ex
intimo pectore, & crebra aspirationes effe-
re: idque propter suumam spirituum vim &
impeum caloris. nam Saxones & accolæ Bal-
ticī maris vbiique ferè medias pro temnibus,
& aspiratas pro mediis pronūciant, cuiusfini-
dū sunt hæc; Per theum ferum pibimus po-




num finum. Aufrales verò, quibus tempera-
tus est calor & spiritus debilis, lenissime pro-
nunciant; lenius etiam femine, quòd viris spi-
ritum & calorem habent debilorem. Idque
facile intelligitur in colonia Saxonum, quam
Carolus magnus in Belgas deduxit. cùm enim
Saxones equum vocent Pfer: Flamingi celo-
mitiore educati, pert pronunciant. omittit lo-
ci cuiusque propriam & infastam ex aquis na-
turam, que voces ac linguis immutant: ve in a-
gro Labdano Galli Narbonensis, omnes lab-
dacismo balbutiunt: & in Valedoca Taurinorum.
ita quoque Sabini veteres fœdum pro-
hcedo, sicut pro hinc dicebant, quemadmo-
dum Varro scribit: vt apud nos Vafcones ho-
cum pro foco, hilium pro filio: ita quoque Par-
isi & Aurelii veterum Heterocomum more,
Valefum & Fusum, pro Furio & Valerio vñfū-
pant. Ex his ergo tribus potissimum caufis, tot
linguarum diffimilitudines oriuntur: neque tan-
tem ita possunt aboleri, vt non expresa veter-
is lingua vestigia perperuā hærent. vt Cel-
tica lingua vetus, magna sui parte Graeca fuit,
quòd ab illis originem maiores nostri transi-
fent. Bouillus, Picartus, ac Perionius infinita
prope verba, nec tamen omnia, non ægrè aut
violenter, quemadmodum in sua lingua La-
zius, sed facilima, interdum etiam nulla con-
uersione è Græcorum fontibus exprefserunt:

in

in quibus tamen non tam mihi videtur esse
ponderis ac momenti, quantum in iphis locu-
tionibus, quæ nobis cum Græcis communes
sunt, etiam in eleganti participiorum, in-
finitiiorum, & articulorum vñfū, quæ sati ar-
guunt Gallorum originem Troianis aut Græ-
cis, aut utriusque deberi, cùm utriusque Ionica lin-
gua vterentur. Ammianus quidem Marcelli-
nus lib. x v. scribit, se in Gallorum monumen-
ta legisse, & ab incolis accepiisse, Gallorum or-
igines Troianis deberi; tameti fama esset à Dorienisibus profectos. Iosippus à Gomero
primogenito Iapeti, qui natu maior erat, fir-
mè deducit. sed hoc ad Gomero nepotes re-
ferendum opinor. Lucanus Aruernos scribit
Romanorum se dicere fratres, eōisque vocat
sanguine ab Ilaco populos, certè apud nos ex-
tant duæ Paridis r̄bes, vna Troæticæ enim es-
fertur ab incolis ea quam Tricassium vel Tre-
censem vocant. præterea Venetos Cætarum
populos, à Venetis Paphlagonia stirpem tra-
xiisse perspicuum est: eos verò qui finum A-
driaticum tenent, à Venetis Cætarum deriuat
Strabo lib. v. tameti Linii alter sentiat. po-
stremò Cætatum appellatio, quæ nostræ an-
tiquitatis interpres omiserunt, ab Homero,
Pindaro, ac priscis scriptoribus semper vñfū-
parunt pro equitibus. Appianus à Celto filio
Polyphemî tam ridiculè deducit, quæ nostræ

M 4 Francos



Francos à Francione Hectoris filio, qui nunquam extitit, magis etiam absurdè Laziū, qui à Galatis deriuari assertur, est enim Galatarum nomē veteribus planè inusitatum. autem equus est ὁ ἄλιξ, quem Latini sellarum vocant: οὐδὲντες vero, & οὐδὲντα, apud Homerū & Pindarū nihil aliud est, quād equis οὐδὲντοις επενθέσθαι, vt scribit Eustathius. Inde οὐδὲντα & οὐδὲνται per synopen- cur autem Galli primum Celtae sunt appellati, ratio est quād omnium maximè vale- rent equitatu. ac tamē laudantur à veteri- bus Mauri quād equitatu longe praeſtarent, & Annibali de Romanis (quorum præcipua vis erat, vt scribit Cæſar, in pedite) illustres victo- rias peperissent, præfatio tamen fuit Gallo- rum equitatus, quo Cæſar in bellis ciuitibus semper vīsus est, sic enim Hirtius: Accidit, in- quīt, bello Africano res incredibilis, vt equites minūs triginta Galli, Maurorū equitum duo millia fugarent, idem bello Hispaniensi; Cū magna manū, inquit, parvus Cæſarianorum copias Afranius aggredere tur, celeriter se Galli equites expediunt, & prælio commissū ma- gnum hostium numerū pauci sustinuere, quinetiam Plutarchus in Antonio scribit, Par- thos non aliter coērceri aut frangi potuisse, quād Gallorum equitatu, cū exercitus An- tonij vndiq; premeretur, cuius me loci admō- nuit


nuit Christophorus Augerius collega meus, & historiarum & Iuris peritissimus. quād con- sentaneum est quod Plinius scribit; Hippore- diam Gallie Togata Vrbem, sic appellari ab optimis domitoribus equorum. quare Cæſar cum Gallos in tres ordines distribueret, Drui- das, equites & agricultas, equitibus tribuit di- sciplinam militarem. & quoniam Celtarum ap- pellatio multorum communis videbatur, Cæſar initio libri primi Celtes eos verè ac pro- priè dicit trahit, qui inter Sequanam & Gar- rumnam continentur, qui à Latinis Galli, sua tamen lingua Celtes vocantur. Plutarchus ne quid confunderet, οὐδὲντοις in Camillo appellauit, id autem ferè populis omnibus accidit, vt aliter à peregrinis quād à suis nominarentur. Itali à Græcis Helperij, Hellenes à Latinis Græci, Lybites à Græcis Afri: cū tam- men neque Itali Hesperiorum, neque Helle- nes Græcorum, nec Lybites Afrorum nomen vīsperant, confimiliter Scotti Anglos appellant Saxonas: ita quoque hi quos Turcas ap- pellamus, ab hac appellatione vehementer ab- horrent, & Saraceni vox, in Asia & Africa in- audita est. Græci tamen maiores nostros, ob lingue, vel originis, vel vtriusque affinitatem, vel coloniarum frequentes deductiones, sua eademque Celtica lingua Celtes appellantur: Galli vero nomen vnde fluxerit, aut quid si- gnifi-



gnificet, nemo, quod sciām, explicauit. ridiculū est enim ab yndis erēptos interpretari, vt Rabbi Samuel . verius est ab ēudo & peregrinando nomen deduci. Quallones enim à Belgis appellamur, quōd Gallis veteribus contigit, quām orbem terrarum peragraret, ac multū intergangēs quererent, ob alios nouis, id est, quōnām proficisciūmur? ex eo credibile est Quallones appellatos, quod Latini sua lingua nunquam effuerunt, sed ḡlitera vntūrunt. est autem propriè Gallis fertiliſſimus ager in finib⁹ Pariforiorum sic dicit⁹, & Oualesia : nisi ab Vual deducamus, quod Celica lingua syluam significat, qua voce vntūrunt Germani, vt sint idem Vuali qui Druidæ, vt̄gitor Celæ intra Sequanam & Garumnam, ita Galli vltra Sequanam. Strabo verò Pyrenēis, Alpibus, Rheno, & vtroque mari, Celatas concludit. itaque non satie ap̄e Lazi⁹ Peutingerus, Altamerus, Xylander, Celatas de omnibus Germaniæ & Galliæ populis dici voluerunt, adducti auctoritate Herodoti , à quo ipsi facile refelluntur: enim Celatas ad fontes Istrī (quem ipse à Pyrenēis deriuat) collocauit. quo quid magis est alienum à geographia? quōd si Celatarum nomen propriè de Germanis diceretur, cur Strabo ex veterum opinione, in quatuor mundi cardines distribuisset; Indos in ortu, Celatas in occasu, Aethiopos in austro, Scythas in Se-

pten-

ptenttione? est enim Gallia ad extremam occasum plagam sita: Germania verò Gallia: Orientalis, alibi Strabo, Celtas & Hiberos ad occasum. Nomades & Scythas ad aquilonem collocauit postea verò quām Galli, Germaniam, Italianam, Hispaniam, Britanniam, Græciam, Aſiam minorem, & extreman quoq; Scythiam colonis impleuerunt, urbes fundarunt, regiones coluerunt, leges stabilierūt, tantam fui non minus famam apud omnes populos excitarūt, vt à Celis nobilitatem ac generis splendore omnes Europe gentes velut à Troianis deducere gloriarentur: sic enim Plutarchus in Mætrio, terra omnes Europe ad Aquilonem & Occasum conuersas Celticas appellat. ipsi verò Greci, disciplinarum ac rerum gestarum gloria florentes, exempla fortitudinis non aliunde quām à Celis petere confueuerunt: vt videre est apud Aristotelem in libris de moribus & Republica, rūm etiam apud Aelianum in libro de varia historia. quid Germani scriptores? fāne Peutingerus & Nuenarius (altos omitto) cū sibi Celticum nomen vindicarent, ac maioribus nostris admiserent, Galiam triumphis omnibus spoliatam, etiam verborum contumelia, quoad eius fieri potuit, lacerarunt. sed cūm politiore doctrina eruditū homines, & omnis antiquitas apertè reclamarēt; Lazi⁹ aliud consilium init, ac repudiata suorum



rum opinione , Gallos maximis laudibus cum lauit; et tamen lege, ut Germanos fuisse affirmet qui primum Tuifcones, & Teutones; deinde Galatę, post Germani Alemanive, Celte Gallive sunt appellati. sic enim in proemio scribit. age vero Lazi ; sic enim Gallicum nomen à vestris hominibus imprudente ac temere violatum ab ista labe vindicabis : ac magna me spes habet fore, vt cùm Germani & Galli perfusum habuerint se esse consanguineos & fratres (vt Strabo magis verè , quam ad id quod vellere accommodatè scriptit) perpetuo sè federe atque amicitia complectantur. hoc igitur duntaxat nobis relinquunt disputandum, utrum maiores nostri à Germanis sive originis primordia ducant. ait Lazius: negat Polybius, Cæsar, Liuius, Plinius, Strabo, Plutarchus, Athenaeus, Iosippus, Tacitus, Iustinus, Berofus, Paulianus, Diodorus. vt vt sit, tanta est , ac tam multorum vocibus & libris testata gentis virtusque laus, vt neque Germanos debeat, neque Gallos alterutrius originis penitere . Quod igitur Herodotus, deinde Diodorus, Celiticam ab occatu in Scythiam extremam; Plutarchus etiam in Pontum usque protulit, fatis perpicuum fecerunt Celtas undecunque originē haberent, coloniarum multitudine vniuersam Europam impleuisse. hoc enim præcipuum est originis argumentum,

quod

quod propagatis imperij finibus, ac vietiis populis gentilia nomina velut expresa vestigia ad sempiternam posteritatis memoriam, vt omnes ferè populi reliquerit, sunt igitur à Celte Celtoſcythe, & Celiberti, quod Liuius Hispania robur appellat, à gente vetuſta Gallorum Celte milcentes nomen Hiberis, quod enim Cesar de Gallis scribit libro v. idem Valerius libro 11. de Celtiberis confirmat; nefas semper apud illos fuisse prælio supereſſe, cùm is occupuſet, pro cuius ſalute ſpiritu detrauiffent. ab iisdem Celtis, qui poſtè Galli sunt à Latinis, Galataz à Græcis appellati, Gallicia & Portogallia Hispaniz; Northuallia, Sueudalia, Cornuallia Britanniæ, Gallouidia Scotie; Vuestuallia Germatiæ; Gallia Italiæ, & Galatia Afriæ minoris nomen habuerunt, sum etiam Ruteni Germaniae populi à Rutenis Galilis Carni quoque Germaniæ, à Carni & Carnutibus, & Langobardi à Langonibus, quos Galliz populos Liuius appellat, & Bardis poëti, idque planius est quam vt testibus res egerè videatur. de Thracia in qua Galli diutissime regnauunt, vt Polybius tradit, item de Byzantio ac Syria, cuius imperium non ita pridem tenerunt; nulla vestigia reſtant, neque nomen patrium regionibus vietiis inſiderunt. Boemia quidem à Boii Galliz populis, gentilitium Galliz nomen, inquit Tacitus, adhuc retinet.

regiones



regiones verò Scordisorum, Taniforum, & Heluetiorum, quos Plinius, Cæsar, ac Tacitus, Gallos appellant, nulla veteris appellationis habemus vestigia; denique Gallia togata, quam veteres Galli ab Vidente flumine vique ad Alpes & Athesinum puluis Tulcorum populis inuaferunt, ut eft apud Liuium lib. xii v. 111. gentiliatum nomen amisi: tametsi Mediolanum (extant adhuc eius appellationis duo apud nos opida) Comum, Vicentia, Verona, Brixia, tum multe urbes Infubrum, Ligurum, & Hetresorum, quas Bellaius recentet, à maioribus nostris conditae feruntur. ab Olbia verò Te-
ctofagum vrbe, quinque clarissimè vrbes deri-
uate sunt, ut videtur eft apud Plinius & Stra-
bonem, una quidem Bithynia: altera Pam-
phylia: tertia Cilicia: quarta Celtofaythia ad
Borylhenis fauces: quinta cis Rhenum quae
Tolbiacum pro rō ἡλβανόν appellatur. qua-
tuor quidem Asia ab Olbiaciis Te-
ctofagiis con-
ditas fuſſe nullum maius eft argumentum,
quām quod Te-
ctofages totam illam Asiaē re-
gionem omnium fertilissimam occuparunt,
ut Trogus Pompeius ac Liuius testantur, at-
que hinc Albionem insulam, quā postea Bri-
tannia dicta eft, nomen habuisse credibile eft.
sed hęc dicet Lazio, à Gallis sive Celtis (quos
enim Polybius Celtas, Liuius vbiq; Gallos
appellat) Germaniē populis geſta funt. quid

Cx-

Cæſar? non Gallus fuit aut Germanus, quan-
quam acerrimus Gallorum hostis; Ac fuit, in-
quit, ante tempus cūm Galli Germanos vir-
tute superarent, & vtrō bella inferrent; ac pro-
pter hominum multitudinē, agrique inopiam
trans Rhenum colonias mitterent. itaque ea
quæ sunt fertilissima Germanie loca circum
Hercyniam sylam, Volca Te-
ctofages occu-
parunt, atque ibi confederunt. hęc Cæſar, quę
Tacitus confirmat quibus consentanea Liuius
scribit; scilicet Ambigatum Celtarum regem,
quod in eius imperio Gallia hominum adeo
fertilis fuſſet, ut abundans multitudine vix regi
posse videbatur, Bellonefum ac Segonenum fo-
roris filios, in quas dii dedidenter fedes, misere;
Segonefōqué datos Hercynios saltus; Bello-
neno Italiam. Paſianas quoque scribit, Celtas
in Pannoniam & Græciam mouisse, ab ifisque
Alpes Celtae appellatas. Athengus confini-
liter tradit lib. v. Celtas qui in Græciam tran-
ſiferant, in Pannoniam fedes mutasse. idem
planè confirmat Strabo lib. v. Plin. lib. 1111.
denique Polybius lib. i t. refert Bojos, Eganes
Senones, Ananes ē Gallia in Germaniam mi-
grasse. lib. 111. Celtas in Thraciam vñq; Bren-
no duce penetrasse, & regnum illud vñque ad
Clyari tempora tenuisse. Itaque Beatus Rhe-
manus merito irridet quosdam Germaniē scri-
ptores, qui Brennum & Senones à Germanis
orun-



oriundos fuisse putant. at Polydorus Brēnum Britannum fuisse affirmat, quod anteā nemo scribere ausus est. eadem reprehensione dignus est Lazius, qui Cimbros traditvnā cum Brēno profectos in Italiam & Grāciam. idem Bojaros, quos origine Gallos fuisse omnibus compertum est, solus ex Armenia in Germaniam deditur. hoc vero animaduersione dignum est, quod vbiique Latini Gallos appellant, quos Grāci οὐλατζίν in eadem rerum gestarum narratione. Nam Liuius lib. XLVII. 1. fatetur Gallos (non Cimbros, aut Germanos, aut Tuīcones appellant, quos a Gallis semper distinguit) Italiā, Illyricū, Pannoniā, Grāciam, Macedoniā, Thraciā, Asia fuis coloniis illustratae, atq; omnem regionem cītra Taurum & Halym flumen, ipsoſque Syriꝝ reges vēctigales feciſe. vbi verò de Germanis scribit, gentili appellations complectiſt. vt Iōſippi in oratione Agrippa ad Iudeos, Polſidoniū apud Atheneum in conuiuio Celta-rum, tūm in conuiuio Germanorū γέρμανοὺς & κελτοὺς accommodatè ac propnis appellationib⁹ distinguit. Iam verò Iuſtinus ex Trogo Pompeio planum facit memorabilem illam Gallorum migrationem, quum Italia maiorem ac meliorem partem Tuīcis electis occuparunt, Tarquinij Prisci temporibus contigile: Tuīcos verò in Rhetiam & Vindeliciā Germa-

Germa-

Germaniæ superioris migrasse. altera ex parte, & iſdem temporibus Belloneſus Germaniæ inferioris fertilissima quæque (auctore Liui) loca occupauit. Ex quo intelligitur Germaniam eo tempore posſefforibus vacuā fuisse, nec credibile est Septentriōnis incolas, qui robore & animi magnitudine Australibus praefstant, Italos & Gallos admittiſuros fuisse, quos latifissima Rheni foſta vel Alpium verticibus ab Italīa adiutu prohibere nullo negotio poſſent. Si igitur itaſtu Tuīcos Italie populos (quod Volphius & Fuchsius confiuent) & Gallos originem dediſſe occidū Germanis. ridiculum est enim quod ab Hercule, vel Tuīcone filio Herculis originem exquirunt. extremam verò Scythic̄ oram, Heneti, & Cimbrī, ab Venetis Paphlagoniē & Cimeriis Tauric̄ Chersonesi populis, quorum meminit Homerus, occuparunt. hinc Balticum mare Venedicum appellatur. atque illud est quod Plinius scribit, omnes Germania populos Ingeuones appellari (quos Peuceri indigenas interpretatur, qui revera ſunt antiqui Heneti ac Cimbrī) aut Itaſtones ad Rhenum Gallorum propagines: Hermiones circa Danubium, qui à Gallis quoque stirpem traxerunt, vt autē docuimus: aut Vādalos, id est, peregrinos Germania lingua, qui à Scandia ad littus Balticum appulerunt: nunc Vindelicī: poſtrem Baſtarnas ac Peuci-

N nos



nos prope Daciam, à Scythia in Germaniam migrasse. ac tametsi auctoritas antiquorum deficeret, nihilominus ipsa loci natura nos cō deducit. Vt enim Tacitus doceret Germanos in ipsa Germania natos (id quod absurdum & impium esse constat) ab ipsa Germania descriptio trahit argumentum. Qui enim fedes mutant quærebant, inquit, clavisbus aduehebantur, & immicēius Oceanus variis ab orbe nostro clavisbus editur. quis autem præter periculum horridi & ignoti maris, Alia, aut Africa, aut Italia reliqua Germanianam peteret, informem terris, asperam celo, tristem cultu aipe-
ctuque nisi patria sit? & paulò pôlit? Nullas Ger-
manorum vrbes habitari satis notum est, ne
pati quidem inter se iunctas ædes colunt dis-
creti, vt campus, vt fons, vt nemus placuit:
suum quisque domum spatio circundat, sive
aduersus casus ignis, sive incititia ædificandi:
nec cæmentorum quidem apud eos aut tegu-
larum vñus: materia ad omnia vtuntur infor-
mi, & citrā speciem aut delectationem. Hæc
Tacitus suo tēpore, id est, anno Christi cxx.
quo tempore, si Germania ferarum potius
quam hominum domicilium ei vñsum est, sine
vrribus, sine oppidis, sine castris, sine coha-
reribus ædificiis, qualem suisce putemus Tar-
quinio Prisco regnante, hoc est, ante Tacitum
annos circiter octingentos? at illis temporibus
Galliam

Galliam hominum adeo fertilem fuisse Ilius
scribit, vt in Germaniam & vniuersam Euro-
pam colonias dederet, non igitur Galli, aut
Celtae à Germanis; qui tum nulli erant, origi-
nen duxerunt: sed Germani à Gallis, Tufcis,
Scythis & Henetis. Quare cum queritur de o-
rigine Frâcorum, qui postremi Galliarum im-
perium inuaserunt, non ego illos à Troianis,
vt Gregorius Turonensis, & Abbas Vrisper-
gensis: aut à Phrygiis, vt noſter Bellaius: aut à
Cimbris, vel Phritiis, vt Laziū: sed ab incolis
Franconie Orientalis vltra Rhenum, Gallis si-
nitima, vbi sunt ea, que Cæſar dicit, fertilissi-
ma Germania loca Gallorum colonias occu-
pata circa Hercyniam syluam, que nunc ab in-
colis Schwartzaulde, id est, sylva nigra circa
Danubij fontes, Necarum, & Menum, vbi
Beatus Rhenanus ad Tacitum scribit duas esse
valles, Belloacensem, à Belloaciis, & eam que
Andegauſt ab Andegauis m̄ris popularibus
appellatur: tum fluvius ipse Menus qui Ande-
gauum alluit, idem est cum Meno Hercynie
sylux: Mein vocans è detrac̄to, quanquam duæ
quoque vrbes non procul à Bailea vltra Rhe-
num gentili nomine *Angers* & *Briſſac* appelle-
lantur: tum etiam Senonis nemus à Gallis Se-
nonibus, quos Polybius in Germaniam quo-
que colonias deduxisse auctor est lib. i. 11. illa
verò qua dicitur Yueſtualis Germania, id
est,



est, Occidental Gallia, quæ inter Veserim & Rhenum interiacet, quæque regiones Franco-
nia & Sicambros ad Eûram complectitur, sa-
tis indicat ottum versus Ostwallium fuisse, id
est, Orientalem Galliam ultra Veserim à Gal-
lis subdatam, atque his argumentis non video
quomodo satis à Lazio fieri possit. Ita Fran-
corum origines, hec initia fuerunt. nomen ve-
rò ipsum plene Celticum est, Germanis inusi-
tatum, vt ab illis accepi. est autem Francus lin-
gua Gallica (non Latina, aut Graeca, multè mi-
nus Hebraica) nihil aliud quam hber & immuni-
nis, ex quò nō modo verisimile, sed etiam per-
spicuum sit Gallie populos seruitutis Roma-
norum impatiens, trans Rhenum ad veteres
illas Gallorum colonias migrasse; & cùm pri-
mū potuerunt, excusso Romanorum iugo,
in patriam remigrasse, accepta Francorum, id
est, liberorum hominum appellatione. argumen-
to est quòd Tacitus, qui populos innume-
rabilis Germanorum enumerat, non meminit
Francorum. omitto ridiculam βρίγχαν Pan-
noniæ coniecluram, quam ex Prolempزو non
nulli attulerunt, quanquam Pannones origine
Gallos esse, satis ex superioribus constat. ab il-
lis ergo regionibus ultra Rhenum Gallia fini-
timis, id est, à Frâconia Franci (vt Ammianus,
Agathias, Vopiscus, Procopius tradunt) Au-
reliano principe in Galliam effusi, tantum ar-
mis

mis ac viribus profecerunt, vt Romanos fratre
debellarent, Hunos auxilio Romanorum de-
pellerent, deinde Gothos fugarent, ac tandem
Romanos ipsos de Galliæ possessione detur-
barentibus exactis Burgundiones primum,
deinde Alemanos post cladem Tolbiacam fer-
uite coegerunt, Rhenoque transmisso Rhe-
tiam & Vindeliciam postremò Sueviam, Car-
niam, Pannoniam & Saxoniam suis imperiis
ac legibus subiecerunt. Postremum eius rei
argumentum est in lingue vestigia, vt planum
sit Germanos à Gallis, nō Gallos à Germanis
originem traxisse. hoc verò perspicuum sit ex
ipsis Germanorum, & veteru Latinorum scri-
ptis, vt ad linguæ vestigia, in quibus magnum
est originis argumentum, veniamus. vt enim
Latini à Græcis orundi sunt, & Latina lingua
ex vocibus Græcis penè collata est, non tamen
eadem si quoque Gallica origo Græcis debetur,
contraria quā nostrī scripserunt; Graciam
est Galorū disciplinam. nam cùm multa ve-
stigia Græcorum habemus, ac prope infinita,
non tamen eadem fuit Celta cum Græca lin-
guæ, vt Lazio affirmit, ex eo quòd Caesar scri-
bit, Gallos in publicis ac priuatissimis actis vti literis
Græcorum, ac numerum Helvetiorum, qui
domo exierant, literis Græcis compreheniam
fuisse: quod perinde est, ac si quis putet Ger-
manos populari sermone Latinam lingua




verspare, cùm in publicis ac priuatís rationib⁹, literis vñstantur Latinis . nam Cæsar literas ad Q. Ciceronem legatum Græca lingua scripsit, quod minùs intercept⁹ ab hostibus intelligerentur, præterea Diuitiacum Hedium non nisi per interpretem intelligere potuit: quod fatis est argumenti Diuitiacum Græca lingue (cuius Cæsar peritissimum erat) ignarum fuisse. Massilienses quidem Græce loquuntur, vt est apud Strabonem, cùm esse incorrupta, minimeque confusa Gallis Phœnicians colonia . Druidas quoque Græca lingua instructos fuisse credibile est, cùm Cæsar eos siidem religiosibus ac disciplinis imbutos fuisse scribat, quibus Græci & Lucianus Gallum Gracis disciplinas valde peritum, de statua illa Herculis Celtes disputant se audiisse scribit, lingua quoque Germanorū à Celtica plurimam differebat; tametsi Lazi⁹ eodem errore scripsit Celticam & Germanicam vnam fuisse . cur enim Tacitus Gothinos origine Gallos esse dicceret non Germanos, quid Galica lingua vterentur? cur D. Hieronymus Galatas Asia minoris, eadem lingua qua Treveri (quos Tacitus Gallos appellat) locutos scripsit, non Germanicā? neq; enim tantus vir terrarum orbem peruvagatus illud discrimen ignoravit . cur deinde Ariostius Germanus propter diuturnā ennorū xiiii. confuetudinem, quam habuerat

buerat in Gallia, Gallicè loqui didicisset? sed tam non minùs Germanicā lingua Celts congruebat, quam Gallica . vt enim omittamus illam, quam dixi Gracarum vocum multitudinem ab aliis collectam, & locutiones ab iis qui eo de genere scripserunt omisſas, tum etiam nomina in on Græco more cadentia, vt platon, caton, hogueton, id est, ὁγετον, in quibus Græca lingua simulacrum penitus exp̄essum intuēmur (nam Latini, Plato, Cato, Dio, Melanchthon dicere solent) nullum maius argumentum quam in propria vetustāque locorum appellatione, quam nostri penitus neglexerunt, reperiēmus. igitur pauca de multis afforam. Rhodoni⁹ montes a rosis; Pyrenæi ab inflammatione, vt Berofi vulgata fragmenta docent. Sbenni verò, quasi extincti appellantur. sic enim incol⁹ vocant eum mōtem qui à Strabone Cemenus dicitur. deinde mons Pelius. Tholosa lutulentam, vt est agri natura, vel tētam innuit. Olbia quam Dorico more Albian vocamus, beatam significat: cuius Vrbis & etymologiar, me admonuit Hieronymus Chando secretarius regius, non minus eruditione quam generis splendore clarus. Limogea, terra famis, vel vt sc̄imine Limossea. ζαχαρίας καὶ αἴσιας γένεσις, Dores vñspāt. est enim regio vehementer steriles, & planis infrugifera; ne quis pestifer ex ambiguitate



tate vocis λοιπός & λιγός interpretetur: vrbis autem antiqua Lan, sic enim Doricē λαῖς nostri esserunt: incolae tamen λάτεροι nōn pronunciant, à rupibus vel populis nōmen habet. Antipolis, quod Nicæa sit ex aduerso posita: Stœchades insula ab ordine: Alexia verò Man-dubiorū, à securitate Aphrodisium promon-torium à Venere: Tectolages, ab armorum opificibus: Rhodanus Ρόδανος, propter catarractas Græcis appellatur. Maxima autem, vrbis est in finibus Burgundionum, quæ sic dicitur, quod in longitudinem extensa sit: cuius me Vrbis & etymologiæ admouui Philibertus Barjotus Prætor Maconensis, vir summa integritate ac eruditio clara. imperitè verò Matriconem vocant. sicut etiam in finibus Camerum oppida duo finitima, quorum alterum οὐ, alterum appellatur ιχελός. & vrbis ea quæ Eurus nomine Græco dicitur: tum etiam Beotia nostra, omitto Druidarū nōmen, quod plenè Græcum est, & Semnotheoruim Galligæ sapientum: tametsi Schamotus alij di-ctos arbitrantur, quasi celestes Hebraica vo-ce, sed in eo genere, multa suo quisque inge-nio cōquirere potest. ex his enim propriis locorum appellationibus origines verius ac melius indicantur. Est autem lingua Celta Rōmanorum consuetudine ac frequentibus con-locis penè amissâ præferrim in Gallia Narbo-nensi,


nensi, & Aquitania, vbi vulgus non procul ab-est à Latino sermone. fuerū enim in Galiam plures deducētæ coloniæ, quam quæ ab hiflo-ricis enumerantur: idque argumento est, quod Lectoria vrbis Aquitaniæ, tunc ex appellatione, tunc ex antiquis inscriptionibus vrbis, colonia Romanorum iudicatur: eam tamen nullus scri-ptor, quod sciam, inter colonias retulit: nota est colonia Narbonensis antiquissima, colonia Lugdunensis, Agrippina, Valentina, Nemau-sensis, Gratianopolitana, Arelatenensis, & ea quæ in finibus Sequanorum Coloniacum nōmen retinet. cum autem legiones Rōmanorum af-fidūt in Gallia excubaret, fieri non potuit, quin patræ lingua penitus obliuisceremur, Latinam acciperemus. In Germaniam verò nullas ferè colonias Romani præter Augustam & Constantiam deduxerunt. quod sit vt Germani lingue Celtice, quam à nobis, ob coloniarum & commerciorum viam didicerant, plu-ra quam nos ipsi vestigia retinuisse videantur. Ut enim paucæ de multis colligamus, constat ex ipso Cæsare Vergobretum Celticum ver-bum esse, quod funnum executorem inter-pretatur Glareanus, coquæ Germanos & Hel-uetios vti. ac Rhedam, quam vocē Cæsar Ga-lis pro curru tribuit, Germanis in eadem signi-ficatione vsurpari. illud autem à Græcis initium habet, qui currum appellant πίστος, vt est apud Hely-



Hesychium . nos adhuc Alaudam retinemus,
Ind' sev in 24
M. av. s. 18 Paulanias equum à Celis *Mare* appellari scribit, inde *Marquus*, & Marcoman, id est, eques, nam *Mare* limitem significat; *Marche* forum, Germanis & què ac nobis ipsi. sed *Marquus* dignitatem habet equestri maiorem. *Padus* à Pades Gallica voce, qua *Picame* significat, quòd circa fontem Padì multa sit, vt Metrodorus scripsit: sed verius est Galliè profundum significare, inquit Plinius: nam Ligures profundum Bodingum appellant: arguento est inquit, vrbs antiqua Bodincomagum, qua fluvius altior exurgit. sic quoque lacus *Acromius* Boding ab incolis; finus item magnus interioris Gothig Boding appellatur in eadem significacione, & populi Bodini, qui Pannonię metropolim incolunt, propria quidem & genitilia eius appellationis nomina tenemus (unt enim eius in Gallia nomina prope infiniti) significacionem non tenemus, sed Latino verbo utimur. ex eo tamen coniectura consequi possumus, à veteribus Celis ad Germanos hæc nomina cum origine populorum migrasse. Duni vox quid est, multi sanè quiserunt, explicat Atheneus, ac Douinos à Celis appellari dominos scribit. hanc vocem Hispani magna sui parte à Gallis oriundi, ac Siculi eodem sensu retinent; nostri vero monachis eam vocem reliquerunt: inde tamen antiqua nomina

Lug-

Lugdunum, Virodunum, Isodunum, Nouiodunum: nū dicamus dñe locum editiorem seu monticulum significare nostrī dunes, appellant *leues*. Magum quoque quid est, neque Germani, neque nostri aperuerūt quod tamen ex Plinio docemur, vbi Bodingomagum urbem profundum interpretatur. omitto inanes de Mago interpretationes. hinc igitur Nouiomagum, Rhomagum, Neomagum, qua vocē Germani carent, cùm olim viribus carerent, ipsi Purgum, quod plànè Graecum est, à nobis, nos villam & castrum accepimus à Latinis. Berg Celticum verus, quid montem significat, quo etiamnum vtuntur Germani, nos Latina voce: inde *berger*, id est, vetere lingua montanus, quo nomine paftores appellamus. nam rustici Latina verba difficultius acceperunt. hinc apud Germanos urbium & castrorum, que in montibus posita sunt, cōposita voces: Bamberga, Hildeberga, Clarberga: nos Claramontem dicimus. Confimiliter Bardi nomen, quod Germanis hoc tempore sacerdotem significat, à maioribus nostris acceperunt. scribit enim Caesar, Germanos, nec disciplinas, nec sacrificia, nec religiones habuisse. Bardos verò Gallorum poëtas olim à Gallis appellatos esse, & Bardum Celta lingua, cantorem significare docet Sulpitius ad Lucanum; tūm etiam Amianus ac Diogenus:



dorus : sed quia eiusmodi poëtae incepti ac barbari Latinis videbantur, impolitos ac stupidos Bardos appellatunt. hinc Dagobard, heroicus cantor vel poëta: Sigebard, viator poëta: Al- bard strenuus poëta : Robard, rubens poëta, atque hinc Lambardi & Langobardi: Germani heroicum sacerdotem, ruborem sacerdotem interpretantur. sunt enim Langones & Bardi finitimi populi. Hard quoque Celticum est, quod Germanis robustum significat, nobis sudacem adiecta vocali quam e fine dictioñi Germani saepius eximuntur cohortem appellant band, nos bande, regionē insulam Land, nos Lande : ita quoque ipsi hardimant, nos hardiment, hinc etiam hard ramum vocamus contortum, quo nihil fortius : & pœnam hard, id est, laquei, quo veteres pro funibus vtebantur. hac autem composita bernard, ex Germanica Bern, & Celtaica hard, id est, Vt̄ potens: Leonard, id est, populi robur, ex Graeca & Celtaica voce conflatum: Graci $\lambda\epsilon\sigma\delta\tau\eta$ ac $\lambda\mu\alpha\delta\tau\eta$ diceret, vt illud quoque Cenomani gentile nomen, quod ex Celtaico Man, Germanis, Scythis, Turcis & Tataris vitatissimo (nos enim Latina voce vtimur hominem appellantes) & Graeco conflatum est, ex quo verisimile fit Cenomanos, id est, nouos homines, aliquando in Galliam venisse ante Tarquinij tempora, cum postea in Insulam colonizare quoque

Ceno-


Cenomanorum à veteribus Celtis deducere sine, qui quidem Italie Cenomani appellantur, est etiam vetus Celticum reis, id est Rex: Germani efferunt reich: Cæsar in morem veterum Gallorum rix scripsit, unde composita nomina Dunovix, Rex dominantium: Omnia, Rex hospitium: Orgetorix, Grecocelicum, id est, Rex infanorum: est enim ὁργὴ filior, & ὁργὴ Gallicè orgailloux, quod vitium proprium est infanorum. Fridrich, idem quod Rex pacis . & apud Litium Lomnorius & Lutarius Celtaica fuit: propriè Cæsar scripsit: Lomnorix. Germani non satis aptè meo iudicio diuitem interpretatur, vt diuitem infantar, diuitem hospitiatatis: quamvis virique & Germani & Galli rich diuitem appelle, Galli quidem adiecta e feminine, quam Germani detrahunt. sed tamen eleganter tropi, quod diuitem sint regum propriæ. argumento sit quod Germani Francreich regnum Franciæ vocant: tum Ostreich & Viefreich (quam corruptè Austria & Neustria appellamus) pro regno Orientis & Occidentis apud Germanos usurpat. nam dictio Cumii, que Germanis Regem significat, Gothorum est & Sclavorum. Mar quoque vetus Celticum, quod Germanis æquè ac nobis ipsiis commune est: illi Mai, nos Mare enunciamus, pro maximo ciuitatis magistrato. hinc illa vetera Viridomarus, Sue-

rus,



fus, Códomarus: id est, Códomi magister, &c.
vt Latini Dicátorum populi magistrum ap-
pellant. ultimus autem Sueciæ ac Danicæ res
antique stirpis Margareta pater Vvaldemarus
vocabatur. infinita fuit Celtaica vetera, quibus
Germani nunc etiam vntuntur. vt *plaitz, robes,*
ses, troit, seu, seyer, mantel, pleraque tamen ab il-
lis anxie detorta videntur, vt cum Lazio Fran-
cos à Phrygia repetit, primum Phrygios,
deinde Frisos, poltè Fracos, tum βρόγχος,
& Friancos, postremò Francos appellatos esse
tradit: & Cimbros primum Gomeros, deinde
Gimros, tum Cimros, post etiam Cimbros,
postremò Sicambros. idem beccus illud Herodoti Phrygia lingua panem significare tra-
dit, cum tamen caprea vox sit ab infante pro-
lata, qui nihil aliud auditu percepereat. magis
plausible est quod P. Ronardus meus ciuis,
(est enim Vindocini oppidum, in Andium a-
gro situm) in Franciæ Alfyanaçta Francum
a veteribus quasi φερέγγοι appellari scribit.
que verò Germanica fuit, & in Germanico fo-
lo nata, non modo significatione, sed etiam
pronunciationem habent à Gallo alienam. vt
Bald Germanis significat leuem & celerem,
nos Celticò verbo *liger* vniuntur, quo nomine
fluvium Gallicæ maximum olim appellatum
fuisse testatur Cæsar. particulam verò Bald
nunquam enunciamus, sed diphthongo aust
quod

quod illi Gerboldum, Theobaldum, Vvidbal-
dum: nos itaq; Gerbaud, Thibaud, Guidebaud. Læd
verus Celiticum est, quo Germani pro regione
vntur, nobis enim *Lande* significat regionem
incultam, qualis erat olim vntuera Germania.
hinc apud illos nomina regionum, Friesland,
Grotland, &c. que etiam apud Germanos in
ther definitur, planè Celrica sunt, ve Deither,
Luther, Dejotiarus, Luthorius, quos Galato-
rum reges fuisse constat ex historia Latino-
rum. confimiliter ventorum cardines & appella-
tiones, quæ à nautis usurpantur, scilicet, Ost,
Vest, Nord, Sudex quibus catena cōponuntur,
Celtae esse ex eo appetat, quod ubique
que Galli fides fixerunt, his vocibus loca di-
stincta reperiuntur Northuallia & Sudual-
lia Britannia: Vvestuallia Germania: neque
enim Vvestgermania, vel Vvestbritannia re-
peritur. præterea Latinorum appellacionibus
vntur, Orientis scilicet, Occidentis, Meridiei
ac Septentrionis, vt appareat illa planè vetera
fuisse. infinita fuit id genus quæ suo quaque
iudicio ac ingenio exquirere potest: ex his ca-
men que attulimus verborum exemplis, ex A-
thenzo, Paufania, Cæsare, Plinio, Diodoro;
perspicuum esse opinor, Germanicam lingua,
magna sui parte è purissimis Céltarum fonti-
bus deriuari. quod si ita est, sequitur illud quo-
que, originem, arma, leges, humanitatem de-
nique



nique Gallis deberi: ac vehementer labi Lazio, qui maiores nostros à Germanis oriundos esse affirmat. hoc autem de linguae vestigiis argumentum, satis etiam indicat. Britores Armoricos à Britanis ortum habere: propterea quod iij qui apud Britannos Vvaliæ angusta regione circunscribuntur, soli capiunt vernaculum Britonum, ut ab Anglis accepit. accedit præterea consensio nominis historiorum fides. Sed unde illi Vvali, nisi à Gallis? ex eo plerique putant, veterum Celtarum eam linguan esse, quod affirmare non ausim: cùm planè mali sit signata eiusmodi lingua, & quoniam Caesaris temporibus, fama iam inde à maioriis perulgata erat; incolas, qui intimos Britannie recessus tenebant, non à Gallis oriundi, sed in ipsa insula natos & indigenas esse, dubitauit an ex lingue vestigiis intelligi posset. Si enim demus ab Albiis Gallis Albionem primum appellatam, consequens est Britanniam (sic enim Aristoteles appellat) ab aliis quibusdam aduenis, veteribus incolis expulsi cognominatam. est autem Breta verbum Cantabricum, quod terram significati hinc Alphonsus v 11. Abreta dictus, quod humi semper procumberet ac terram contractaret, ut scribit Tarapha Hispanus. quò mili fit verisimile Bretanos à Cantabris originem habuisse, qui primum insulam conspicati Bretaniam

niam (ut nautæ solent visa terra) nominarunt. quanquam Hispani vocé illam ignorant. postea verò quam Saxones Bretannos expulerunt, linguan quoque immutarunt. appellant enim terram eodem nomine quo Germani, Gothi, ac Septentrionales populi, hoc est, Hebraica voce γῆ Erts, quanquam Barath Hebreis agrum quoque significat. ut autem à Cantabris oriundos putem, facit cùm lingua vestigium illud, tunc breuissimum maris tractus. postremò incolarum Hiberniæ finitima vetus opinio: aiunt enim Hiberios, id est, Hispanos, maiores habuisse. Hiberia verò videtur ab Afris Hispaniæ finitimus, aut certè ab Hiberis Asia primùm cule fuisse, quorū vetus lingua parum admodum ab Hebraica differebat, vt in ealingua eruditæ homines scripsere. primùm vox ipsa Heberorum, quæ nihil Græcis aut Latinis significat. itaq; Græci eos Hebraica voce Heberos, Latini Græca voce Hispanos, id est, raros, quòd hominum inopia olim laboraret: tametq; populofam suis temporibus Cicero appellauit. prætere flumē illud Hispaniæ maximum, quod Hebro incolæ vocant, Latini Hiberum, & Bethis ex ipsa Palatina fluere mihi videntur. Postremò Sécanos (qui à Græcis & Latinis Sicani dicuntur) ab Hispanis in Siciliam venisse, ac de suo nomine appellasse tradunt omnes historiæ scriptores. nihil au-



tem Secani Græca lingua vel Latina significat; Hebraica tamen habitatores dicuntur, atque hinc puto populos Sequanorum, qui Burgundiam incoluerit, & Secanam (sic enim doctus ab incolis Cœsar appellauit) ab iisdem populis nomen habere. quod enim à Iubal Lamechi filio Hispanos originem traxisse putat Iosipinus, valde remotum est à probabili coniectura; nisi ad eius infinitam posteritatem hoc referatur, quāquam ab Hebreo Semi nepote, qui attauit fui attauit Jacob Hebræorum parentis, & ab eius stirpe aliis quoque ramos immumerabilis oriri potuisse planum est. sed eius tantum populi, quem Deus vnicè complectebatur, origines in scripturis explicantur; aliorum non item, idque intelligi potest ex ipsius Iisnaëli stirpe, unde duodecim tribus ab Hebræorum interpretibus deriuantur. inde Arabes, qui Iudæorum in morem sui generis antiquitates incorruptas, ac tribus quoque certis originibus ac nominibus comprehensas habent, ut videre est apud Leonem Afrum. Quamquam fatus, opinor, constat populos omnes coloniarum multitudine, bellis, seruitute, peragrationibus, iam pridem ita confusos, vt nulli prater Hebreos, se ab aliorum populorum confusione liberare potuerint. idque intellectu facile est, si quis meminerit Vandalos & Gothos ab extrema Septentrionis plaga in Africam,

fricam; Arabes in Persidem, Syriam, Africam, Italiam & Hispaniam; Hispanos in Americam & Indiam; Gallos & Italos in Afiam & Scythiam vñque colonias deduxisse. Est autem coloniarum deducendum ratio quadruplex, aut enim incolæ viribus hostium expulti sedes alias quecumq; Trojani post viris euerionem in Latium: Hetruci, qui & Tufci dicti sunt, à Gallis de Italia deieicti, in Rhetiam colonias deduxerunt, vnde appellatio prima Germanis Tufcorum, ita quoque Asyptiorum colonia duce Danao in Graciā: Normanni in Galliam: Britanni ab Anglis pulsi, ad litus Celicum: Phoenices tyranide Prefecti regis Perfarum afflitti, in Celticam sedes mutarunt, vt Iustinus scribit, & omnium quæ vñquam extiterunt, florentissimam Rempub. vt Tullius affirmat, insisterunt. Chanangi ex agro Palestino ab Hebreis electi, in Illyricum & Pannoniam nauigant, vt Rabbi Daud Kimhi ad finem Abdis testatur. Vandali Francorum armis coacti, in Hispaniam; hinc à Gothis pulsi in Africam trâmisserunt. nec ita pridem Rhodij à Turcis fracti in Cretam migrarunt, atque eius migrationis infinita sunt apud Pausaniam & Strabonem exempla. alterum coloniarum genus deducitur abundantie multitudine, vel propter inopiam agrorum, aut int̄periem cœli. Miletus ccccc & lxx. populos in di-

O 2 uerba



uerfa effudit, vt Seneca scribit in libro de consolatione ad Albinam. Idem Atheniensis in Asia turba est. totum Italie latus quod inferiori mari alluitur, maior Græcia fuit. Tuscos Asia sibi vindicat. Tyrrh Africam incolunt: in Hispania Pœni: Græci se in Galliam immiserunt: in Græciam Galli. Pirenaæ Germanorū transitus non inhibuit. alij longo errore iactari non indicio elegerunt locum, inquit, sed laetitiae proximum occupaverunt. alij armis sibi ius in aliena terra fecerunt alios excidia virium suarum: alios domesticæ seditiones aliquos superfluentis populi frequentia ad exonerandas vires emisit: alios pestilentiæ aut frequenti terrarum hiatus, aut intoleranda soli vita ciecerunt. alios alia causa exciuit donib[us] suis. quidam ibi confederunt, vbi illos rerum inopia deposituit. quasdam gentes cum ignota pereverent, mare hauisit. & paulò post: quid referam Antenorem Patavium conditorem: Euandrum in rīpa Tiberis regna colloquātem? quo populis Romanus colonias in omnes prouincias misit. vbiunque viui Romanus habitabat. ad hanc communationem libenter nomina locis dabant. vix villam terram inuenies quam nunc indigena colant. Postremò sic concludit Seneca: Illudigitus manifestum est, nihil eodem loco manifissi quo gentium est. affidius humani generis discursus est, quotidie noua virium funda-

fundamenta iacentur, noua gentium nomina prioribus extinctis aut in occasionem conqueritis oriuntur. Video tamen Scythes ferè semper ab Aquilone in medias regiones cum infinitis legionibus concesserunt. Nam Cimbri, & Cimbrorum reliqua, Aduatichi, Nemetes, Vbij, Tungri, Vangiones, Sicambri, Saxones, Gothi, Langobardi, Gepida, Vandali, Pictones, Normanni; addit etiam Olaus, Getas, Alanos, Herulos, Hunnos, Turcelingos, Vuiniulos, Rugios, Suecos, qui nunc Suiflji vocantur, à Scadia in Europam inuasissi. Quinetiam Procopius & Albertus Crantius tradunt, Sclaeos ex eadem Scandia Iustiniani temporibus in Pannonicum irrupisse, postea geni illi sui nominis ac lingue fama Europam vniuersam impleur. sic enim audio Polonos, Bohemos, Ruthios, Lithuanos, Molchouitias, Boffinios, Bulgarios, Seruios, Croatios, Dalmatas, Vandalo eadem Sclaevorum uti lingua, que in Scandia visuratur, ac fola dialeto differre. confimiliiter ab Asiaticis Scythia populis, Parthi, Turci, Tartari origines traxerunt. tertium genus coloniarum, imperii propagati ac tuendi causa fulcepsum est, quo potissimum vii sunt Romani, tunc ut ciuitatem domestica seditione liberarent, tum etiam ut viatos populos in fide & obsequio retinerent. atque haec vna causa est, cur imperium illud tam longè lateque-

O 3 propa-



propagant. Ita quoque Gemuenes in Tauricam Chersonesum coloniam Theodosiam, quae Capha dicitur: Veneti in Insulas; Hispani in Americam & Indiam colonos deduxerunt. Postremum genus coloniarum est in captiuis abducēdis; ut cum decem tribus Hebræorum primū; deinde octogesimo post anno reliqua in Caldagam abducēsunt. decem enim tribus hic illuc dispersæ in Asia feruntur. tribus Iuda & Beniamin, reditum in patriam impetrarunt, quæ sexcentesimo post anno à Romanis in feruitum rufus abducēsunt, ac toto terrarum orbe ab ultimis Europæ ac Scythia oris, in Africana & Asiam viuueram diffusa, qui exemplo nobis sunt omnes populos coloniarum multitudine confusos: quod hæc vna genis his quoque temporibus in Caldaea, Parthia, India, Gallia, Græcia, Italia, Hispania, Germania, Africa, dispersa videatur. quid Romanis? qui ab Oenopia usque ad Danubium: à Britannia usque in Persidem, suas colonias, armæ, legiones propagant. Italiz verò populi, ex Arcadibus, Troianis, Sicanis, Gallis, Græcis, Gothis, Hunnis, Vandali, Herulis, Langobardis, Panis, Normannis, misli sunt & confusi. hoc igitur non sine admirabili prouidentia factum videmus, ut populus Hebræorum, qui omnium principum crudelissimam vim a tyrannide pertulit, sui generis antiquitatem folius

lus retineret. at præpotens Aethiopæ rex ab illa gente repetit generis splendorem, seque ac siuos gentiles Israëlitæ appellat. illud etiam magis mirum videri posit, quod ab illis religiones, que toto terrarum orbe usurpantur, velut à fonte fluxerunt. cum igitur hunc populum in omnes terras sparsum videamus, quid de reliquis gentibus existimandum? et enim tantæ naturæ fecunditas, vt paulo momento ab vnius hominis stirpe innumerabiles procreari videamus. nam Iulius ex Trogo Pompeio scriptum reliquit, Herotimum regé Partorum, filios sexcentos genuisse & vnius lacobi proles annis ducentis in legiones innumerabiles excressisse. vna legio Turcarum, quam Perse aduersus Arabes euocarant, repente in tantam hominum multitudinem aucta est, vt Arabes eos etiçere frustra conati, fasces & imperium sumiserint. confimiliter migratio Tartarorum in Asiam minorem duce Tamerlane, Asiaticorum ac Turcarum tribus confuderunt. quid commemorem id quod incredibile posteritatem videbitur, Circassiorum cum Aegyptiis, Hispanorum cum Americis, Lufitanorum cum Indis? Gothorum & Vandalarum cum Hispanis & Afris cognationem? ex his ergo intelligitur, omnes homines tunc peragrationibus, tunc etiam coloniarum multitudine ac frequentia, tunc bellis & feruuntu-



iam pridem ita cōfusos, vt nulli de originis antiquitate ac vetustate, preter Hebreos, gloriai possint. ac vehementer falli mihi videtur principes, qui suę nobilitatis decus ab extrema memoria repetunt, aut sempiternum fore sperat: gens enim Aracidarū & Heraclidarum, quę apud Creęos clarissime fuerunt; tunc apud Latinos Iulia, ducentesimus ac millesimus non superarunt. reliquę gentes patriciorū, Portij, Piñarij, Geganij, Sergij, Cornelij, Fabij, Mamlij, Aemylij, Curiati, Claudiij, vix octingētesimus attigerunt. vt Cęsarī necesse fuerit inter patrioticos allegere nouos ac nobiles. Darij vero, annos ducentos floruerūt: Arfacidę circa 600: Othomani 300. Hispani principes summū nobilitatis fastigium à Gothis repetunt, qui omnium opinione barbarissimi putantur. Austria dominus, qui Italorum, Hispanorum ac Germanorum imperiū habet, à comitibus Aifurgi generi sp̄lēdorem repetens, ante Rudolphū Alberti patrem, id est, ante annos ccc, que qualisque fuerit penitus ignoratur. Saxonica vetustissima ante sexcētos annos, hoc est, ante Ottōnem Henrici Aucupis patrem, maiores cire non possit. Meroueorū autem, qui huius imperij fundamēta iecerūt, stirps anno post quadringentēsimō desit. & Caroli magni genus in Carolo duce Lotharingo, ducentos post annos extinctum est: nunc imperant Capeti, ab Vvide-

Vvidekindo Saxone orti, is in Galliā adductus est, & Christiana religione à Carolo magno informatus, atque Andium comes creatus, vel, vt alij putant, ab Ottone fratre sui generis posteritatem, omnī quę sunt in Europa rerum geltaurū gloria, clarissimam & antiquissimā reliquit. iam enim ab Vvidekindo anni paulo minus octingenti numerantur. Normānorū & Anglorū principes in Henrico I. defierūt: Andium in Richardo I II. Hērci v I. st̄ ips in Eduardo v I. Lancastrorum & Yorcormū nulli mares reflant. Scotiæ primi reges in Alexandro I II. Brufil in Dauidie I. Stuardi in Jacobo v. Caltilij in Hērico I II. Aragonij in Ferdinandō v. Suci, Dani, ac Noruegi in Margareta Valdemari filia. Pomerani regnum, & Bauari prius extinctum quām natū fuisse videtur. secuti sunt Aldeburgēs, qui nunc imperiū Danicē tenēt. Goflau pater ex priuato Suciē imperiū nō ita pridem suscepit, nec multò diuturnior fuit in Pānoniē imperio Stephani ḡs, cui Carolus Andegauus rex Neapolis succedit, inde Otto Bauarus, tunc Sigifredi Lüemburgensis, cuius stirpem exceptit. Marchitas Corvinus, primus ac ultimus suę gēris Rex appellatus. Polonorū vero Reges, antiquitatem non lōgiū quam à Pyafro rūstico repetebat, cuius tamen posteri vix imperatū annos 600. hos excepterū lagellones à Lituanie ducibus,

q̄bi



qui tamen Pyatlis nec antiquitate, nec rerū gloriarum cōparari possunt. Italiq; vero nobilitatem, Veneti sibi vindicare cōsueverunt, neque tamen eorum nobilissimus, ut ab extrema memoria stirpē eruat, ante annum septuaginta millesimum maiores appellare potest. proximi sunt Colung, Vrfini, Saelle, Petili, Romane nobilissatis reliquias, quibus nec Elfeles, nec Gonzage cōparando se putat. Medicei de virtute, non de generis antiquitate gloriantur. fatis enim cōstat patricios in omnibus Italique viribus, quæ in statu populari floruerit, aut crudelissime casos, aut bonis amissis cœctos, in Gallia quidē & Hispania gens omniū antiquissima Leuarū esse creditur, clarissimo teste Frācisco Valefio, qui patriciorum antiquas origines conquistissime dicitur. Leuq; tamen suū genus ad Leuitas referunt, quæ adiunctorum reges Abrahā finorum ad Israëlitas; sic enim patricios appellant, qui tamen antiquissimas suorum origines non definit, nec Aluarefus quicquam tradidit, solum Hebrei generis antiquitate certissima populus omnibus prebit, nemo tamen suū tribum nūc clere potest, sed omnes inter se cōsuū stirpē agnoscunt, ramos ignorant. Gens verò sacerdotū, quæ nobilitatis summum decus ab Araone repetēs, duobus annorum milibus ac trecentis floruerat, Gothicis ac Vandalicis cladibus creditur intercessisse; non sine magno diuinū vitionis argumento.

De

Poly-

DE HISTORICORVM ordine & collectione.

Cap. X.

Auficandum erit à brevissimis Chronicis, putā Bulingeri, Lutheri, aut similius; deinde ad Chronologias, videlicet, Funccij, Phrygionis, Eusebii hinc ad historias magis aliquantū diffitas veniendum; quales sunt, Carionis, Melanchtonis, Peueri, postremo ad consummatam historiam quinque tempora, omnia, aut pulcherrima quaque complectentem.

Vniuersalis historia scriptores.

Nostri originum liber ab orbe Claruit ab condito, vñque ad migrationem te Christiā Hebreorum ex Aegypto in Pa^{anno 159,} lestinam, historiam vñiuersi mundi complectitur annorum

II. M. CCCCL.

Berofi Caldai, quæ dicuntur, fragmenta vñ Clar. ante niuersit historiæ ab orbe condito vñque ad ans. Christum inundi IIII. m. cxxv. In Sardanapalo anno 350, delit, vt Metaphrenes scribit.

Herodoti Halicarnassei de rebus gestis Græc. Clar. ante corum, Aegyptiorum, Medorum, Persarum, Chr. 425, Lydorum; ab anno mundi ter millesimo cxx. vñque ad IIII. m. d. libri IX.



- Clar.ante Chr.200. Polybij Megalopolitani, de rebus Græcorum, Romanorum, Pcenorum, Celtarum, ab exilio Cleomenis & Pyrrho Epirotarum rege, vsque ad bellum Romanorum cum Achæis & Philippo rege Macedonum : id est, ab anno mudi i I I. M. D C LXXXI. vsque ad annum, i I I. M. D C C L X V I. de libris x L. quinque priores extant, & epito me sequentium vsque ad x v.
- Clar.anno Chr.150. Trogii Pompeij epitome ab Iustino libris XLIIII. comprehensa, omnium penè populorum gesta breuiter complectens, à Nino usque ad Cæsarem Augustum.
- Clar.anno Chr.40. Diodori Siculi bibliotheca, vniuersalis historiarum, maximè illustrium populorum, ab ultima Aegyptiorum memoria vsque ad Cæsarem. de libris x L. extant x v.
- Clar. post Chr.38. Philonius Hebrei de temporibus libri duo, ab orbe condito vsque ad Tiberium.
- Clar.312. Eusebij chronicon, ab orbe condito vsque ad annum Christi ccc.
- Clar.340. Hieronymus annos adiecit L. Prosper Aquitanus i. x. Palmerius Florentinus m xl. Palmerius Pisanius x x x. Iulij Africani de temporibus, ab orbe condito vsque ad annum Christi cccxx.
- Clar.560. Phareculphi epitome historiarum, ab orbe condito vsque ad annum Christi d L.
- Clar.730. Bedæ Anglischerica, ab orbe condito usque ad annum Christi n c.

Adonis

Adonis Vienensis de sex mundi statibus, Clar.980. vsque ad annum Christi D C C C C.

Helmandi chronicon ab orbe condito usque ad sua tempora.

Hermani Contraicti Heluetij, de sex statib. Clar.1067. bus vsque ad suam aetern.

Mariani Fuldenis Scoti chronicon, ab orbe condito vsque ad suam aetatem.

Zotaræ sua historia, ab orbe condito vsque Clar.1120. ad annum Christi m c x i i . tribus partibus diuisa: prima pars Hebraeorum est, altera Graecorum, tercia Latinorum.

Honorij Auguſtodunensis chronicon, ab Clar.1120. orbe condito vsque ad sua tempora.

Sigeberti Galli chronicon, ab anno Christi Clar.1130. c c c l x x i . id est, à fine tripartita historia, vsque ad annum m c x i i i . cum appendice incerti autoris vsque ad annum m c c x v i .


Abbatis Vrispergenis chronicon, ab orbe Clar.1239. condito vsque ad Fridericum I. Imper.

Vincentij Belluacensis historia, ab orbe con. Clar.1260. dito vsque ad annum Christi m c c l .

Antonini archiepiscopi Florentini sua historia, ab orbe condito vsque ad annum Christi m c c c l x x .

Fasciculus temporum, ab orbe condito usque ad annum m. c c c l x x x i i i . incerti autoris.

M. Antonij Coccij Sabellici ænzes x i. Clar.1490. histo-



historia, ab orbe condito & his cohærens sy-
nopsis Hedionis.

Clar.1496.

Donati Possij Mediolanensis historia, ab
orbe condito vñque ad annum M. CCCC CL-
XXXIX.

Clar.1510.

Io. Nauclei Tubingenfis chronica, ab or-
be condito vñque ad annum Christi M. D.

Clar.1515.

Philippi Bergomensis historia, ab orbe con-
dito vñque ad annum Christi M. D. III.

Clar.1519.

Martini Lutheri Saxonis, series annorum
mundi vñque ad suam ætatem.

Clar.1520.

Achillis Gallari epitome chronicorum mun-
di, ab orbe condito vñque ad annum Christi
M. D. XXX.

Clar.1540.

Pauli Constantini Phrygionis chronicon,
ab orbe condito vñque ad annum M. D.
XXIIII.

Clar.1540.

Io. Carionis Lubeci chronicorum libri tres,
ab orbe condito vñque ad annum Christi M.
D. XXX. cui accessit appendix ad annum M.
D. L. V.

Clar.1540.

Philippi Melanchthonis chronicon, libris
tribus comprehensum, ex ipso Carione ma-
gna sua parte expressum, vñque ad Carolum
magnum.

Clar.1540.

Gafparis Peuceri chronicon, à Carolo ma-
gno, vbi deficerat Melanchtho, ad suam vñque
ætatem.

Clar.1540.

Pauli Iouij historia, omnium penè popu-
lorum

lorum sui temporis ab anno Christi M. CCCC-
XCIIII. vñque ad annum M. D. XL.

Henrici Bulingeri chronicon, ab orbe con-
dito vñque ad suam ætatem.

Io. Fuccij Pruteni chronologia, ab orbe Clar.1550.
condito vñque ad annum Christi M. D. IIIII.

Mercurii chronologia. Clar.1570.
Joh. Stedani de + sumis impis 1. 7. 1558.

Geographi historici uniuersales.

Strabonis Cappadocis libri x i. in quibus Clar.ante
breuum omnium populorum historiam cum Chin.anno.
geographia coniungit.

Pomponij Meli Hispani de situ orbis, vñà Clar.chri-
stianorum historia populorum.

Paulanor Caſtarinensis grammatici, Attica, Clar.anno
Corinthiaca, Laconica, Messeniaca, Elea, A-. Clar.140.
chaica, Arcadicā, Bæotia, Phœnacia.

Raph. Volaterrani libri XXXVIII. quibus Clar.anno
uniuersal Historiam cum geographia com- Chr.1500.
plexus est.

Munsteri cosmographia, historias & origi- Clar.anno
nes, vñà cum regionum descriptione com- Chr.1540.
pletens.

His adiungi possunt historici rerum varia-
rum, quales sunt, Athenaeus, Asilianus, Tzet-
zes, Leonicus, Solinus, Valerius maximus, Pli-
nius, Sudas.

Post



Post historiam uniuersitatis, non incommodè subiungi poterunt Ecclesiastici scriptores, & earum sectarum quæ potentiam stabilierunt ac retinuerunt, ac primum de religione, antiquitate, ac rebus gestis Iudeorum.

Sacra biblia.

- Clar.anno Chrifi.38. Philonis Iudæi, qui philosophistoricus appellari potest, omnia scripta.
 Clar.anno Chrifi.99. Fl. Iosippi Iudei antiquitatum Iudaicarum libri xx. & libri septem de bello Iudaico.
 Clar.anno Chr.59. Iosippi filii Gorionis historia belli Iudaici, Hebreicæ conscripta.
 Clar.anno Chr.130. Eusebii historia Iudæorum, à Machabæis usque ad annum Christi lxxxi.

Historici paganae superstitionis.

- Clar.anno Chr.75. Irenæi Lugdunensis episcopi aduersus gentes liber L.
 Clar.anno Chr.200. Clementis Alexandrini episcopi Stromatikon libri VIII.
 Clar.300. Arnobij aduersus gentes libri v. et Laetantij Firmiani de falsa religione, ac totum opus.
 Clar.415. Pauli Orosij libri V. aduersus Paganos.
 Clar.1550. Lili Geraldi de diis omnium gentium.
 Ioan.

Ioan. Caulis de religione veterum liber Gal. Ital.

Historici Christianæ religionis.

Nouum testamentum.

- Iustini martyris apologeticus. Clar.anno Chrifi.120.
 Q. Septimi Tertulliani Cartaginemis apologeticus aduersus gentes. Clar.150.

Irenæi Lugdunensis episcopi contra hæres libri V.

Origenis liber de martyribus. Clar.150.
 Eusebii ecclesiastice historia libri x. Clar.92.

Socratis, Sozomeni, Theodoriti & Caffiodori ecclesiastica historia, à Christo nato usque ad annum CCCXLIV.

Genuadji presbyteri Massiliensis, liber de viris illistribus ecclesiasticis.

Eusebii Scholastici de ecclesia & imperio Romano libri v. i. ab anno Christi CCCXVII usque ad annum DCCV. orditur ubi definit historia tripartita.

Nicephori Calisti ecclesiastice historia, à Christo usque ad Heraclium lib. XVIII.

Marcellini Comitis historia ab Eusebii temporibus usque ad annum Christi D.

Io. Gulielmi Archiepiscopi Tyrij, de bello sacro libri XXXII.

Io. Foxij Angli ecclesiastica historia, ab Vvi. Clas.1555. P cleuo



cleuo vsque ad annum Christi M. D. LII.

Status ecclesiæ incerti autoris, à Christo
nato vsque ad annum M. D. L X.

Clar. 1548. Io. Sleidani historia ecclesiastica, ab anno
Christi M. D. X V I I . vsque ad annum M. D. L V .

Historia Magdeburgica centuriae duodecim à nato Christo vsque ad annum M. C. C. qui-
bus veterum omnium scripta ecclesiastica historiæ copiosè explicantur.

De statu religionis & ecclesiæ sub regibus
Henrico I I . Francisco I I . & Carolo I x . incer-
ti autoris. Gal.

Historici sectæ Arabicæ.

Clar. anno Chr. 500. Coranus seu Furcanus, ex omnibus Cora-
nus, qui Muhamedis nomine circunfereban-
tur, collectus anno post Muhamedem c. x.

Historici Caldaeorum, Assyriorum,
Medorum, Aegyptiorum, Persa-
rum, Phoenicum, Hebreorum, Par-
thorum: quorum gesta sunt ab iisdem
fere scriptoribus comprehensa.

Clar. ante Chr. 445. Libri Regum, Paralipomenon & Esdræ.
Herodoti Halicarnassæ libri nouem histo-
riarum.

Ctesiph.

Ctesiph Cnidij, Agatharchidis & Menno- Clar. anno
nis fragmenta, de regibus Periarum & Asy- Chr. 375.
riorum.

Xenophontis Atheniensis, de expeditione Clar. ante
Cyrus (cuus fuit legatus) in Persidem. Chr. 370.

Berosi sacerdotis Caldæi fragmenta, quoꝝ Chr. 340.
feruntur, libris quinque comprehensa.

Metathenis Perix, de iudicio temporum Clar. ante
& annalium Periarum liber. Chr. 330.

Manethonis sacerdotis Agyptij fragmen- Clar. ante
ta, quoꝝ feruntur, de Regibus omnium pen- Chr. 310.
populorum.

Iosippi libri duo aduersus Appionem Gram- Clar. anno
maticum, ac x. antiquatum Iudaicarum. Chr. 49.
Clar. 130.

Hegeſippi liber I. de bello Parthico. Clar. 140.

Appiani Parthicus. Procopij de bello Persico libri I. Clar. 540.

Historici Graecorum, quo nomine ve-
niunt Iones, Aeoles, Dores, qui A-
siam minorem & Europam, à Da-
nubio, Acrocerauniis, & Hemo mon-
te, usque ad mare Ionicum, in insulis
& continente, sedes fixerunt.

Diodys Cretenis de bello Troiano, libri Clar. ante
v. I. è lingua Punica in Latinam à Q. Septimo Chr. 315.
conuersti.

P. 2

Da-



Clar. ante Daretis Phrygij de bello Trojano libri v i.
Chr. 1129. è Græca lingua Latino carmne conuersi, à
Cornelio Nepote.

Clar. ante Herodoti Halicarnassæ libri nouem, vbi
Chr. 215. sparsum de Græcis agit, vñque ad fugam Xer-
xis, complexus historiam annorum C C X L.

Clar. ante Thucydidis Atheniensis libri v i i. quibus
Chr. 340. à fuga Xerxis, vñque ad annum x x i. bellii Pe-
loponnesiaci, annorum x c. historiam scripsit.

Clar. ante Xenophontis Atheniensis libri v i. quibus
Chr. 310. Thucydidis narrationem persegitur, earum
rerum que annis x l i i. in Græcia gestæ
sunt, vñque ad prælium Lacedæmoniorum &
Thebanorum ad Mantineam.

Megasthenes, Theopompus, Philostratus,
Hellenicus, Timæus, Acüslaus, Ephorus, Mo-
chus, Eftiæus, Hieronymus, Idōrus, Nicolaus
Damascenus, consequentes historias scrip-
serunt, vt læpe videre eft apud Plutarclum : fed
eorum scripta pénitus intercidetur.

Clar. 1520. Georgij Gemisthi libri duo, quibus Xeno-
photis historia ex Plutarcho & Diодoro con-
tinua serie perpetuatur, à prælio Mantineo,
vñque ad cladem Cherronæam.

Clar. ante Diodori Siculi liber decimussextus, conti-
Chr. 40. nuans Gemisthi narrationem persegitur, de
Philippi & Alexandri magni rebus gestis.

Clar. ante Polybij libri secundus, quartus, quintus,
Chr. 200. cum epitome sequentium, & Liuij quarta de-
cas,

cas, cum fragmentis quintæ decadis res Græ-
corum complectuntur, que cum Alexandri
successoribus gestæ sunt.

Plutarchi Aratus, Philopæmen, ac Deme- Clar. anno
trius, plurimum conferunt ad posteriores Græc. chr. 110.
corum historias intelligendas.

Procopij libri v i i. Rerum sub Iustiniano Clar. 550.
gestarum.

Io. Zonara tomus tertius à Constantino Clar. 1120.
magnus, vñque ad obitum Alexij Comeni, id
est, ab anno Christi c c. vñque ad m. c x i i i.

Anne Alexiadios libri x x. rerum ab Alexio clar. 110.
patre Imp. gestarum, quibus Zonara narratio-
nem perfecgitur.

Nicephori Gregoræ historia centum & clar. 1280.
quadragesita quinque annorum, à Theodoro
Lascari vñque ad Andronicum Palæologum
posteriorem.

Nicetæ Acominati Choniæ historia an- clar. 1460.
norum l x x v i. ab anno quo desierat Zona-
ras vñque ad exitum Murzufuli, Imper. id est,
